




**Nouae scholae Christianae puerilis libri nouem. : Collecti ex
XX. pijs Poetis recentibus, in quibus omnis de Deo, & salute
animorum doctrina uarie? & salutariter exponitur.**

<https://hdl.handle.net/1874/430558>

NOVAE SCHO=
LAE CHRISTIANAE PVE,
RILIS LIBRI
NOVEM.

*Collecti ex XX. pijs Poetis recenti-
bus, in quibus omnis de Deo, & sa-
lute animorum doctrina uar-
riè & salutariter expo-
nitur.*

Collectore THOMA FABRO
Fribergio.



CLARISSIMO VIRO
D. IOANNI NEUIO, ILLU-
stris. Saxonie Electoris Medico pri-
mario, pietatis & literarum
patrono,

THOMAS FABER
Fribergius.

INter cetera beneficia
Dei ingentia, Ioan-
nes Neui, Medice do-
ctissime, non minimū
est, quod Ecclesiā suam furorib-
diaboli expositā, & ad paucitatē
sæpè redactā: per homines pios
conseruauit, & mirabili ratione
instauratā propagauit. Omis-
sis enim reliquis, qui cultū Dei ue-
rū posteris tradiderūt, si Poetas
ueteres Ecclesiasticos legimus,

a 2 cum

EPISTOLA

cum quadam læticia experimur, eos nec uarijs impiorum factionibus, nec magna tyrannorū immanitate, à sincera Dei cognitione, & certa spe salutis auelli potuisse. Vnde etiam imperitos & dubios hominum animos, ne ad superstitiones gentiles introducerentur, diuersis carminum generibus allicere uoluerunt, ut doctrina de Deo patre, de Christo rege æterno, de cōsorte utriusq; Spiritu sancto: item de piorum premijs, & impiorū pcenis, omnib. esset quàm notissima. Non est autem dubium, eos ad colendum religionis studiū plurimorum alacritatem excitasse, multosq; à prauis opinionibus auocasse; & nunc nostro quoq; tempore

DEDICATORIA.

pore eorū scripta rectè magnifica-
 ciunt piij, eaq̄ in ecclesia retinen-
 da uno ore omnes iudicant erudi-
 ti Hanc Dei in defendenda eccle-
 sia bonitatē, seculis priorib. nobi-
 litatam, cum æquum sit ut agno-
 scamus, gratisq̄ mentibus cele-
 bremus: recētia pariter beneficia
 in nos collata, non obliuioni tra-
 denda sunt. Videmus non sine
 multorū dolore & querela, plu-
 rimos in fraudem & errorem ab-
 duci falsa doctrina: quæ ut uerbo
 Dei prorsus contraria est, ita nō
 exigua parit detrimenta. Cum e-
 nim antea edocti sint de Dei æ-
 terni uolūtate, & in nos beneuo-
 lentia, de Christi meritis, per quē
 unicū salutem consequimur: nūc
 cæci eō ruūt, ut nouam salutis uiā

EPISTOLA

excogitent, & Deum aut uirtutū splendore, aut operū pōdere, cœlum illis daturū, sibi persuadeāt. Hinc etiam Christianę doctrinę scripta, quorū intelligentiā Spiritus sanctus per uiros maximos nobis aperuit, humana prudentia metiuntur: & in id dementiæ incidunt, ut amisso puro & simplici uerbi Dei intellectu, aut ea penitus nō admittant: aut si admittant, falsa tamē interpretatio ne obscurent. Verūm Deus in hac mundi inclinantis ætate, cœtus sui memor, multos è tenebris eruit, & quosdā pios uates conseruat, qui in tanta doctrinæ corruptela, de sacrosanctis Dei cultibus, de uera noticia eius, de salutarī inuocatione tradunt: nihilq;
tale

DEDICATORIA.

tale scriptis mandant aut ferunt, quod aut religioni Christianæ contrariū sit, aut imperitorum animos offendere, & in dubiā aliquā trahere possit sententiā. Itaque ut adolescentes studiosi talia beneficia agnoscerent, & quæ ad ueram Dei obseruantiam, & ad certæ beatitudinis noticiam consequendam necessaria sint, in unū collecta haberent, nostri temporis pios Poetas uiginti in manus sumpsi: & ex ijs uiri clarissimi Georgij Fabricij. præceptoris & cōpatris mei hortatu, sententias præcipuas in Nouas Scholas pueriles digessi: quas spero omnibus ad pietatis studium aspirantibus fructuosas fore propter ordinē ipsum, & etiam faciles cognitu.

EPISTOLA

In priorib. libris quatuor de diuinis agitur beneficijs, in quibus & animis & oculis omniũ subiicitur, Deum non solũ in con-
 dendo, uerum etiã in tuendo genere humano, suam quotidie declarare bonitatem & potẽtiam. Deinde quod idẽ ad nos sibi reparandos, & ad eripiendos à diabolo, morte, iudicio æterno, suum filium æternum Iesum Christum dederit, qui noster apud patrem est patronus & intercessor, nostrum pro omnib. delictis & facinoribus unicũ & solum *ἀντὶ*
τοῦ. Præterea mentes nostras Spiritu sancto illuminat, ut excussa cæcitate, & abiecta hæsitacione omni, tanta beneficia in omnibus animi corporisq; angustijs

DEDICATORIA.

stius nobis applicemus. In quinto & sexto quasi norma uitæ Christianæ traditur: ut iam de Dei agnitione instructi, etiã sciamus legis obedientiam, pietatem cordis, uenerationem oris, religionem operũ, & debita charitatis officia præstanda esse: contra impietatem, contemptumq; Dei atque proximi, addita æternarum pœnarum cõminatione, esse prohibita. In septimo & octauo recensentur Heroes & hypocritæ, ut eorum factis & exemplis uideamus, Dei ecclesiam ab initio, & in propagando uiros magnanimos, & in oppugnando suos etiam habuisse hostes acerrimos. Exitus itidem ipsorũ longè dissimiles describuntur. Illi enim quã-

EPISTOLA

uis cruciatibus & supplicijs è medio sublatis sunt: mors tamen eorum in Dei cōspectu fuit preciosa, & cruor mansit quasi seminarium Ecclesiæ. Isti uerò in Christi membra innocua sæuientes, morte caduca interierunt miserimè, & morte æterna dolebunt insolabiliter. In nono Sententiæ congeruntur uariæ, quibus puerorum animi pietate & uirtute imbui possunt. Labor autē iste, ne uitio mihi uertatur, duorum uirorum, qui & pietate & doctrina celebres sunt, exemplo & imitatione me tueor, Adami Siberi, & Ioannis Susenbroti, qui simile quid collegerunt, quamuis diuersa ratione, argumento tamen non dissimili. Hos libros
Ioannes

DEDICATORIA.

Ioannes Neui, tuo nomini celeberrimo in scriptos, in publicum emitto, cum quod pro tuo singulari erga sacras literas amore, placide accepturum esse eos confido: tum quod te mihi patronum parare & adiungere cupio. Tua enim eruditio, prudentia & fidelitas, domi forisque nota est: & pietas atque beneficentia declaratur in eo, quod studiosos literarum ita amas atque suscipis, ut nemo facile hoc tempore tecum sit conferendus. Quod si tuo iudicio hos libros probaue- ro, adolescentes studiosi ad assiduum horum lectionem incitabuntur, & non exiguum commodum inde haurient. Deum æternum patrem Domini nostri

EPISTOLA

stri Iesu Christi precor, ut Eccle-
 siam senescentem custodiat, teq;
 Ecclesiæ membrum fidele diutis-
 simè incolumem cōseruet. Vale,
 Misenæ, è ludo Senatorio. IIII.
 Non. Julij. Anno Christi nati
 M. D. L X I I I I.

IACOBVS FABRICIVS
Chemnicensis.

Donis abuti nobilibus Dei,
Dignum piaculo est tollite noxium
Morem, pudendamq; à poesi
Materiam prohibete sacra.
Commune nil est ridiculis dijs,
Christoq; : Vatum numina ludicra
Nugæ facessant: Christianis
Corda uigent meliore flatu.
Exempla quæris? Sume recentibus
His è libellis, de Patre, Filio,
Et Spiritu sancto: salutis
Prima recense elementa nostræ.
Noti, serantur Carmine libero,
Quorum relucet gloria pristina,
Cœlestis Heroes cateruæ,
Digna labore pio palæstra.
Sat Conditoris nota potentia est,
Sat terret imber uindictis ætheris,
Flamantis aut sulphur profundi,
Aut baculo mare dissipatum?
Rursus nouatæ præmia gratiæ,
Miracla Christi quis satis extulit?
Hic tempora ornans, cinge frontem
Perpetuum uiridante lauro.

Quicumq;

Quicumq; Christum non celebrat labor,
Quamuis fatiget, fallit inutilis.
Et qui licenter uiuere audent,
Scribere putida non uerentur.

Tollat Gigantes moribus insolens,
Carmenq; mollis det Sybariticum,
Et Bilbilis iactet poëtam:
Conueniunt pia Christianis.

Hoc sentit, hos qui contulit inuicem
Vates politos : sic quoq; Neuium
Sentire scimus : nam patronus
Neuius eximius bonorum est.

AVTORVM NOMINA.

- Actius Syncerus Sannazarius.
Adamus Siberus.
Antonius Flaminius.
Aonius Palearius.
Eobanus Hessus.
Georgius Aemilius.
Georgius Buchananus.
Georgius Fabricius.
Georgius Sabinus.
Hieronymus Fracastorius.
Iacobus Micyllus.
Ioachimus Camerarius.
Ioannes Gigas.
Ioannes Stigelius.
Marcus Hieronymus Vida.
Petrus Lotichius Secundus.
Petrus Rosetus.
Philippus Melanthon.
Scipio Capytius.
Strocius pater & filius.

C A T A L O G V S L I.

brorum.

- Liber primus, de Deo patre omnipotente.
Liber secundus, de Christo, Dei & uirginis filio.
Liber tertius, de sancto Spiritu, & diuinis miraculis.
Liber quartus, de Angelis, Dei & hominum ministris.
Liber quintus, de tabula Decalogi prima.
Liber sextus, de tabula Decalogi secunda.
Liber septimus, de Heroib. in Dei ecclesia.
Liber octauus, de Hypocritis & impijs.
Liber nonus Sententiarum, de pietate & uirtute.

1
NOVAE SCHOLAE
CHRISTIANAE PVERILIS
LIBER PRIMVS, DE DEO
patre omnipotente.

*Deus unus substantia, trinus
personis.*

Strozius Proseuch. lib.



T sine Patre nihil, sine te nil effi-
cit ille,
Tum sine utroque sacer nil medita-
tur Amor.

*Quod statuis, statuit Genitorq; & Spiritus, una
Vis tribus, atq; unum numen inesse potest.*

Fab. lib. 4. Hym.

*Vox ecce Patris intonat,
Christusq; praesens tingitur:
Sacerq; supra imagine
Astat columbae Spiritus.*

Ibidem.

*Tu nos creas pater Deus,
Tu liberas nos filius,
Tu gratia nos efficis
Sanctos benigne Spiritus.*

Scip. lib. 2.

*Cumq; Deus pater ipse sit, est etiam Deus ipsa
Mens patris, natus, notum natiq; patrisq;*

b

Sanctus

DE DEO

Sanctum etiã flamen Deus est, parq; est tribus esse
 Tres tamen hos, esse unum numẽ, nõ tria certũ est,
 Atq; alius pater est, aliusq; est natus, & ipse
 Spiritus est alius diuinus, sed tribus una
 Omnino atq; eadem natura est, cumq; trium sit
 Quisq; De9: tantẽ haud tres dij sunt, sed Deus un9.

RoI. lib. 4.

Principio simplex, sed numine numen in uno
 Triplex, & rerum Deus immutabilis autor,
 Vi potuit, poteritq; sua, dux maximus æui.
 Et molem mouet immensam non motus, & intus
 Fusus ubiq; fouet, magno circumq; supraq;
 Amplexu cingit sine mole extensus, & ingens
 In se habitat tamen, atq; in se tenet omnia solus.
 Fons uitæ exuperans, atq; ardua lucis origo
 Cuncta fouet, sobolem tollitq;, nouatq; caducam,
 Multaq; res animæ expertes per secula seruat.

Deus unus.

Sib. Psal. 18.

Non Deus est alius, non numen, ferre salutem
 Vnus & ille potest, unus & ille solet.

Eob. Psal. 18.

Nam quis adhuc alius Deus est? quis fortior illo
 Si Deus est, ut & est, quis nisi noster erit

Sib. Psal. 81.

Sum Deus unus ego, externos ne querite Diuos,
 Sunt præter numen numina nulla mecum.

Eob.

L I B E R I

Eob. Pſal. 81.

Non erit inter te Deus aduena, non alienos

Peruerſa diuos relligione coles.

Ipſe ego ſum Deus ille Deus, qui te optima duxi

In loca, & Aegypti de regione tuli.

Sib. Pſal. 86.

Non tibi par dextra quiſquam uirtute potentis,

Quos uulguſ numen credit habere Deum.

Eob. Pſal. 86.

Nemo tibi diuum ſimilis, nec talia quiſquam

Designare poteſt qualia ſolus agis.

Sib. Pſal. 89.

Et merito, quis enim ſimilis tibi in aethere, ſanctos

Quis genitos inter par tibi numen habet?

Eob. Pſal. 89.

Quis uel in excelsi te nubibus aequet Olympi,

Caeleſtum ſimilis, quis queat eſſe tibi?

Sib. Pſal. 95.

Solus enim magnus, ſolus Deus ille Deorum,

Imperio mundi celſaq; & ima tenet.

Eob. Pſal. 95.

Magnus enim Dominus Deus eſt, rex maximus idē

ille Deum, quotquot fabula uana canit.

Sib. Pſal. 105.

Qui fuit, eſt, & erit Deus unicus ille ſuorum eſt,

Et terram imperio, iudicioq; regit.

Fab. lib. 1. Ang. pœ. 1.

Virtus, decus, uictoria,

b a

Trium-

Triumphus, exultatio,
 Nostro patri, qui solus est
 Deus, nec id communicat
 Celebre nomen alteri.

Deus aeternus & iustus iudex.

Sib. Psal. 9.

Mansit & aeternum manet, imperioq; creator
 Quo non est, potitur, maior in orbe Deus.
 Res hominum statuens iudex sine crimine, soluit
 Praemia digna bonis, praemia digna malis.
 Et portus miseris est, perfugiumq; salutis,
 Et fert praecipiti tempore solus opem.

Eob. Psal. 9.

Tempore maiestas Domini non desinit ullo,
 Omnes e solio iudicat ille suo.
 Ipso olim stabunt omnes sub iudice gentes,
 Arbiter ille aequus totius orbis erit.
 Affert auxilium miseris, defendet egenos,
 Rebus in afflictis ille patronus erit.

Sib. ibid.

Tempus erit mandans gentes te iudice sisti,
 Contundes quando, corda superba, malos.
 Eob. ibid.

Debita quaeq; ferant te iudice praemia, gentes
 Ante tuam faciem, quod meruere, ferant.

Sib. Psal. 33.

Ius amat, & sanctis moderatur legibus orbem,

Illius

Illius & tellus tota referta fide.

Eob. Pfal. 33.

*Iudicat & iusta considerat omnia lance,
Iusticiæ cunctis æqua ferentis amans.*

Sib. Pfal. 44.

*Imperij durat solium Deus omnibus ævis,
Iusticiæ sceptrum est perpetuumq; tuæ.*

Eob. Pfal. 44.

*Stabit in æternum tua mi Deus inclita sedes,
Recta manent regni scepra ferenda tui.*

Sib. Pfal. 66.

*Illius spacio non est finita potestas,
Et solium regni tempus in omne manet.*

Eob. Pfal. 66.

*Illius est nullum sortita potentia finem,
Ille uidet quicquid maximus orbis habet.*

Sib. Pfal. 71.

*Omnia qui comples rerum fons author, & altor,
Qui quod eras, es, eris, tempus in omne Deus.*

Sib. Pfal. 75.

*Est Deus hos tollat qui iudex, deprimat illos,
Ferre nequit fastus, altaq; uerba pati.*

Eob. Pfal. 75.

*Sed Deus est iudex, qui cum libet, adijcit illum
Ad styga: cum uolet, hunc in loca celsa leuat.*

Sib. Pfal. 90.

*Tu prius inciperent quàm montes surgere coeli,
Et certa fieri lucida signa uice:*

De nihilo extusi mundi rex, author, & altor,
Non circumscriptum tempore numen habes.

Eob. Psal. 90.

Tu Deus ante chaos, ante omnia corpora rerum
Solutus es, & finem non habitare manes.

Quam prius aerei spectarent nubila montes,
Quam nouus innumeras fuderit orbis opes.

Sib. Psal. 93.

Qui nunquam coepit, cui nullus terminus aui,
Et creat, humanum seruat & omne genus.

Eob. Psal. 93.

Non sunt aut metae Deus, aut tibi tempora regni,
Sed solio, uitae qui tibi, finis erit.

Sib. Psal. 102.

Tu uiuis, uiues & seclis omnibus, alto
Cum caelo dextrae fabrica terra tua est.

Omnia quae ueluti uestis detrita peribunt,
Induet inq; nouum se decus orbis opus.

Ipsae manes idem semper florenta iuuenta,
Et te mutatum nulla senectus premet.

Eob. Psal. 102.

Mors est aetati nulla futura tuae.

Tu pridem stabilis fundasti pondera terrae,
Ante tuae celas composuere manus.

Ipsi mutata tandem statione peribunt,
Si iubeas, uerum tu sine fine manes.

Non secus ac uestis ueterascent omnia, postquam
Verteris, ut uestem, mox retrò uersa cadent.

Tu similis tibi perpetuò, tu semper es idem,
Deficient annis tempora nulla tuis.

Sib. Psal. 117.

Namq; ortu ueluti caret, est & temporis expers,
Desinet & nullo, qui fuit, esse die.

Sic spacio illius nullo finitur, in æuum
Cumq; fide bonitas inuiolata manet.

Sib. Psal. 119.

Tempus erit tua supplicium cum dextera sumet,
De turba tua quæ spernere iussa tulit.

Sib. Psal. 135.

Circumscripta Deus non est tua gloria sine,
Et quod habes omni tempore nomen habes

Eob. Psal. 135.

Summe Deus tua fama manet, tua gloria uiuit,
Gloria in æternos non peritura dies.

Sib. Psal. 145.

Non est meta tuo regno, nec terminus æui,
Imperium tempus durat in omne tuum.

Eob. Psal. 145.

Secula uirga tui perstabit in omnia regni,
Meta potestatis non erit ulla tua.

Sib. Psal. 148.

Qui nunquam capit, qui nunquam desinit auctor
Naturæ, quod uult, solus & omne potest.

Eob. Eccl. 1.

Omnia namq; breui sunt discernenda per ipsum,
Quæ uel agit, uel nunc cogitat omnis homo.

Ibidem.

Nam Deus hoc statuit tempus, quo iudicet omnes,
 Quo sua pro meritis præmia quisq; ferat.
 Strozius Proseuch. lib.

Est cæli, rerumq; parens antiquior omni
 Principio, & nullo tempore progenitus.
 Hic geminos erat ante polos, terramq; fretumq;
 Aethereosq; choros, secla per innumera:
 Omnibus infusus, secretus ab omnibus, idem
 Totus in immenso semper ubiq; fuit.
 Quicquid erat, nunc est, & erit quodcūq; per ævū,
 Huius deprendi forma, modusq; nequit.

Vida lib. 4. Christ.

Principio pater omnipotens, rerum sator & fons,
 Ingens, immensus, solus regebat ubiq;
 Nondum sidereos mundi procluserat orbis,
 Nondum mūdus erat, necdū ibāt tēpora in orbem,
 Nullaq; cæruleo radiabant lumina cælo.
 Quicquid erat, Deus illud erat, quodcūq; ubicunq;
 Complexus circum, penitus sese omnis in uno.

Eob. lib. 6. Sylua.

In Domino confide igitur, qui facta rependet
 Omnibus, attribuens omnia lance pari.
 Ille ut uera bonis, æternaq; præmia soluet,
 Vindice, sic culpæ puniet igne malos.

Philip. lib. 1. Epig.

Est Deus humano spargens in pectore lucem,
 Noticiam iusti, noticiamq; mali.

Idem

Idem etiam uindex cunctorum iudicat acta,

Obruit & pœnis ipsius ira malos.

Fab. lib. 2. Piet.

Sum iustus, iustis sua prœmia do, sua prauis,

Iusticij perstant omnia iura mei.

Sib. Psal. 8.

O pater, ô hominum sup̄cūm̄q; æterna potestas,

Qui finem nescis, principioq; cares.

Eob. Psal. 8.

O pater, ô magni fabricator maxime mundi,

Maior, & ô ipso, quem regis, orbe prior.

Sib. Psal. 23.

Est qui principium, fons rerum, finis & expers,

Quo fieri maius nil, meliusq; potest.

Sib. Psal. 76.

Numine qui coelum, terras, maris æquora complet,

Cui non ortus erat, cui neq; finis erit.

Sib. Psal. 100.

Laudent cuncta creata Deum.

Sine Deum dempto cui rerum summa potestas,

Quem sine principio nulla senecta premit.

Stig.

Ille malis tribuit pœnas, & prœmia iustis,

Et rerum certas ordinat ipse uices.

Deus iustus:

Sib. Psal. 37.

Iuris amans Deus est, nec sanctos deserit, eum

b 5 Seruat

Seruat in omne pios.

Eob. Psal. 37.

Iusta Deus nam semper amat, nam diligit æquum,

Nec quoscunq; probat deseruisse potest.

Sib. Psal. 45.

Cura tibi recti, uita inculpata, per osus

Es, quorum faciunt crimen ad omne manus.

Eob. Psal. 45.

Iusticiæ quia semper amans, rectiq; fuisti,

Odisti iniustum qui sequerentur opus.

Sib. Psal. 99.

Est æqui, iurisq; tibi rex cura, simulq;

Et bonitatis habes, iusticiæq; decus.

Eob. Psal. 99.

Iudicium uirtute potens rex, diligit æquum,

Tu bona cuncta manu ceu famulante tenes.

Nec nisi recta facis, nisi tantum iusta subornas,

Qua late imperium dux iacobus habet.

Sib. Profeu. lib. 1.

Tu iustus, tua facta Deus sunt omnia iusta,

Nos iniusta sumus, nos mala turba sumus.

Flam. Psal. 11.

Namq; æquus æquitatem amat Deus.

Sib. Psal. 11.

Iustus amat iustos, uultu placidoq; creator

Perpetuò sanctos quos iuuat esse, tegit.

Eob. Psal. 11.

Iusticiæ Deus autor, amat qui recta probantes.

Dedit

Dedita iusticie pectora semper habent.

Deus uerax ueraces amat.

Sib. Psal. 19.

*Iudicij quam fert Dominus sententia iusta est,
Nam diuina unquam pondere uerba carent.*

Eob. Psal. 19.

*Nil nisi quod uerum est decernit, & omnia iusti
Iudicis officio, quod facit, ipse facit.*

Sib. Psal. 25.

*Natura uerax Deus est, præstatq; benignum
Se cunctis, qui fas, qui sacra iura colunt.*

Idem Psal. 33.

*Que loquitur sunt uera, facit que certa, nec ullo
Tempore diuinum fallere numen habet.*

Eob. Psal. 33.

*Recta etenim semper Deus est, & uera locutus,
Et quæcunq; facit facta probanda facit.*

Sib. Psal. 73.

*Et tamen Isacidis Deus est facilisq; bonusq;
Obsita qui nulla pectora fraude gerunt.*

Eob. Psal. 73.

*Qui nisi quod rectum est faciunt nihil, & sub aperto
Pectore nil fictæ simplicitatis habent.*

Hos amat, his bonus est Deus, hos uirtutib. auget.

Quo genus & uitam cunq; sub axe trahunt.

Sib. Psal. 89.

Nec tamen Isaidæ pietas non certa manebit,

Aut mea

*Aut mea dicitur tempore lapsa fides.
Non me mutatum uertet sententia, pacti
Fœdera non mihi mens est uiolare mei.*

Eob. Psal. 89.

*Non tamen hæc pietas mea dissoluetur ab ipso,
Nec fidei fallam fœdera pacta mea.
Nec repetam quodcumq; meo de gutture uerbum
Exijt, haud uanum quod loquor esse sinam.*

Sib. Proseu. lib. 3.

*Irrita non ullo quod sunt tua tempore dicta,
Qui certa firmas fœdera pacta fide.
Et bonus es cunctis, cura tua iussa fideli
Qui peragunt solum te dominumq; colunt.*

Idem Epinic. lib. 1.

*Solus promisso nullum qui ludit inani,
Fert opportuno tempore solus opem.*

Ibidem.

*Inuictus Deus est, & ueracissimus, & non
Aeterni uerbum sit quoq; tale Dei.*

Idem Aeol. lib. 1.

Certa Dei uero semper in ore fides.

Fab. lib. 1. Piet.

*Non mendax Deus est, nec Christus fallere nouit,
Paruisq; gaudet, ut superba conterat.*

Idem lib. 2. Pret.

*Gratia coelesti referenda est ampla parenti,
Verus pollicitis qui solet esse suis.*

Ibidem.

Differat

*Differat ut tempus fugientis temporis autor,
Non ideo uerbi mutat & ille fidem.*

Idem lib. 2. Mil.

*Dextera mira Dei est, sperantes fallere cœlum
Nescit, ad ardentem astra benigna preces.*

Deus sanctus.

Sib. Psal. 18.

*Scilicet in fonti, sanctoq; es sanctus & insons,
Fert bona, dante, bonus te bone multa Deus.*

Eob. Psal. 18.

*Sanctus es ad sanctum, iustus reputabere iusto:
Cumq; nocente nihil, non es & ipse nocens.*

Sib. Epi. lib. 1.

*Te nihil est maius, nihil est te sanctius uno,
Omne uenit nobis te tribuente bonum.*

Deus bonus & clemens.

Sib. Psal. 6.

*Restitue à mortis periturum limine, dignus
Non quia sum, numen sed quia mite tuum.*

Idem Psal. 25.

*Et bonus & placidus Deus est, quos abstulit error,
Quod caueantq; docet, quodq; sequantur iter.*

*Non comes ire negat miseris, ubi sistere possunt
Monstrat, inoffensos aut bene ferre pedes.*

Eob. Psal. 25.

*Iustus & excellens Dominus per lubrica lapsos
Erigit,*

Erigit, & recta nos docet ire uia.
 Erudit ex torres, & per rectissima ducit,
 Quos humiles dubijs passibus ire uidet.
 Omnibus in factis pius est pater atq; benignus,
 His qui sancta pie scœdera pacis amant.

Sib. Psal. 52.

Est bonitas æterna Dei, clemente tuetur
 Constanti fidos & sibi mente, manu.

Idem Psal. 78.

Ille tamen clemens, nec inexorabilis ulli,
 Peccatis ueniam, criminibusq; dedit.
 Prôq; sua iustas pietate coercuit iras,
 Diffudit bilis nec freta tota sue.

Eob. Psal. 78.

Ipsè autem pius, & miserator sæpe ferebat,
 Se scelere offendi, perfidiaq; peti.
 Ignoscebat enim reprobis, nec funditus ulla
 Excindi potuit conditione pati.
 Sæpe etiam auertit iustam moderatior iram,
 Nec timido bili libera frena dedit.

Sib. Proleu. lib. 1.

At quia te nihil est quicquam mansuetius uno,
 Ac miseris placidum culpa professa facit.

Ibidem.

Sed cum summa tamen tua sit clementia, magno
 Namq; Deo quidnam mitius orbis habet?

Fab. lib. 3. Oda. 21.

Sed tuum non est quod ipse.

Tu creasti

Tu creasti perdere, aut id tollere

Quod potes seruare.

Ibidem. 22.

Deus affatim benignus

Bona cuncta pollicetur,

Bona plura largiendo

Pollicitis, uerè animum

Nobilitat paternum.

Idem lib. 1. Mil.

Sed tua peccatis maior clementia summis,

Nec tam ira perdis, quàm bonitate iuuas.

Stige. In Iole Pro

- Deum sed quærite uestrum

Conuersi, quoniam is mitis, largusq; fauoris,

Ad ueniam pronus, iustam quoq; tardus ad iram,

Qui quoties hominum plagas delicta merentur

Ipsè dolet pœnis, iusta quas irrogat ira.

Sib. Psal. 57.

Imenso maior bonitas tua maxima mundo,

Altior est liquidis nubibus alma fides.

Eob. Psal. 57.

Nam tua stelliferum bonitas transcendit Olympū,

Subdita sunt fidei nubila regna tuæ.

Sib. Psal. 59.

Improbilas Domini minor est bonitate, malorum,

Quamq; hostis ledit plus tua dextra iuuat.

Ibidem Psal. 62.

Nec bonitas minor est, quàm Deus ipse, Dei.

Idem

Idem Psal. 103.

Sine Dei bonitas sed dempto durat in æuū,
Est quorum probitas irreprehensa pijs.
Quinetiam natis, & qui nascentur ab ipsis,
Sunt rata perpetuæ præmia iusticiæ.

Eob. Psal. 103.

At Domini bonitas sine fine his certa manebit,
Tàm fidum ex animo qui timuere patrem.

Flam. Psal. 30.

At illius benignitas
Semper salutem, semper hominibus pijs
Sincera præbet gaudia.
Quod si quid unquam incommodi interuenerit
Deo fauente celeriter
Multiplicatis commodis rependitur.

Fab. lib. 1. Oda. 19.

Vtq; mea Aegæas superant delicta procellas,
Aequantq; arenæ pulueres æquoris Ionij:
Sic bonitas tua Christe super uolat ardua cælos,
Certūq; nō habet, nec est unquā habitura modū.

Idem lib. 2. Milit.

Omnia contingunt nobis bonitate superna,
A Domino quicquid possidet omnis habet.

Ibidem.

Sed bonitas culpam suprâ excellentior omnem.
Qua nullos aditu uult prohibere suo.

Ibidem.

Aequoreas etsi superent delicta procellas,

Nemo

Nemo tamen dubitet de bonitate Dei.

Idem lib. uict. Cæl.

Admissam superat Domini clementia culpam:

Nec solet esse nisi cogitur esse grauis.

Stig. lib. 1. Pre.

Nescit humanum genus omne, nescit

Eloqui mundus, ita quam sit ampla

Et sinu terræ bonitas, et alto

Maior Olympo.

Deus castus.

Fab. lib. 2. Ang. 9.

Castus Deus castos amat,

Castis ministris utitur,

Omnisq; fœdæ et horridæ

Impuritatibus hostis est.

Deus potens.

Sib. Psal. 19.

Gloria quanta Dei sit, narrant sidera, dextræ

Diuinæ cœli testificatur opus.

Lux uerbum luci, nox nocti nunciat, horæ

Pars est de fama nescia nulla Dei.

Non adeo populus, non gens se subtrahit oris

Extremis, pontus quæ uagus obit humum.

Quò non, quem sacro fundunt penetraverit ore,

Finibus Eois, Hesperijsq; sonus.

Norma per illorum terras rata pertinet omnes,

6 Vocibus

Vocibus & gemini personuere poli
 Ipse domumq; pater, sedemq; locauit in illis,
 Et posuit soli splendida tecta suo:
 Sol, tanquam sponsus, thalamo procedit in aureo,
 Utq; gygas rapidum concitus urget iter.
 Extremo ueniens medio decurrit Olympo,
 Decliuoq; poli tramite prona petit.
 Inde ruit celeri cursu reuolutus in ortus,
 Cuncta calore urens, cuncta fouensq; suo.

Eob. Psal. 19.

Quam si admiranda Dei, quamq; inelyta uirtus,
 Gloria si nondum quanta sit ista uides.
 Aspice conuexo nutantem pondere mundum,
 Aspice stelliferæ nobile molis opus.
 Ista tibi ingentis spaciofa uolumina cæli
 Narrabunt Domini facta stupenda sui.
 Maxima stellantis dicet tibi fabricæ mundi,
 Talia qui fecit quanta sit ista manus.
 Vsq; adeo sunt nota opera omnipotentis, ut isthæc
 Nox non ulla roget, non roget ulla dies.
 Tempora quin potius sibi succedentia certis
 Facta Dei, uicibus, non peritura notent.
 Indicat hæc roseos reuehens aurora iugales,
 Succedens eadem nunciat orta dies.
 Hesperus occiduas hæc monstrat iturus ad undas,
 Ut miracula etiam nox sciat ista sequens.
 Atq; ita perpetuo uariantibus ordine rebus,
 Ista Dei uirtus tanta latere nequit.

Nulla

LIBER I.

19

Nulla sub ingenti tam gens est barbara caelo,
 Quò non fama aliquo uenerit ista modo.
 Proprietas linguae tam nullius ulla remota est,
 Quae non audierit talia facta loqui.
 Eob. Pſal. 22.

Ipsius est etenim regni sine fine potestas,
 Ipse habet in cunctis gentibus imperium.
 Sib. Pſal. 24.

In regno sola sunt terrarum cuncta, potestas
 Maxima cui fuit, est, semper eritq; Dei.
 Ille regit populos, illi sunt omnia curae.
 Complexu tellus quae sinuosa tenet,
 Eob. Pſal. 24.

In manib. Domini terrae est, et quicquid in ipsa est,
 Illius & quisquis rura colonus arat.
 Sib. Pſal. 46.

Maturè Deus ultor adest, cecidère tyranni
 Illius ad uocem, belligeriq; duces.
 Illius ad uocem montes fugère, solute
 Sole niuis ritu, terraq; mota fluit.
 Armipotens uirtus nostra est, roburq; tuctur
 Nos Iacobae rex Deus ipse domus.
 Eob. Pſal. 46.

Multa fremunt gentes, regna incuruata tremiscunt,
 Illius ad uocem tabuit omne solum.
 Auxilio nobis Deus est fortissimus omni
 Tempore, qui Deus est magne Iacobe tibi.
 Sib. Pſal. 46.

Prælia qui sistit, qui spicula frangit, & arcus,
 Detruncatq; hastas, plaustra, rotasq; cremat.
 Eob. Psal. 46.

Præualidos arcus, & acutas conterit hastas,
 Currus, & celeres concremat igne rotas.
 Sib. Psal. 62.

Numinis immensa est, sinemq; potentia nescit.
 Idem Psal. 65.

Tu firmo aërios stabilis fundamine montes,
 Immenso cinctus robore forte latus.
 Concita tu uerbo tumidi maris æquora placas,
 Et ponunt nutu uentus & unda tuo.
 Compescis motus uulgi, sedasq; furores,
 Consilijsq; locum non finis esse malis.
 Eob. Psal. 65.

Qui ualidos magno fundauit robore montes,
 Virtutis proprie uiribus omnipotens.
 Qui fera latisoni compescit murmura ponti,
 Et fremitus uasti quos iacit unda maris.
 Qui premit insanos populo frendente tumultus,
 Agmina qui nutu seditiosa fugat.
 Sib. Psal. 68.

Saxa per ante tuos Deus, & per inhospita saxa
 Inculte faceres cum regionis iter:
 Intremiuit tellus, atra ferrugine crebra,
 Fulmina prætexto desiluere polo.
 Sina caput moto submitit uertice, tanta
 Vis erat, Isacidum gloria tanta Dei.

Eob.

Eob. Psal. 68.

Cum Deus ante tuum populū gradereris, & omne
 Vasta peragraret quicquid eremus habet.
 Omnia tunc magnæ tremuerunt uiscera terræ,
 Tunc madidus subitis imbribus aer erat.

Sib. Psal. 72.

Qua uenit exoriens, & qua lux conditur undis,
 Parebunt illi littus utrumq; maris.
 Illius ante pedes calido subsidere, solis
 Quicumq; admotis inficiuntur equis.
 Illius ante pedes hostes uoluentur, & ore
 Sacratissimæ figent oscula liminibus.

Eob. Psal. 72.

Littoribus regno contraria littora iunget,
 Orbita qua terræ, qua patet unda maris.
 Hinc ubi felices fecundat Iordanis agros,
 Terrarum ad fines proferet imperium.
 Accola latiuagæ ante ipsum procumbet eremi,
 Turba inimica dabunt oscula pulueribus.

Sib. Psal. 74.

Concreta uirtus pontum tua diuidit unda,
 Collaq; cætorum conterit inter aquas.
 Balenas mactat, seuum perimitq; draconem,
 Ut sit & alitibus præda, cibusq; feris.
 Cum placet aëreis è nubibus elicit amnes,
 Cum placet immensas flumina siccant aquas.
 Sunt tua lux, nitidusq; dies, tua tempora noctis.
 Et peragunt cursum sidera, solq; tibi.

Describis certis terras regionibus, ~~estis~~
Imperio seruit, paret hyemsq; tuo.
Eob. Psal. 74.

Tu uirtute tua findis uada cærule ponti,
Te uictore draco concidit inter aquas.
Tu capita elidis magnorum grandia cete,
Victus Eremicolis unde sit atq; cibus.
Tu liquidos rumpis fontes, tu flumina siccas,
Est tua clara dies, nox tenebrosa tua est.
Tu lucem statuis, tu magni lumina solis
Sub noctem condi, mane redire iubes.
Omnes tu certo concludis limite fines,
Quos mare, quos terra, quos leuis aer habet.
Tu facis æstiu torrentia tempora Solis
Seruit & hyberni sideris hora tibi.
Sib. Psal. 77.

Tu Deus ille Deus, qui scia ingentia patrans,
Inclita uirtutis das monumenta tue.
Vindice colla gerunt te ruptis libera uinclis,
Isacida geniti, Rachelidaq; sati.
Te uidere maris fluctus, uidere profunda,
Horruit insani uasta uorago freti.
Cum rapidi caderent abruptis nubibus ignes,
Fulminaq; etherea desiluere domo.
Intonuere poli, cælum descendit in æquor,
Antra sonant, terra mugit & omne solum.
Non possunt hostes uestigia caeca uidere,
At tibi ludus erat perfecta ferre pedes.

LIBER I.

22

Eob. Pſal. 77.

Tu Deus es qui ſumma facis miracula ſolus,
 Per que te notum gentibus eſſe facis.
 Tu uirtute tua fortis, tu robore dextra,
 Soluiſti populi uincula dura tui.
 Vincla Deus rupit quondam duriffima, natis
 Nempe & Iosephi, nempe Iacobe tuis.
 Territa conſpexere Deus te flumina aquarum,
 Te preſente tremens omnis abyſſus erat.
 Fuderunt pluuias grauidæ, ceu flumina, nubes,
 Continuis tellus imbribus uda fuit.
 Horrida collifæ mouere tonitrua nubes,
 Rupere aerias fulgura crebra plagas
 Vox tonitrus metuenda tui circumuolat orbem,
 Quem uidet æthereæ machina tota domus.
 Illuſtrant humiles tua flammea fulgura terras,
 Contremuit tellus mota timore tui.
 Tu Deus immenſi tranſis uada cærulea ponti.
 Tu pedibus calcas flumina magna tuis.
 Nec tamen ulla pedum ueſtigia uifa tuorum,
 Nulla uia ſuperant ſigna relicta tuæ.

Sib. Pſal. 82.

Nam cœli cunctis aulam moderaberis æuis,
 Seruiet imperio terræq; tota tuo.

Idem Pſal. 89.

Es uirtute potens forti radiantis olympi,
 Es turmas inter terribiliſq; manu.
 Quis maiestatis uerò tibi certet honore,

Armorum princeps perpetuâq; fide?
 Hinc uerum, inde fides te stipant, concita parent,
 Et ponunt iras uentus & unda tibi.
 Aegypti prosternis opes, tenebrisq; fugaq;
 Immissa, uertis robore castra tuo.

Eob. Psal. 89.

Tu maris elati, tumidae dominaberis undae
 Imperio cedunt fluctus & unda tuo.
 Conteris elatum, ceu duro Marte peremptum,
 Robusta spargens hostica regna manu.
 Caelorum terraeq; potens tua regna gubernas,
 Namq; ea sunt manibus cuncta creata tuis.

Sib. Psal. 99.

Est inuicta manus tibi, robora firma lacerti:
 Virtuti cedit quicquid ubiq; tuae.

Eob. Psal. 99.

Omnia tu ualida perfringis robora dextrae,
 Conferri possunt brachia nulla tuis.

Sib. Psal. 59.

At tu cui turmae parent radiantis Olympi,
 Armorum regi, militieq; Deo.

Idem Psal. 93.

Tu maior es equore, maior
 Fluminibus fortis qui regis astra Deus.

Idem Psal. 96.

Cui maiestatis nemo certarit honore,
 Nemo decus cuius laudibus equiparet.
 Qui non finita dextrae uirtute potentis

Antistat, cunctos exuperatq; Deos.

Ibidem.

At noster cœlos, & lucida signa creauit,

Maestate potens, iusticiaq; Deus.

Ipsius ad solium apparent uirtusq; decusq;

Inq; adyti robur limine lausq; sedent.

Eob. Psal. 96.

Ipsius ante oculos decus est, & splendor honorum,

Summaq; maiestas, robur & eximium.

Sib. Psal. 99.

Sceptra Deus ueneranda tenet, Deus imperat orbi,

Terra pauet, populi concita turba furit.

Eob. Psal. 99.

Maximus excelsa regnator in arce Sionis,

In populos omnes maxima sceptra gerit.

Sib. Psal. 107.

Concutit ille fores, diffringit clathra, serasq;

Sustinet inuictam ianua nulla manum.

Eob. Psal. 107.

Viribus ille suis portas confringit ahenas,

Vectes ferrato conterit ære graues.

Sib. Psal. 107.

Et prensi cernunt sit quanta potentia cœli,

Queq; Deus pelago, quantaq; facta patret.

Nam iubet, & subito uentis maria alta tumescunt,

Eurus, & euersas concitat Auster aquas

Ergo modo nubes sublato gurgite tangunt,

Subducta modo aqua tartara nigra petunt.

Fluctuat, ut uino quassatus, cœrula puppis,
 Nautarum subitis ars stupet ipsa malis.
 Eob. Psal. 107.

Iusserit, exiliunt uenti, tumida æquora surgunt,
 Mota procellosis fluctibus unda fremit
 Et nunc in cœlum tolluntur, ad infima rursus
 Tartara, mox animo deficiente labant.
 Iactantur, nutantq; mero uelut ebrius hausto,
 Et sensus animi nil sapientis habet.
 Sib. Psal. 135.

Maximus immenso uirtutis robore pollet,
 Maiestate omnes exuperatq; Deos.
 In cœlo quæ uult dextra, terraq; potente
 Nauigeriq; gerit, fluctibus Oceani.
 Telluris nebulas educit uiscere cœli,
 Fulmina de liquidis & iaculatur aquis.
 Euocat & uentos specubus, quibus addidit, atris,
 Qui perflant terras, quaq; iubentur cunt.
 Eob. Psal. 135.

Magnus enim Dominus uerè est, & dignus haberi,
 Idem alios omnes fortior ante deos.
 Quod Domino cunq; est libitum facit, aurea supra
 Sidera, per terras, per freta longa maris.
 Ille abstrusa potens exercet in omnia regnum,
 Quantumuis etiam terra profunda tegat.
 Qui gelidum pluuias subducit in aëra nubes,
 Protinus extremi de regione soli.
 Fulgura terribiles facit ignea ducere rimas,

Et mox qui pluuias inde resoluit aquas.

Qui rapidos cæcis uentos producit ab antris,

Et quæcunq; uolet per loca flare facit.

Sib. Psal. 145.

Sis opibus quantus, sis maiestate uerendus

Qualis, an ulla hominum dicere lingua potest?

Eob. Psal. 145.

Quam sis magnus enim quis perscrutabitur unquam?

Omnipotens adeo uis tua sine caret.

Sib. Pro. lib. 1.

O cui tam pauco quam multo milite promptum est,

Aduerse firmas uincere partis opes.

Ibidem.

Nam cunctas hominum quamuis audacia uires

Concitet, ac contra te ferat arma Deum.

Non tibi par fuerit tamen ulla potentia, dextram

Numinis æterni uincere nemo potest.

Ibidem.

Qui cœli rapidum moderare uolubilis orbem,

Imperio terræ cunctaq; regna premis.

Cuius habet summas immensa potentia uires,

Sine carens robur dextera cuius habet.

Ibidem.

Nam maiestatem nunquam mortalia possunt

Lumina præsentis sustinuisse Dei.

Ibidem.

Ex omni mansit, manet, inuictumq; manebit,

Quod Deus æterno tempore robur habes.

Nec

Nec sublime adeò est, supraq; pericula quicquam,
 Quod non inferius, suppositumq; Deo.
 Stagna secat tumidi uirtus tua cærule ponti,
 Muniat ut tutam per uada salsa uiam.
 Dura Parætonij uirtus tua colla Pharonis
 Conterit, insano deprimat inq; freto.
 Maxima tu perimis terrarum monstra tyrannos,
 Sint pastusq; feris, alitibusq; facis.
 Cum libet, ora, potens natu, fontana recludis,
 Cotibus & duris ciacularis aquas.
 Cum libet exiccas torrentia flumina, fontis
 Currit Iordanes in caput ipse sui.
 Tu facis, ut postquam densas atrora tenebras
 Dissulit, Eoo surgat ab orbe Æles.
 Tu facis, inducant ut sera crepuscula noctem,
 Flammiiferis demit cum iuga Phœbus equis.
 Tu fulgere iubes cælo labentia, cursus
 Conficere & certis sidera limitibus.
 Te, constant mundi concordia pace, ligante,
 Dissociata suis corpora prima locis.
 Te mandante, uetus siccis feruoribus aër,
 Sub canis Icarij sidere hiulcat agros.
 Horrida tristis hyems postquam sed protulit ora,
 Affricus astricto frigore durat aquas.
 Nec uerò cum sit tibi tanta potentia, finem
 Maxima non ullum numina cuius habent.

Ibidem.

Quis nescit tandem montes tremuisse pauore,

Ferre

Ferre nec aduentum sustinuisse tuum?

Quis nescit ualles, quis campos, flumina, fontes
Attonita ingenti debilitata metu?

Ibid. Epi. lib. 1.

Est qui Marte potens, superari nescius armis,
Qui solus dextram qua cadit, hostis habet.

Ibidem.

Nemo tibi similis dextræ uirtute potentis,
Immenso similis robore nemo tibi.

Ibidem.

Tu Deus immensa polles uirtute, tuoq;
Machina nil mundi numine maius habet.

Omnia te metuunt, seruit tibi quicquid ubiq; est.

Ibidem.

Vt durent animum, rigidumq; adamantæ tyranni,
Et Silicum uenas pectore clausa gerant.

Inuiti pallent tamen ad tua uerba, minorq;

Non est quo pauidi sæpe timore tremunt.

Quam rabies terræ cæcis inclusa cauernis
Ventorum, montes quæ uiolenta quatit.

Ferre tuâ nec enim, quam quin ut cera liquefcunt,

Nec rupes iram sustinuisse queunt.

Flam. Psal. 113.

Non uniuersis ille tantum gentibus

Sua imperat potentia.

Sed cœlites, cœliq; supra maximum

Se tollit altus uerticem.

Fab. lib. 3. Ang. 8.

Non

Non hostis ullus tam potens,
 Tamq; incitus, quem non, tua
 Cui iusta commendaueris
 Deus potens sit scelerere.

Ibidem 10.

Sed est Deus, sunt cœlites,
 Noster Deus, nostri angeli,
 Deus creator omnium,
 Quæcunq; uult nutu exequi est
 Potens humo, astris, æquore.

Eob. Idyll. 4.

Omnia namq; potes propria uirtute, facisq;
 Solus, & auxilio tua uis non indiget ullo.

Fab. lib. 3. Od. 2.

Quid tamen ira canum possit, rabiesq; luporum,
 Quid fraus illa domestica uulpium
 Te contra? quem terra tremat, cœliq; uerentur,
 Quem metuit uis horrida tartari.

Philip. lib. 1. Epi.

Nec Deus est numen Parcarum carcere clausum,
 Quale putabatur stoicus esse Deus.
 Ipse potest solis currus inhibere uolantes,
 Ipse uelut scopulos flumina stare iubet.

Ibidem.

Solares retinet currus, & flumina sistit,
 Verus & hic liber, cuncti potensq; Deus.

Fab. lib. 3. Od. 21.

- Quicquid in cœlo, soloq;

In marisq; fit patentis æquore,
Fit Deo nil non iubente.

Idem i. Milit.

Fortis in infirmis Deus est, perq; infima uincit,
Præmia qui tribuit tarda, sed ampla pijs.

Idem Vi&. Cæl.

Angelicæ uires, & quicquid possidet orbis,
In statione Deo cuncta uolente manent.

Imperiumq; tremunt ualidum, nutuq; reguntur
Illius, & peragunt omne iubentis opus.

Ibidem.

Dat Deus ipse animos, hebet atq; hostilia tela,
Estq; potens parua frangere magna manu.

Ibidem.

Ipse Deus per se, non seuo militis ausu
Vincit, & omne sui destruit hostis opus.
Ille suis proprios extorquet ab hostibus enses,
Vertit & in nostrum, quæ nocuere, bonum.

Stig. in loele Pro.

Et Deus est audax, & magno ingentia motu
Facta patrare potest.

Sib. Psal. 118.

Robore dextra Dei excellit, præstatq; salutem,
Maxima facta Dei, maxima dextra patrat.
Non me seuua dies nigro submerget Auerno,
Nil in Dauidem mors tibi iuris erit.

Eob, Psal. 118.

Dextra Dei uirtute potens operata salutem est,

Alta

Alta est terribili fulmine dextra Dei.
 Dextra Dei uirtute potens facit omnia, uincit
 Omnia, sola potens omnia dextra Dei.

Ioach. Cam.

Tu solus potes hostiles arcere timores.
 Tu formidandas solus prohibere ruinas,
 Et potes inuicta pauidos defendere dextra.

Deus ultor.

Sib. Psal. 34.

Vindicat ipse pios inuicto numine, pessum
 Nec fretos unquam se sinit ire Deus.

Eob. Psal. 34.

Liberat ipse animas Dominus de morte suorum,
 Quiq; illi fidunt hos mala nulla prement.

Sib. Psal. 35.

Quis tibi par? tenuem qui uindex eripis hosti,
 Nec prædam miserum fortibus esse sinis.

Eob. Psal. 35.

Qui facis afflictum robusti obtundere uires,
 Atq; hostes inopem uincere posse suos.

Sib. Psal. 37.

Insidiatur ei sceleratus, & omnia tela
 Aduocat, infernas cogat ut ire domos.
 Sed Deus ultor adest, defendit fortiter ore,
 Et condemnatum non premit ipse suo.

Eob. Psal. 37.

Impius obseruans iustum, execratur, & odit,

Quemq;

Quemq; odit, huic uitam præripuisse studet.
Sed Deus e manibus crudelibus eripit ipsum,
Nec finit iniusto iudicis ore premi.

Sib. Psal. 55.

Qui manet æternam, placida excipit aure querelas,
Vnus & innumeri militis instar adest.
Ultor adest, dabitis scelerato sanguine pœnas.

Eob. Psal. 55.

Is mihi pacificum præstabit ab hoste quietem,
Qui mihi tor studuit noxius esse modis.
Audiet, & studia aduersi mala deprimet hostis,
Solus in immota conditione manens.

Sib. Psal. 94.

Surge Deus uindex, ades ultor maxime rerum,
Qui non finitum tempore numen habes.
Iudicium sistens iustissimus arbiter orbis,
Affulge solo ter uenerande sacro.

Eob. Psal. 94.

Ultor ades scelerum, scelerum Deus ultor adesto,
Iam tandem miseris conspiciende ueni.
Terrarum iudex attollere, redde superbis
Digna precor factis quæ meruere suis.

Sib. Psal. 94.

Qui gentes punit, non uindictet?

Eob. Psal. 94.

Qui totas gentes castigat, & erudit omnes,
Arbitrio non uos arguet ille suo?

Flam. Psal. 130.

Si uindicaueris omnia
 Peccata, cunctaq; exigas,
 Quae iure debentur tibi,
 Quis sustinebit, ô Pater?
 Quis tam pie, tam puriter
 Vitam colit, quin sit tibi
 Pœnas daturus maximas?

Idem Psal. 137.

At tu nefanda facta qui mortalium
 Ultrici punis dextera, teterrimi
 Idumeorum sceleris usq; sis memor.

Fab. lib. 2. Milit.

Sepe ubi nemo putat, pœnam Deus exigit ultor,
 Inq; graues casses præda seclæta cadit.
 Quodq; diu latuit, sopitumq; esse uidetur,
 Eminent indicio crimen onusq; suo.

Deus tutor pupillorum.

Sib. Psal. 68.

Qui pupillorum pater est, uiduusq; tueri
 Et solet, ex celsæ sedis ab arce potest.
 Qui leges mediis sacras uenit inter amantes,
 Pectoraq; auxilio uiribus orba iuuat.

Eob. Psal. 68.

Qui uiduus curat, carisq; parentibus orbos,
 Ipse habitat sedis templa beata sua.

Deus dux iustorum.

Sib. Psal. 37.

Duxq; comesq; Deus firmat uestigia iusti,

Atq; sibi grato dat pede carpat iter.

Quòd si fortè gradu titubat lapsante, leuatum

Ipse sua, pessum non finit ire, manu.

Eob. Psal. 37.

Ipse uiri iusti uestigia dirigit, illi

Quòs pede sit iusti semita trita placet.

Hunc, si fortè uia cecidit, non abijcit: imò

Exhibita lapsum subleuat ipse manu.

Deus lux.

Sib. Psal. 27

Qui iubar & splendor, qui totus ardor & ignis;

Sol rerum lustrat lumine cuncta suo.

Lux est nostra Deus.

Eob. Psal. 27.

Qui patrijs totam radijs illuminat orbem,

Qui lux est mundi, lucis origo Deus.

Ille meas tenebras in lucem uertit, & aurat

Dispulit inferna pestilente graues.

Deus præsens.

Sib. Prof. lib. 1.

Quem super astriferi sinuosa uolumina cœli,

Fert hameris nolucris concio sacra gregis.

Et tamen es præsens celsis innixa columnis,
Hic ubi templa tibi constituere patres.

Fab. lib. 2. Piet.

Donec erit tellus, & culti machina mundi,
Ipse meo præsens numine semper ero.

Idem lib. 1. Mil.

Vox tua sæpe mea consolans personat aure.
Sum tecum in medijs, parce timere, malis.

Stig. in Ioel. prop.

Dux ego uester ero, atq; adero quæcunq; cadet fors,
Non ego desituam te, dilectissime cœtus,
In quo nota mei tuox & reuerentia uerbi,
Me nouit, celebratq; Deum, mihi militat uni.

Deus gubernator.

Sib. Psal. 66.

Miranda mortale genus ratione gubernat,
Et patrat solus facta tremenda Deus.

Idem Psal. 68.

Qui sibi mirifica charos ratione gubernat,
Et solus templi magnus in æde sui est.

Eob. Psal. 68.

Illius in cunctas gentes est summa potestas,
Qui facit in sanctis facta stupenda suis.

Deus inspector.

Sib. Psal. 10.

Ipse uides certè quæ sit fortuna bonorum,

Sunt

Sunt mala, quorum oculis subdita cuncta tuis.

Eob. Psal. 10.

Nempe uides, color & curæ, seuiq; labores,
Atq; alia in manibus sunt sita cuncta tuis.

Sib. Psal. 11.

At qui templa tenet certè sacrata Sionis,
En, sedet æthærea maximus arce Deus:
Luminibusq; suis, totum quibus aspicit orbem,
Per terras hominum singula facta notat.

Eob. Psal. 11.

At Deus interea templa incolat aurea cœli,
Ipsius ista thronum regia diues habet.
Intentos habet ille oculos, uidet omnia, & idem
Prospiciens hominum iudicat omne genus.

Sib. Psal. 14.

Omnia quo lustrat, despexit lumine terras,
Mortalesq; alto uidit ab axe Deus.

Eob. Psal. 14.

Omnipotens humiles prospexit ab æthere terras,
Humanumq; sua uidit ab arce genus.

Sib. Psal. 17.

Non latebræ fallunt animi, mentisq; recessus
Te, mea qui noctis tempore corda probas.

Eob. Psal. 17.

Omnia nota mei tibi sunt sensa intima cordis.

Sib. Psal. 33.

Despicit, & lato mortalia lumine lustrat,
Despicit, & terras cernit ab arce sua.

*Fingit corda, facit sese intus, & in cute noscant,
 Quisq; regit nutu quod fit & omne suo.*

Eob. Psal. 33.

*Excelsi Dominus de summo cardine cæli,
 In cæto humanas lumine spectat opes.*

*Prospicit humano cunctos è semine natos,
 Cuncta sui spectans de regione throni.*

*Ipse regit mentes illorum, & pectora firmat,
 Cuncta opera illorum, quæ regit ipse, uidet.*

Sib. Psal. 66.

*Prospicit & populos cælo, terrasq; iacentes,
 Nil latet immenso quod fit in orbe Deum.*

Eob. Psal. 66.

*Ille humiles alto prospectat ab æthere terras,
 Surgere qui possu nemo rebellis erit.*

Idem Psal. 90.

*Nostra uides delicta oculo uigilante, nec ullum
 Occultum reliquis te latuisse potest.*

Sib. Psal. 90.

*Lumina ponis enim tua quæ peccauimus ante,
 Crimen & obscuri pectoris omne notas.*

Idem Psal. 94.

*Aures cuius opus sunt, sensus & ipse uidendi,
 Scilicet haud cernat, percipiatq; sonos.*

Eob. Psal. 94.

*Non audire putas aliquid qui condidit aurem,
 Quisq; oculum finxit, nonne uidere queat?*

Sib. Psal. 113.

Qui par est similisq; Deo, supera alta tenenti
Lumine qui lustrat inferiora suo?

Qui contempta polo cernit, terraq; uidentem
Omnia, nil magno quem quod in orbe latet.
Eob. Psal. 113.

Huic Domino similis quis sit, qui possit haberi?
Sublimem qui se quam uolet ipse locat?

Rursus eò terras qui se dimittit, ut omnes
Spectet, et in cœlis quodquod agatur opus.
Idem Eccles.

Omnia namq; breui sunt discernenda per ipsum,
Quæ uel agit, uel nunc cogitat omnis homo.

Vtq; uidet, sic quæ gerimus Deus omnia nouit,
Quæ ratione huic tu garrulus esse uoles?

Flam. Psal. 113.

Hinc pater acuto cuncta lustrat lumine,
Non stellifer quicquam polus.

Non alma quicquam terra continet, neq;
Pontus eam circumuagus:

Nil pandet aer liquidus, occultat nihil
Crassa inferorum obscuritas.

Mortalis ullus deniq; nihil pectore
Seruat profundo conditum,

Quod ille rector maximus cœlestium
Non cernat omni tempore.

Hiero Fra. lib. 1. Ioseph.

— Abest si testis, at ipse

Est testis Deus, ipse Deus, quem nulla latere

Facta quecunt, quiq; hic & nos nūc spectat, & audit,

Fab. lib. 1. Ang. 1.

Lustratq; seruatq; omnia

Videnda non uidendaq;.

Buch. Psal. 11.

Aeterna coeli templa colens Deus,

Et lucido astrorum in folio cedens,

Humana per terras acutis

Facta oculis speculatur omnes.

Non iustus illum, non latet impius

Cuncta intuentem.

Eob. lib. 6. Syl.

Cuncta uidet uigilans oculus Iouis, omnia nouit,

Nec peccare oculum te pudet ante Dei?

Fab. lib. 1. Od. 14.

Qui blandis oculis aspicias omnia,

Et sancto penetras abdita numine:

Instanti prece motus

Hoc auerte nefas pater.

Idem.

Cuncta regens, & cuncta uidens ter maxime rerum,

Contritis animis spesq; salusq; Deus.

Non te nostra latet uariorum cura laborum,

Quodq; suae uitae quisq; tuetur onus.

Idem lib. Prec.

Cui nihil occultum, qui profert omne sub auras,

Quod tegit, & clauso pectore uersat homo.

Idem lib. 2. Mil.

Illius ante oculos sunt nomina scripta bonorum,

Nec peccata malus quò sua condat habet.

Aspicit htc omnes, iudex inquit in omnes,

Supplicia iniustis, premia dando bonis.

Idem lib. Prec.

Christe uides, quid enim uigilantia lumina fallit,

Seu quod habet mundus, seu quod abyssus habet,

Petr. Micyl. lib. 5. Syl.

Nec quicquam toto sic clam peccatur in orbe,

Sublatum ex oculis possit ut esse tuis.

Deus scrutator cordium.

Sib. Psal. 11.

Corda probat Dominus, ueræ pietatis amantes

Diligit, acri odio prosequiturq; malos.

Eob. Psal. 11.

Ille hominum trutina uitas examinat æqua,

Approbat ille bonos, improbat ille malos.

Sib. Psal. 66.

Nos explorasti pater, ut solet ignibus aurum,

Excoquis ærumnis pectoris omne malum.

Eob. Psal. 66.

Sicut ad examen nos, nostraq; facta probasti,

Qualiter artifices æra probare solent.

Sib. Psal. 94.

— Abdita rerum

Qui pandit, uestrum non notet ille scelus.

Vota hominum nouit, quæ secum corde uoluant,

d s spes

Spes iubet & uanas per mare ferre notas.

Eob. Psal. 94.

Omnipotens hominum sensus, & pectora nouit

Vana esse, & sane mentis habere nihil.

Sib. Psal. 139.

Tu latebras animi rimaris, & intima mentis

Scis, stans quicquid ago, quicquid agoq; sedens.

Vota uides animo nondum formata, cubantem

Circundas, custos ad latus ire soles.

Omnia nostra audis, nosti omnia, & omnia cernis:

Quam te nec lingua dicit, futura latent,

Eob. Psal. 139.

Explorata tenes mea iam pater, omnia dudum,

Et pars te potuit nulla latere mei.

Tu nosti quid confideam, quid surgere pergam,

Sensa à longè animi sunt tibi nota mei.

Seu me forte dies aliquò prospectat euntem,

Seu cubitum fessæ tempora noctis agunt:

Tu mihi tu presens ades, & circum omnia lustras,

Quam pergam ignota est semita nulla tibi.

Nam neq; lingua potest quicquam mea dicere, cuius

Iam non sit ratio cognita tota tibi.

Sib. Psal. 139.

Ossa tibi nostri sunt cognita corporis ante

Quam rude materno uiscere pondus eram.

Tenuibus ut filis, terræ quamingerer aluo

Antè, tuis oculis conspiciendus eram.

Omnia signaras præmensæ tempora uitæ,

Exactè

Exactè quo sunt scripta futura libro.

Eob. Psal. 139.

Nam lumbos renesq; meos tu matris in aluo

Corporis effingis cætera membra mei.

Te mea non latuit uirtus cum fingerer intus,

Et rudis exiguo pondere massa forem.

Abdita cum fierem uelut intra uiscera terræ,

Et nondum ex utero matris abactus eram.

Tu foetum informem clara me in luce uidebas,

Et quæcunq; mihi membra futura forent.

Tunc uelut in libro descripta futura tenebas

Tempora, necdum horum uenerat ulla dies.

Sib. Ibidem.

— Scis omnia, quando

Arcanum nec te fallere cordis habet.

Flam.

Iam iam supremi iudicis

Tribunal ad iustissimum

Sistere, cordis intima

Qui sensa, qui dicta omnium

Qui facta nouit omnia.

Fab. lib. 2. Ang. 16.

Quid obstinatum pergere,

Et gloriari te iuuat,

In perimaco crimine,

Accacitate, ô impie.

Sistendus ante iudicis

Tribunal, es, quem nil fugit,

Qui

Qui cogitatus, uerbaq;
Rimatur, & facta intima.

Ibidem 17.

Nil cogites prauum, Deus
Scrutatur ima pectoris.

Nihil loquaris improbum,
Quod exit ore, audit Deus.

Buch, Pſal. 7.

O' iuſte iudex, cordis in intimo,
Quem nil reſſu præterit abditum.

Fab, lib. 3. Oda. 2.

Et dubitamus adhuc te uelle audire querentes,
Quorum uota intelligis, antequam
Formet lingua ſonum, tenuesq; ferantur in auras,
Compreſſi ſuſpiria pectoris.

Deus diues theſaurus.

Fab. lib. 2. Ang. 5.

Theſaurus ille diues eſt,
Et largiendo ditior
Fit ſemper, atq; ſumptibus
Abundat, & ſuperfluit,
Cauſus nec ulli qui ſolet
Opes ſupernas per fidem
Preceſq; certus poſcere.
En Chriſtus offert, en pater
Promittit altus, en ſacri.
Dant in ſinum tibi angeli.

Micyl. lib. 2. Syl.

Pacis amans Deus est, pacem mandauit habendam,
 Qui regit æthereæ conditor arcis opus.

Deus author pacis.

Fab. lib. 1. Milit.

Ipsò Deus pacis concordēs diligis, & te
 Concordi mandas cum pietate coli.

Idem 1.

Nam Deus effundit, quamuis largissima dona,
 Dando exhaurit opes, non tamen ille suas.

Deus creauit cælum & terram.

Sib. Psal. 33.

Voce Dei è nihilo mundi, flatuq; potente
 Emerfit nullis fimbriis ampla domus.

Voce Dei ætherei populi sine corpore uitæ,
 Signa poli constant lucida uoce Dei.

Voce Dei ignoti cumulo uallata profundi,
 Non exit fines æquoris unda suos.

Horreat hunc primus, cunctis hunc ultimus orbis
 Cum populis metuens corde micante tremat.

Quæ uult cuncta potest, opus & uox editur unâ,
 Estq; uigetq; statim, quod fuit antè nihil.

Eob. Psal. 33.

Verbo cuncta Deus, cœli quoq; condidit orbis,
 Oris & afflatu sidera pulchra sui.

Inclusas pelagi uelut utre coercuit undas,

Cuius

A' me ceu largo copia fonte fluit.

Fab. lib. 3. Ang. 13.

Inane coelum noluit,

Terrasq; desertas Deus

Stare aut moueri conditor.

Coelum angelorum caetibus

Disiunxit instar luminum.

Terras colendas ordini

Summissiori tradidit.

Sed ipse caelos & super

Terrasq; rector permanet.

Mand. uit & coelestibus

Custodiendos angelis

Subiectiores, quos fouet

Immensus orbis circulus.

Idem lib. 3. Oda 3.

Conditor, ô pater inclite, rerum

Coeli ponens caerulea templa,

Littore pontum, flumina ripis

Includens sermone, diemq;

Puro illustrans lumine solis,

Candidaq; addens cornua lunae.

Ibidem 15.

Conditor rerum superum, beatam

Qui domum, summi super alta coeli

Munis orbe nouemplice.

Qui facis uultum radiare solis,

Cumq; mutato quoq; sole, corda

Leta aut tristia reddis: &
 Qui uaporose modò plena luna
 Lumina excudis, modò diminutum.
 Pingis cornibus ambitum.
 Alteram noctis dominam, diei
 Alterum patrem & famulans utrisq;
 Adiungis decus Hesperii.

Idem lib. i. Mil.

Omnipotens trina qui maiestate coruscas,
 Et Pater & Verbum, Flatus & alme Deus.
 Obscurum qui luce chaos distinguis, & alti
 Sidera cum stellis ponis in arce poli,
 Quiq; suo fundas spaciosam pondere terram,
 Floribus & pictis arua uirere iubes,
 Qui luci, noctiq; addis, per lumina solis,
 Ac luna, cursu non uariante, uices.

Idem lib. Prec.

Verbi pater potentia

Lucis creas exordia:

Coelum locas, fundas solum,

Et magna profers lumina. tig.

Condidit eterno qui prouidus omnia uerbo,
 Prouidus hic memori condita mente regit.

Micyl. lib. 5. Syl.

Primus enim magno fundauit in equore terram,
 Et stabili in medijs pondere fixit aquis.
 Quaeq; prius dubio pendebat in aere nisu,
 Immotum uentis iussit habere locum.

Deus astra regit.

Phil. lib. 2. Epigr.

Non ferri casu pulcherrima corpora mundi;
 Verum mente regi, consilioq; Dei.
 Testatur Phoebus qui certis legibus annuum
 Conficit, & notis itq; reditq; uis.
 Et gratis uicibus lucem, noctemq; reducit,
 Et tempestiue nata calore fouet.

Micyl. lib. 2.

Nam pater omnipotens cum celsi moenia mundi
 Conderet, & geminis clauderet astra polis:
 Et partes uarias dispersa elementa per omnes
 Firmaret certis fidere cuncta locis.
 Cum medio terræ suspendit in aere molem,
 Ponderis immotam præ grauitate sui.
 Addidit & iugi manantes flumine riuos:
 Ut noua per certas floreat illa uices.
 Mox quoq; distinxit fulgentibus æthera stellis,
 Et iussit superas igne micare domus.
 His dedit & uires, & certi temporis ortus,
 Motibus ut regerent inferiora sui.
 Et metirentur uertentis tempora mundi, &
 Diuiderent noctes, diuiderentq; dies.

Deus creauit angelos.

Vida lib. 4. Christ.

Vix opifex rerum extuderat, terrasq; iacentes,

Cum

Cum simul alligeros populos sanctosq; uolucres.
 Ter ternas acies, celerem, & sine corpore gentem
 Qui cœli incolerent ipsos septemplex orbis,
 Condidit æterno genitor succensus amore.
 Ut sua qua fruitur solus, natusq; per æuum
 Communis foret, & multis concessa uoluptas.

Fab. lib. Vict. Cœl.

Condidit angelicas uerbi uirtute cateruas,
 Obsequijsq; hominum iussit adesse Deus,
 Seu punire malos, seu uult defendere sanctos,
 Ad Domini imperium est turba parata sui.

Idem lib. 4. Hym.

Rerum parenti gratias
 Dignè canamus omnium,
 Quòd angelorum condidit
 Virtute uerbi spiritus.

Stig.

Spiritus, rerum Deus hos creator
 Finxit, atq; illis sapientis ignem
 Mentis afflauit, uoluitq; recti
 Esse ministros.

Deus creauit hominem.

Fab. lib. 1. Milit.

Deniq; diuinæ qui condidit imagine formæ
 Vultum hominis, mandas corpus & esse lutum.
 Inspirans animæ uim, non rationis egentem,
 Et uera ornatam cognitione tui.

e

Aemili.

Aemil.

Exiguo fecit mortalia corpora limo,
Materiam terra suppeditante Deus.

Sib. Psal. 100.

Non opus ipse suum quisquam est, infudit in artus
Hic animam, sacra finxit & ossa manu.

Eob. Psal. 100.

Hunc tamen esse Deum cognoscite : nempe creati
Ipsius, haud nostra de ratione sumus.

Fab. lib. Carm.

Cum pulcher orbis, claraq;
Fulsere caeli lumina.
Pontusq; piscem, & alitens
Ferasq; terra protulit.
Illud theatrum splendidum
Non absq; spectatoribus
Rerum sinebat conditor.
Lutum rubens & ductile
Verbo moueri, spiritu
Motum adiuuans, dat uiuere.
Procedit Adam, florida
Pulcher inuenta, conditi
Regnator orbis, & suo
Seruire non segnis Deo.

Idem.

Cetera cum Domini fierent animalia uerbo,
Coelesti dextra conditur unus homo.
Vnus homo erecto spectabat sidera uultu,

Pulchra

Pulchra Dei ut Dominum cernat imago suum.

Vida lib. 4.

Primus natus homo hinc, terris quæ maximus autor,
 Et liquidis latè Dominum præfecerat undis.
 Quo mox pro superis excussis astra teneret,
 Desert, atq; domos ipse, et genus omne suorum,
 Omnigenumq; unu subiecit seclæ animantum
 Squamigerum pecudes, et pennis pictæ uolantum
 Corpora, montiuagumq; simul genus omne ferarum.
 Tantum floriferis Dominum cum imponeret aruis,
 Arboris unius factu illum parcere iussit.

Stig.

Ipse Deus propria sumens ab imagine formam,
 Humana ad faciem condidit ora suam.
 Et quos condiderat, diuersæ munere formæ,
 Ante oculos stabant fœmina, uirq; Dei.
 Quos Deus aspectu præsens dignatus amico,
 Contulit in tales hæc sacra uerba modos:
 Crescite multiplici fœcundi prole parentes,
 Et soboles uestre sit numerosa domus.
 Sit uobis populis terras implere facultas,
 Quæ uestra latè sub ditione iacent.
 Omne genus pisces uobis, genus omne uolucres
 Oceanus quicquid, quicquid et æther habet.
 Omnia subiecio uobis animalia terræ,
 Quicquid et est uestri iuris id esse uolo.

Eobanu.

Non tamen artificii usum satis esse monarchæ

et z

Imperium

Imperium fundasse ingens, sine semine mentis
 Aetherae, uacuumq; nouis cultoribus orbem
 Frustrari magnae praegnantia uiscera matris.
 Condidit ergo animal princeps, dominuq; uocauit,
 Imperiumq; in cuncta dedit uiuentia nedum:
 Verum etiam quaecunq; uidet sol magnus ab alto,
 Quaeq; illo proprior lunaris obambulat orbis.

Micyl. lib. 5. Syl.

At pater omnipotens rerum bonitate nouarum
 Letus, ad effectum lumina uertit opus:
 Et quis, ait, talis potietur fructibus aui,
 Cui dabimus tanti iura tenenda soli?
 Inueniendus erit nostra de gente creatus,
 Ingenio tantas qui moderetur opes.
 Nec mora, de summa glebam tellure coactam,
 Informat membris luminibusq; nouis.
 Hinc oculos, hinc ille manus, hinc ardua donat
 Pectora, & erectis uulibus ire iubet.
 Adicit & mentem qua caetera cuncta gubernet,
 Noscat & e summo se genus esse polo.

Deus instituit coniugium.

Fab. lib. 2. Ang. 11.

Non est cuiquam liberum,
 Vitam fouere caelibem.
 Nam coniuges non imperat
 Ipse esse conditor Deus.
 Manu ipse de limo uirum

Qui

Qui ducit & compaginem
 Illi maritat offeam,
 Qui per ministros angelos
 Remota iungit pectora.

Ibidem.

Non odit humanum genus,
 Castasq; tædarum faces,
 Extinguit, ipse quas fouet
 Cum condito orbe conditas.

Ibidem.

Connubij author est Deus,
 Christus sacrorum coniugum,
 Et suscitator ignium
 Sacer piorum Spiritus.

Idem lib. i. Mil.

Nunquid, caste Deus, potes esse libidinis autor,
 Nunquid & impuris pure fauere potes?
 Fœdera legitimi sanxisti sacra cubilis,
 Sunt tua dicta, fides: sunt tua facta, decus.
 Immittens licitos animis credentibus ignes,
 Humano coctum colligis è genere.

Qui te cognoscat, quem noscas tu quoq;: qui te
 Poscat opem, cui tu ferre paratus opem.

Idem lib. Carm.

Coniugium sanxit Deus,
 Connubium probat Deus.

Ibidem.

Viro creauit coniugem,

Et iunxit ipse conditor
 Deus, perennem ut cogeret
 Hoc instituto ecclesiam.

Idem lib. Carm.

Nil iuuit Adam diuitis
 Horti tenere copiam,
 Vrsosq; lupi uel fero
 Nomen leoni ponere.
 Carere uernantem uirum
 Mens conditoris prouida
 Conforte uitæ noluit.

E dormientis corpore
 Costam ferens, dat candidæ
 Formamq; et ora uirginis,
 Ostendit Adæ quem nouum
 Pertentat intus gaudium.
 Hæc illa, ait, pars est mei,
 Eritq; semper corporis.

Viro maritam pronubus
 Deducit ipse conditor,
 Verboq; iungit, cordaq;
 Amore uiuo susciuat.
 Dextra Dei, uerbo Dei,
 Dei sacratum flamine
 Nemo rescindat uinculum.
 Augete mundum, crescite,
 Et possidere, quidquid est,
 Tellus quod ampla continet.

De stirpe uestra, & sanguine
Ecclesie surgat decus.
Ut turba sit, quæ me suum
Norit, celebrat principem.

Scip. lib. 1.

Tu pater omnipotens, postquam primordia gentis
Humanæ dederas, statuisti foedere sancto
Connubium generi augendo.

Stig.

Pectora secreti turbant humana recessus,
Ducit inuuliter tempora solus homo.
Ergo ipsi casus operam quæ præstet ad omnes
Adiungam, uitæ quæ sit ubiq; comes.
Sic ait, & fessos stringentem suauiter artus,
Membra homini somnum mittit in alta Deus.
Ille iacet, cerebro suaues operante liquores,
Intus & halituum pondera grata trahit.
Tum Deus è iuncto dissoluens corpore costam
Exerit, & uacui mox loca carne replet.
Nec mora: foemineos corpus transformat in artus,
inde capit formæ facta puella decus.
Hanc Deus adducens homini monstrauit, & eius
Corpore transumptum noscere iussit opus.
Agnoscentis propriæ qui membra affinia carnis,
Vatidico tales edidit ore sonos:
Ista meis sumunt ex ossibus ossa figuram:
Hæc caro de carne est edificata mea.
Illa uirago uiri de nomine nomen habebit,

De socio siquidem corpore sumpta uiri est.
 Inde homo neglectos matremq; patremq; relinquet,
 Coniugis ut possit semper amore frui.
 Traducet sociam coniux cum coniuge uitam,
 Et duo corporibus, mentibus unus erunt.

Micyl. lib. 2. Syl.

At pater ille deum qui magnum condidit orbem,
 Qui nostrum toto sparsit in orbe genus:
 Ducere legitimo uoluit nos foedere uitam,
 Quamlibet & proprium iussit habere uirum.
 Addidit & certos, qui sic sociantur, honores,
 Præmiaq; & læti pignora connubij,
 Mundus ut hac serie totum duraret in æuum,
 Iret & in summos nostra propago dies.

Ibidem.

Nam pater omnipotens nuper tellure creata
 Cum mortale noua conderet arte genus.
 Aspicit è gleba quem pridem fecerat uida,
 Errantem tacito sola per arua pede.
 Et secum humanæ uersans incommoda uitæ,
 Esse hominem solum durius, inquit, erit.
 Quin socium uitæ facimus, sociamq; laborum,
 Huius quæ curas, tristitiamq; leuet.
 Et seu læta foret cursus fortuna secundos,
 Seu tristes, eadem sit comes usq; uiro.
 Sic ait & dulci sparsa per membra sopore,
 Fusus in herbofo dum iacet ille solo,
 Ipse nouo demptam tollit de corpore costam,

utq;

Vtq; hominis faciem sumat & ora iubet,
 Nec mora diuina producitur arte puella,
 Tota decens uultu, corpore tota decens.
 Hanc homini certo coniungit sociare lecti,
 Et uitæ sociam totius esse iubet.
 Et tolerare unâ nullo discrimine rerum,
 Seu bona fulgerent tempora, siue mala.

Idem lib. 5. Syl.

Et ne solus in hac tantorum luce bonorum
 Iret, & inuentas inter egeret opes:
 Procreat & sociam proprio de corpore sumptam,
 Que consors uitæ leticiæq; foret.
 Hanc illi thalamo iunxit, propriamq; dicauit,
 Iussit & innumera prole beare patrem.
 Atq; ita compositi passim per amœna uagantur
 Errantes inter prata nemusq; greges.
 Et scelerum impauidi lustrant loca quæq; uiarum,
 Vernantis Domini fœmina uirq; soli.

Deus procreat fruges terræ.

Sib. Psal. 65.

Arua redis ad nostra bonus, deducis & agros
 Prata per & riuos lenè fluentis aqua.
 Effuse stagnant tua flumina: semina largo
 Fundat ut ubertim fœnore pingue solum.
 Prætexit picta nigrum ferrugine cœlum,
 Descendit pluuijs plurimus imber aquis.
 Implentur lyræ, tellus natat ebria, leta

Fœcunda crescit nube rigata sedes.

Messe coronatus gaudet nuidiſſimus annus,
Nec capit immenſas area diues opes.

Quacunq; ingrederis, florentia conſeris arua,
Stillat de pedibus copia plena tuis.

Ditantur campi, saltus, ſyluæq; ſupinum
Extollunt colles læticiaq; caput.

Pabula perſultant balantes, frugibus imis
Vallibus obductum luxuriatq; ſolum.

Arua fremunt plauſu, plaudentibus aſſonat Echo,
Et laudent numen uir mulierq; Dei.

Eob. Pſal. 65.

Climata latiuagæ tu reſpicias omnia terræ,
Quam iugi irriguam fonte uirere facis.

Quam facis omnigena rerum ditione beatam,
Dulce tuum uarijs flumen abundat aquis.

Sic lætæ ſegetes, ſic pinguia culta uireſcunt,
Per te ſic fructus parturit omnis ager.

Frugiferos riguo potas aſpergine ſulcos,
Gleba tuo uultu nulla iacebit iners.

Imbribus humectans arentia uiſcera terræ,
Per te larga ſuas copia fundit opes.

Quadriſidum uarijs locupletas dotibus annum,
Quas datus è plenis nubibus imber alit.

Sic tua diſtillant pingues ueſtigia ſuccos,
Et toties pedibus ſemita trita tuis.

Deſerti loca, dura prius, cultiſſima ſient,
Fructiferi montes iam ſua dona ſerent,

Innumeri

Innumeri per prata greges uiridantia pascent,

Obsita planities frugibus omnis erit.

Tunc iacunda nouo susstollem iubila plausu,

Tunc ubi mortales carmina leta canent.

Sib. Psal. 67.

Ipsa suos leto fructus fert ubere tellus,

Cœlesti crescit rore rigata seges.

Eob. Psal. 67.

Sit pius & faueat nobis Deus, ut sua tellus

Largis tua uberibus semina fundat agris.

Sib. Psal. 68.

At nunc utilibus foecundas imbribus agros,

Et reficis terræ iugera sicca tuæ.

Vt sibi constituent in eis tectumq; laremq;

Grege tibi perpetuò dedita corda tuus.

Et, tua quæ bonitas, uerarum tempore largis

Muneribus nullo deficiantur opum.

Eob. Psal. 68.

Languida facta tua est genitor possessio, & arct;

Mitte saluares quæ medeantur aquas.

Vt tua fructiferas habitent animalia terras,

Pasce tuæ miseros dexteritatis ope.

Sib. Psal. 147.

Qui cœlo inducit nubes, pluuialibus undis,

Aruaq; cum pratis & iuga celsa rigat.

Eob. Psal. 147.

Qui summis faciles in montibus educat herbas,

Et steriles colles pascua leta facit.

Vida

Ille etiam iniusso tellurem gramine uestit,
 Floribus appingens sata uersicoloribus arua,
 Arboribusq; comas, atq; umbras montibus addit.

Deus pascit animalia.

Sib. Psal. 104.

Omnia te spectant, à te pater omnia pendent
 Solo, sperati cum uenit hora cibi.
 Te tribuente legunt pastum, satiata benignæ
 Luxuriant dextræ muneribusq; tuæ.
 Abdideris faciem, turbant: eliseris auras,
 Interit in nihilum quod fuit ante nihil.
 Vitali flatu uegetaris, mortua spirant,
 Et species terræ, quæ fuit ante, redit.

Eob. Psal. 104.

Te pater expectant hæc omnia, te uenerantur,
 Pabula ut expedias tempore cuiq; suo.
 Si dabis, excipient: dextram si extendis apertam,
 Diuinæ saturi iam bonitatis erunt.
 At simul ut uultus auerteris ora benigni,
 Consternata noui plena timoris erunt.
 Natiui abstuleris uitalia munera flatus,
 Mox subito interitu nil nisi puluis erunt.
 At simul emittis flatum noua cuncta creantur,
 Iam noua frons terræ, iam nouus orbis erit.

Sib. Psal. 145.

Qui terris uiuunt animantes lumina uertunt

LIBER I.

61

Ad te sperati cum uenit hora cibi.

Vertunt, & largus præbes alimenta, penurq;

Quas poscunt, gratis diuite promis opes.

Vt membris saturæ uegetis nil crastina curent,

Et munus faciant officiumq; suum.

Eob. Psal. 145.

Te pater obseruant oculis, in te omnia sperant,

Quæ uitalis adhuc luminis aura fouet.

Et tu respiciens tribuis sua pabula cunctis,

Distribuens escam tempore cuiq; suo.

Mox ut aperta manus patuit tua, fundis in omnes

Omnia quæ uiuæ tempora lucis habent.

Atq; ita quando uoles dextra tua munera aperta

Diuidis & satias quæ uoluere bonis.

Sib. Psal. 147.

Gramine qui colles uestit, quærentibus escam

Dat brutis, pullis coruæ nigerq; tuis.

Eob. Psal. 147.

Qui sua iumentis dat pabula, dat sua pullis

Coruorum, querula quando ea uoce uocant.

Vida lib. 4. Christ.

Obseruate genus pecudum, genus altiuolantum,

Nullæ illis artes, nulla illis cura futuri:

Non tamen aut regimen, uictus aut copia desit,

Omnia diues alit rerum sator, omnia curat.

Fab. lib. 2. Ang. 5.

— Qui greges

Non esurire uermium

Sinit

Sinit pusillos, quiq; alit
Mergum, palumbes, passerem.

Idem lib. 1. Piet.

Aëreæ cuius pendent bonitate uolucres,
Ceteq; lato magna luunt æquore.
Plurimaq; in uastis stabulant animalia campis;
Syluisq; congregantur, & lustris latent.

Ibidem.

Qui dat iumentis, mutisq; natantibus escam,
Non solito pascat corpora nostra cibo?

Idem lib. Prec.

Ille dat optatam iumentis cœlitus escam,
Deq; eius uiuunt cuncta creata manu.

Phil. lib. 4. Epigr.

Mortales miseros, pecudes, armenta, uolucres,
Implumem coruum uestit alitq; Deus.

Ioach. Camer.

Omnibus his datur esca, suo quam tempore promit
Dextera larga Dei, de qua bona copia manat,
Copia ad æternæ procedens gaudia uitæ.

Idem.

Tu quoq; pennigeras cœli per templa uolantes
Ardua, aues nutris: gemitus tu uocis ex audis,
Quam deserta edit coruorum paruula clamans
In nidis soboles. Haud tu passerculus unus
Ne patiare, cadat deceptus ab aucupis esca.

DEVS

Deus non robore delectatur.

Sib. Psal. 147.

Quem non robur equi, quæ nõ iuuat ardua ceruix,
Non bellatoris fortia crura uiri.

Eob. Psal. 147.

Non huic robur equi placet in fera bella ruentis,
Non iuuat hunc fortis tibia crassa uiri.

Ioach. Cam.

Non tibi se elata quadrupes ceruice superbus,
Non ualidi uis rara uiri, roburq; pedestre
Commendantq; probantq; -

Deus animos hominum corroborat.

Sib. Psal. 128.

Ipsè animos pulsa firmas formidine, uinci
Et das nimirum nescia corda bonis.

Ipsè Deus uires nimirum sufficis, unctus
Immensumq; tuo munere nomen habet.

Idem Psal. 31.

Spes animos firmet, duret constantia mentem,
Qui colitis casto pectore cunq; Deum.

Eob. Psal. 31.

Este uiri constanti animo, qui nomen amatis
Ipsius, hic uobis fortia corda dabit.

Deus exaudit preces.

Sib. Psal. 3.

Non

Non humiles unquam uanas finit esse, Sionis

Qui nos sacrata spectat ab arce, preces.

Eob. Pſal. 3.

Audiet ipse sui ſancto de uertice montis,

Nec uoti uacuaſpem finit eſſe mei.

Sib. Pſal. 4.

Non Deus opponit miſeris ſua nomina uotis,

Eſſe preces uanas non finit ille meas.

Eob. Pſal. 4.

Audiet ille meam, quoties petet æthera, uocem,

Attenta aure meas audiet ille preces.

Sib. Pſal. 5.

Manè ratos miſeri clamores efficis, affers

De te pendentem manè rogatus opem.

Idem Pſal. 6.

Sed procul, ô fontes, Dominus mihi præbuit aures,

Excepit Dominus uota precesq; meas.

Eob. Pſal. 6.

Ite procul, fugitote meos turba impia uultus,

Iam ualet ante ſuum noſtra querela Deum.

Audit enim, uotisq; fauet pius ille rogantis,

Nec finit auditas non ualuiffe preces.

Sib. Pſal. 10.

Aſt inopum admittens, numen placidiſſime, uoces,

Das deſiderijs uela ſecunda pijs,

Suppeditas, fundunt quæ uerba precãtia, nunquam

Et ſinis illa leuis uentus & aura ferat.

Eob. Pſal. 10.

Supplicia

Supplicia exaudis miserorum uota rogantium,
His etenam patulis auribus esse soles.

Sib. Pſal. 18.

—Intentas præbuit aures,

Et miseris iussit pondus habere preces.

Sollicita ex promptis percepit mente querelas,

Augusta gemitus audiit arce meos.

Eob. Pſal. 18.

Asiduo clamore Deum precor, ille querelas

Audit, & incassum non finit ire meas:

Audit ab excelso stellantis lumine templi,

Inde meas pronò suscipit aure preces.

Sib. Pſal. 23.

Immensum celebrate Deum, qui rebus in arctis

Surda inopum nunquam negligit aure preces.

Non auersatus miseri qui uota, salutis

Clamanti numen munera mite dedit.

Eob. Pſal. 23.

Exilium non auxilio contempsit egentis,

Nec retrò uultus abdidit ora sui.

Quin potius iustis precibus se in uota uocanti

Nequaquam surdis auribus esse tulit.

Sib. Pſal. 34.

Se Deus exhibuit quærenti, uoce uocanti

Respondit, cunctis eripuitq; malis.

Eob. Pſal. 34.

Sollicito Dominum quærenti pectore faustum

Annuit, & placidum se dedit ipse mihi.

f

Sib.

Sib. Psal. 34.

Aspicit ad iustos oculo clemente, precesq;
Intenta sanctas accipit aure Deus.

Eob. Psal. 34.

Ipse Deum iustos oculis pater aspicit æquis,
Ipforumq; pia percipit aure preces.

Sib. Psal. 34.

Quonam, quò tandem clamarunt tempore, uota
In sua nec facilem sancti habuere Deum?

Eob. Psal. 34.

Ad Dominum fidere preces, audiuit, & ultrò
Auxilium iustis, quòd petiere, tulit.

Sib. Psal. 55.

Non finit ille suum durus plorare clientem,
Cui facilis Deus est, irrita nulla petit.

Eob. Psal. 55.

Audiet & gemitus, & uerba rogantia, pronis
Certa fides cause est, auribus accipiet.

Sib. Psal. 61.

Vota, tuas laudes admittis, nostra, dabisq;
Dextra bonis tua que dat, bona cuncta mihi.

Eob. Psal. 61.

Tu Deus audisti mea uota, & posteritatem
His tribuis qui te tempus in omne timent.

Sib. Psal. 65.

Verba precesq; pias audis, hinc conuolat aras
Ad sacras plenis turba fluitq; uijs.

Eob. Psal. 64.

LIBER I

67

Et quoniam precibus sacras placaris ad aras,
Ad tua templa pater confluet omnis homo.

Sib. Psal. 69.

Accessum qui das lachrymis, precibusq; piorum,
Et captis nodos uinclaq; dura leuas.

Eob. Pjal. 69.

Nam Deus auxilio iuuat, atq; exaudit egentes,
Captiuus solitus dexter adesse suis.

Sib. Psal. 120.

Excepit tristi mea tempore uota creator,
Et iussit querulas pondus habere preces.

Idem lib. 2. Epin.

Que pia lingua facit, Deus audit, uota, scelestas
Auersa surdus negligit aure preces.

Flam. Psal. 3.

Nunquam fidem tuam pia inuoco prece,
Quin uocibus dexter meis

Aures benignas prebeas, & supplicii
Optata dones omnia.

Idem Psal. 120.

- Nam uocibus dexter meis

Aures amicas admouet semper Deus.

Fab. lib. 3. Ang. 6.

At ipse magnus coelitum
Rector, parens Ecclesie,
Ad lachrymas, & uerbera,
Non surdus aut secus sue
Gentis querentis extitit.

f 2

Idem

DE DEO

Idem lib. 5 Hym.

Aures patentes sunt Dei
Fidenter inuocantibus.

Idem lib. 1. Oda 5.

Nemo frustra unquam rogauit,
Corde rogans humili. fideq;

Idem lib. 3. Oda 1.

- Non in aera

Disperget uota, sed aurem
Vlra ò inclinabit apertam.

Ibidem 17.

- Sed tuum est, ò Deus, parcere,

Et preces supplicum nolle contemnere.

Idem lib. 2 Piet.

Quisquis ades, genibus supplex prouoluere flexis,
Ianua pulsanda est ambitiosa prece.

Ipsè etiam pulsare iubet, uix limine tacto,

Ecce, patet uotis ianua tota tuis.

Idem lib. 1. Mil.

Alte Deus pronas inclinans uocibus aures,

Cum superam implorat nostra querela fidem.

Idem lib. 2. Mil.

Quò magis ardenti peccator uoce precatur,

Hoc aurem propius subijcis ipse Deus.

Idem Vi& Cæl.

Non uano quisquam confidens inuocat ore,

Aut ad difficilem fert pia uota Deum.

Ibidem.

Qui cœlis residens pronas clamantibus aures
 Porrigit, & nostris ingemit ille malis:
 Ferre paratus opem miseris, frenare potentes
 Foris, & una hostes mergere clade suos.

Ibidem.

Quiq; mouet tonitru cœli aurea templa sonoro,
 Non humiles surda reiecit aure pre. es.
 Promptus adesse suis, præsente leuare periculo,
 Seu pia uota ferat foemina, siue puer.

Idem. lib. Carm.

Quisquis Deum audit, is quoq;
 Auditur à Deo: preces
 Nec ille mittet irritas
 Vultum leuans ad æthera.

Aemil.

Quis uestrum si forte roget de pane parentem,
 Cui lapidem ferat ille grauem. Quis poscere piscem
 Auditus, dirum capiat pro pisce colubrum?
 Quisq; petens ouum gallina matre creatum,
 Accipiat cauda minuantem scorpion unca?
 Quod si uos homines, qui prima ab origine prauis,
 Tam bona poscenti soboli dare dona potestis:
 Quanto cœl. stis genitor magis æthere summo
 Intima repl. bit sacro præcordia flatu,
 Omnibus his, quicunq; petent, ipsumq; rogabūt.

Micyl. lib 5. Syl.

Tu placidè exaudis sancto de monte precantem,
 Auxiliumq; suo tempore mite resfers.

Deus bonos protegit.

Sib. Psal. 5.

Tu bona das sacri genitor, scutoq; fauoris
 Protegis æternum qui tua uerba colunt.

Eob. Psal. 5.

Nam tibi dilectos defendis ab hoste, nec unquam
 Oppressos curis tristibus esse sinis.

Omnia contribuens iustis bona, protegis omnes,
 Qui tua tactantes munera, nomen amant.

Sib. Psal. 9.

Ipsæ sui custos cætus, & causa salutis,
 Desertos nunquam qui finit esse piat.

Eob. Psal. 9.

Nulla etenim tibi fidentes ratione relinquis,
 Nec te quærentes deseruisse potes.

Sib. Psal. 9.

Spes foueat miseros, uenient obliuia iusti
 Nulla Deo, Zephyris nec pia uota cadent.

Eob. Psal. 9.

Nam nunquam non esse memor uolet ille suorum,
 Quos labor & curæ, tristitiaq; premunt.

Nec sua spes miseris erit irrita, semper & olim
 Exulibus ueniet sepe petita salus.

Roset. in Paul.

Cultores tegit ipse suos, quos ledere nulli
 Viperei morsus, aut noxia pocula possunt.

Sib. Psal. 10.

Non opis in nobis, turbae tutela relictae,

Tu tege praesidio nos pater alme tuo.

Tu pupillarum tutor, defensor & altor,

Impia sacrilegi brachia frange uiri.

Eob. Psal. 10.

Nempe uides, dolor & curae, seuiq; labores,

Atq; alia in manibus sicut sicca cuncta tuis.

Soli namq; tibi miserorum turba relicta est,

Ex ope consistunt orbis & orba tua.

Sib. Psal. 17.

Me tege, ceu medio cilijs descenditur orbe,

Quae uibrans liquida pupula luce micat.

Vt uolucris pullos abdit cristata, beato

Alarum sic me tegmine conde pater.

Eob. Psal. 17.

Tam tua me uigili custodia limine seruet.

Quam seruari oculi pupula cara solet.

Non secus ac suauiter requiescam tutus in umbra,

Si tua magna meum contegat ala caput.

Sib. Psal. 54.

Affertum rebus me solus protegis arctis

Hosti ut ne uideam tristia damna facis.

Eob. Psal. 54.

Tu quia de cunctis me eladibus eruis, ut iam

Risum deuicto prorsus ab hoste seram.

Sib. Psal. 54.

Sol Deus es, chypereusq; tuis, te gratia fama,

Et uenit aeternum conciliante decus.

Nulla negas sanctis bona. —

Eob. Psal. 84.

Verus enim nobis sol est, scutumq; fidele

Dante Deo, uirtus, gloria, fama uenit,

Non his omne bonum, non ulla opulentia decrit,

Qui uitam pura simplicitate colunt.

Sib. Psal. 97.

Pro uita pugnat fortis, rebusq; piorum,

Nemo Deo sanctis, nemo uetante nocet.

Eob. Psal. 97.

Is sibi fidentes animas custodit, ab omni

Hostili insultu liberat ille suos.

Sib. Psal. 107.

Ast inopes tegit, & numen cœlæ te tuetur,

Et uelut innumeris scetibus auget oues.

Idem Proseu. lib. 1.

Seruat, alit, ducit, regit, & tutatur, & auget,

Neu noceant illis ulla pericla, cauet.

Flam. Psal. 121.

— Dormiet nunquam tue

Salutis ille negligens.

Qui ciuitati præsidet sanctissimæ

Nunquam profectò dormiet.

Hærebit ille semper ad dextrum latus

Fidissimus comes tuum.

Vmbraculiq; tecum amabilis uice

Fungetur optimus pater.

Sib. Psal. 121.

Auxilium

Auxilium feret ipse Deus, qui temperat orbem,

Sunt opus & tellus cuius, & astra poli.

Non tibi constanti patietur genua labare,

Non te dormitans negliget ille suum.

Non dormitabit, sacrae qui praesidet urbi:

Non uenit infesti lumina uicta sopor.

Curat, & obtentu placida te nubis inumbrat,

Et comes ad dextram non negat ire latus.

Eob. Psal. 121.

A Domino spes auxilij mihi certa futura est,

Qui terram artificij fecit & astra manu.

Non usquam tibi pes isto custode labascet,

Tempora qui placidi nulla soporis agit.

Nunquam securae petet ocia blanda quietis,

Pastor in Israel peruigil ille suo.

Te Deus obseruat praesens tibi semper, ut umbra

Te, uelut inclusam, protegat ipse sua.

Feruida ne noscat tibi sideris aura diurni,

Nec te nocturni frigoris urat hyems

Buch. Psal. 4.

Quem Deus elatum miro dignatur honore,

Per discrimina cuncta tuetur.

Fab. lib. 1. Piet.

Vt curat natum genitrix blandissima, curat

Impubem uigilans sic Deus ipse gregem:

Hunc fouet, hunc audit, praesentiaq; omnia lustrat

Facta, nec usquam oculos dimouet inde juos.

Idem lib. 1. Mil.

Ille suos curat, quem qui non audit amatq;
Dignus is in gelidis montibus esse lapis.

Ibidem.

Omnipotens, uerax, miserator, fide, benigne,
Promissiq; memor, iusticiq; tenax:

Qui quoscunq; Deus uerbo, dextraq; creasti,
Hos etiam uerbo protegis atq; manu.

Intereat citius cum cœlo terra potente,
Fiat & omne satum, quod fuit ante, nihil.

Quam non propitio sis illi numine prestò,
Qui te cunq; fide non dubitante colit.

Ibidem.

Ille suis cœlo uobis seruire ministris
Imperat, infantum colligit ille preces:

Prospicit hospitio, uictum, pacemq; procurat,
Addens munifica plurima dona manu.

Non finit iniustam nimium uim posse malorum,
Nos nec iniquorum fraude latente premi.

Stig. lib. 1. Prec.

Mollibus nati pater ut labellis

Osculum figens animum calentem

Pandit, & dulcem simul offlat alti

Cor dis amorem.

Sic tuam in Christo sobolem redemptam

Et foues mitis Deus, & paterne

Mentis aspirans animam benigno

Numine seruas.

Roset. lib. 3. Pau.

Cultores

LIBER I.

78

Cultores tegit ipse suos, quos ledere nulli
Viperi morsus, aut noxia pocula possunt.

Sib. Psal. 36.

Cristat. & pulli matris conduntur ut alis,
Despiciunt ungues accipiterq; tuos.

Pennarum genitor, bonitas, ô quanta, tuarum
Mortales tuti tegmine turba sumas.

Micyl. lib. 5. Syl.

Deniq; ceu charos genitor sua viscera natos
Aspicit, & summo semper amore fouet.

Sic hominum genus ille fouet, patrioq; favore
Protegit, & tutos per mala multa facit.

Deus recipit.

Sib. Psal. 23.

Non tua non me desituet bonitasq; fidesq;
Quam uitæ fuerint tempora longa meæ.

Eob. Psal. 23.

Quin tua me clemens pietas, & cura sequentur,
Donec in hoc aliquis corpore sanguis erit.

Sib. Psal. 23.

Deseruere pater miserum, materq; benigna:
Deseruit nunquam me tua cura Deus.

Eob. Psal. 37.

Et quoniam proprij me deseruere parentes,
Colligis exilij membra relicta mei.

Sib. Epin. lib. 1.

Non unquam bonus & uerax sibi rebus in arctis
Pectora

Pectora fisa potest deseruisse Deus,

Deus diligit.

Buch. Psal. 11.

Iustosq; iustus iusticiæ parens

Amore sancto amplectitur unice,

Et fraudis ignaram ante uultus

Afsidue uidet æquitatem.

Fab. lib. 1. Mil.

Vt moristur enim pater, uxor, sitq; proteruus

Filius, unum omnis sollicitudo premat.

Non ideo auerso nos cernit ab æthere uultu,

Viuus, & amplectens patris amore Deus.

Deus intuetur.

Sib. Psal. 33.

In sanctos oculos figit Deus, usq; fauore

Ipsius fretos prosequiturq; fide:

Ne niger ille dies rapiat, neu rebus in arctis

Non habeant, possint quò posuisse famem.

Eob. Psal. 33.

Qui Dominum metuunt, hos respicit ipse, nec unquã

Deserit, hostili nec sinit arte premi.

Qui pia diuinæ bonitatis munera querunt,

Horum animos certa sæpe salute beat.

Hos prædura famis per tempora pascit egentes,

Ne miseros rapiat mortis auara manus.

Sib. Proseu. lib. 1.

Afpicio mihi uultu quicumq; uerentur,

Pectore

Pectore me Dominum, nec dubitante colunt.

*Aspicio cunctos illorum stirpe profectos,
Perpetuo curans augeo mille bonis.*

Fab. lib. 2. Ang. 4.

Sis uirgo, pastor, foeminus,

Sis publicanus, & maris

Trahens ad undas retia,

Te respicit caelo Deus,

Tibi ministrant angeli.

Idem. lib. 3. Ang. 6.

Quis separabit à Deo

Nos tam fideli, tam bonos?

Non uincla, non uexatio,

Non plaga, nuditas, fames.

Non tempus, aut mors horrida,

Aspexit ille nos polo.

Caelorum amant nos incolae.

Iuuare promptus est Deus,

Opem nec angeli negant.

Deus nutrit.

Sib. Psal. iiii.

Insolitis pascit dapibus sua uerba timentes,

Fœderis & nunquam est immemor ipse sui.

Eob. Psal. iiii.

Hunc quicumq; timent, his larga alimenta ministrat;

Et dat ab hostili munera rapta manu.

Sib. Psal. 37.

ipso

Ipse suos præsens sustinet ipse Deus.
 Nouit & illorum digestæ tempora uitæ,
 Felices auget perpetuisq; bonis.
 Ne sua frustretur spes illos, rebus in arctis
 Mandat eis uictum prodiga fundat humus.
 Eob. Psal. 37.

Tempora iustorum Dominus cognouit, & illos
 Heredes regni deputat esse sui.
 Turbida non illos confundere tempora possunt,
 Non etiam poterit perdere dira fames.
 Tempore quo preciosa malos annona uorabit,
 Affluet, & iustis copia diues erit.
 Micyl. lib. 5. Syl.

Qui tua fecundis saturat prouentibus ora,
 Et prohibet miseræ noxia damna famis.

Deus fecundat.

Sib. Psal. 68.

Innumeris steriles matres qui foetibus auget,
 Captiuus demit uinclaq; dura uiris.
 Stig. Psal. 68.

Qui malè fecundis tribuit sua pignora nuptis,
 Et genus è sterili semine grande facit.
 Sib. Psal. 113.

Qui sterilem reddit fecunda prole parentem,
 Et longa generis posteritate beat.
 Eob. Psal. 113.

Ille etiam sterili tribuit sua pignora, natos

Vt fiat genitrix munere leta Dei.

Flam. Psal. 113.

Ipse & pudicam liberorum gaudio

Hilarat puellam examine.

Quæ prole sine dulci in tristissimo

Mœrore uitam traxerat.

Deus custodit.

Sib. Psal. 34.

His tamen è cunctis liberat ille malis.

Quin artusq; pios custodit & ossa, nec illa

Olim non animis omnia restituet.

Eob. Psal. 34.

Omnia sic famuli custodiet ossa fidelis,

Vt nec uel minimum de tot abesse uelit.

Deus uallat.

Sib. Psal. 125.

Montibus ut Solymi septi sunt undiq; muri,

Isacidas uallat sic Deus ipse suos.

Omni bus & custos seruat fidi ssimus æuis,

Seruabitq; dies donec & annus erit.

Eob. Psal. 125.

Vt montes cingunt Solymææ moenia gentis,

Et circum colles urbs habet ista suos:

Sic Deus hunc cingit populum quem diligit, ex hoc

Æui dum ratio est ulla futura super.

Flam;

Fiam. Psal. 125.

Vt sancta uallo montium circumdata

Est undecunq; ciuitas:

Sic ipse rector cœlitum dextro pios

Vallabit usq; numine,

Illosq; nullis improborum uiribus

Premi diutius sinet.

Sib. Psal. 34.

Castra Deus ponit circum, & statione tuetur

Angelica sanctos, hostis & arma fugat.

Eob. Psal. 34.

Qui Dominum metuunt, ceu castris circuit illos;

Peruigil & saluos angelus esse facit.

Deus opitulatur.

Sib. Psal. 37.

Faustus adest foelixq; Deus, pia rebus in arctis

Cœlesti præsens, cordaq; sulcit ope.

Tutatur, seruat, diuinis uindicat armis

Forma adeo prodest spe coluisse Deum.

Eob. Psal. 37.

Iustis à Domino spes pendet, & aura salutis

Ille suis duro tempore robur erit.

Hos Deus eripiet quando opprimit impius, & cum

Inijcient se uas impia fata manus.

His mala, defensore Deo, non ulla nocebunt,

Semper enim Dominum spem posuere suam.

Sib. Psal. 57.

Robore

LIBER I.

Robore quo nulla est res non superabilis ulli,

Inter quæ vitæ mille pericla tegit,

Pro solitaq; sibi mittet bonitate, fideq;

Det cuius sèssis dextera rebus opem.

Mittet qui tutum præstet, sacrumq; scelesto,

Hosti defensum nec sinat esse iocum.

Eob. Psal. 57.

Mittit opem, cæloq; uidens opprobria tollit,

Qui mihi, me perimens intulit hostis atrox.

Mittit opem fidei memor, et pietatis autæ,

Quæ sua naturæ munera solus habet.

Sib. Psal. 116.

Est clemens Deus afflictis, reuehitq; salutem:

Proq; bonis pugnat, simplicibusq; fauet.

Eob. Psal. 116.

Pronus ad auxilium noster Deus ille ferendum est,

Tam citò qui miseris fert miseratus opem.

Sib. Psal. 118.

Pro seruo Deus ipse suo stat, quid caput, o quid,

Mortales lædant puluis et umbra meum?

Eob. Psal. 118.

Auxilio præsens Deus est mihi, meq; tuetur,

Pro nihilo, contra qui feret arma, feram.

Sib. Psal. 145.

Es præsens, ad eunt ad te qui pectore puro,

Et corde auxilium non dubitante petunt.

Quæ sancti uoluere facis, non uota morantur,

Iusta bona, audis quos, facilisq; iuuas.

Diligit et seruat qui se ueneramur, amantq̄:
Perdit at excisos, corda scelestā, Deus.

Eob. Pl. 145.

Astat, et est propior Deus implorantibus ipsum,
Quorum sunt solida pectora firma fide.

Qui Domini metuūt, quæ sunt his grata rependit,
Audit, et hos placida seruat ubiq; manu.

Qui Dominum reuerenter amant, hos ipse tuetur:
Morte, sub hoc, pœnas impia turba dedit.

Sib. Proseu. lib. 1.

Vnica tu dubijs rebus fiducia solus,
Ipse iuuare soles, ipse iuuare potes.

Idem Proseu. lib. 2.

At certè lapsis alias succurrere rebus,
At miseros omni parte iuuare soles.

Fab. lib. 1. Mil.

Crede Deo, confide Deo, feret ille salutis
Quo non sperasses tempore fidus opem.

Ille tui curam gerit omni tempore, nec te
Deserit, hostili sis licet exul humo.

Idem lib. 2. Mil.

Cum spes nulla patet, cum mens infirma laborat,
Tu spes nostra Deus, tuq; leuamen ades.

Ibidem.

Sollicitæ quò leta minus sunt tempora uitæ,
Ipse Deus præsens hoc magis esse solet.

Idem lib. Viçt. Cœl.

Exerit ille suas tum demum numine uires,

Quando

Quando hominum in duris cura laborat inops.

Ibidem.

Cum dolor in summo est, uelutiq; puerpera nitens
 Luctatur, nec quo se modo uertat, habet,
 Indubitatus opem miris rationibus affert,
 Prostratosq; sua subleuat ipse manu.

Ibidem.

Nec Deus in sese sperantes deserit unquam.
 Inq; pijs ornat, quam dedit ipse fidem.
 Stig. in Ioele proph.

Ipse adero medio tamen in discrimine pressis,
 E' tenebris lucebo Deus, e' turbine uincam,
 Et coetum seruabo meum, dextraq; tuebor.

Deus exhilarat.

Fab. lib. 2. Mil.

In densis tenebris cum mens contabuit agra,
 Luce potent Deus est exhilarare sua.
 Condolet afflictis, sicut pater ipse querelis,
 Affectus mites nec cohibere potest.

Deus ditat.

Stig. lib. 1. Pre.

Lilia qui nitidis regaliter ornat in hortis,
 Et decus ignaris floribus esse facit.
 Ille bonis omni sibi succedentibus hora,
 Fidentem patria te cumulabit ope,
 Hoc supra captum est hominis, sed discite uocanti

g 2 Fidere,

Fidere, sic omni tempore diues eris.

Deus miseretur.

Sib. Profeu. lib. 2.

*Cui sic humani generis iactura dolori,
Inuecta agnino fraude doloq; fuit:
Ut Christum quo nil terris dare maius habebas,
Aetherea sobolem miseris arce tuam.*

Deus peccata remittit.

Sib. Psal. 85.

*Peccatis ueniam tribuisti, nube fauoris
Inducta patrij crimina fœda tegens.
Dextera sustinuit se, cum iam fulmina uellet
Spargere, iusta licet retulit ira pedem.*

Eob. Psal. 85.

*Tu populo peccata tuo patrata remittis,
Et pietate nefas contegis omne tua.
Ire cuncta tuæ procul hinc monumenta tulisti,
Nulla iterum nocui signa fauoris habes.*

Sib. Psal. 86.

*Nam bonus es cunctis facilis, ueniaq; paratus,
Qui uerè patrem, te Dominumq; colunt.*

Eob. Psal. 86.

*Tu siquidem bonus es, cunctis tua gratia aperta est;
Qui te cunq; pia cum ratione uocant.*

Sib. Psal. 86.

At tu qui piger ad pœnas, qui ponere promptus

Iras, & facilis ferre salutis opem.

Eob. Psal. 86.

*At nunc tu pius, & promptus miserescere: lentus
Vindicta, uero maxime, summe fide.*

Sib. Psal. 99.

*Erratis quorum ueniam tua gratia nunquam
Non, uultu noxas dissimulante, dedit*

Idem Psal. 103.

*Qui tribuit ueniam culpis, noxasq; remittit,
Et uicium ex animo diluit omne tuo.*

Eob. Psal. 103.

*Qui tibi cuncta uolens peccata remittit, & idem
Qui tua presenti uulnera sanat ope.*

Sib. Psal. 103.

*Qui clemens, facilis, patiens, non tempus in iram
Dat, lesus miseros nec sine fine premit.*

*Ex meritis qui non tractat, non nostra coercet
Crimina, quo seui fulminis igne queat.*

*Non polus emicuit, sic à tellure, recessit
Ut bonitas ira, qua pia corda fouet.*

*Ortus ab occasu, Zephyrus quàm distat ab Euro,
Tàm longè à nobis crimina nostra fugat.*

*Quàm pater in natos facilis, tam mitis in omnes
Est, ipsum uera qui pietate colunt.*

Eob. Psal. 103.

*Et pius, & plenus Deus est bonitate, nec ira
Præcipiti, ad ueniam pronior esse solet.*

Rauca nec in multis exercet iurgia rebus,

Longior haud illi causa furoris erit.
 Non pro criminibus nobiscum agit ille peractis,
 Nec mala pro nostris reddidit ulla malis.
 Quam superant humiles coelestia sidera terras,
 Tam Domini bonitas extulit ista pios.
 Longius à nobis peccata is nostra remouit,
 Quam sub ab occasu diua pudoricolor.
 Ut pater errantes reuocat, sua pignora, natos:
 Sic pronam timidis fert miseratus opem.

Sib. Psal. 145.

Et bonus & placidus pater es, ueni eque paratus,
 Tardus & irasci, fulmina rara iacis.
 Mitis es, & leni pro mansuetudine nunquam
 Ipse tuum tractas durius author opus.

Eob. Psal. 145.

Vt pius & lentus Deus es, ita lentus ad iram,
 Ad ueniam properis passibus ire solet.
 Omnibus est placidus, super omnia facta benignus,
 Quae prius immensa condidit ipse manu.

Sib. Proseu. lib. 1.

Et quoniam nemo coram me criminis expers,
 Ad uitiumque homines pectora prona gerunt.
 Ignosco culpis, ponoque fideliter iras,
 Non capit humana gaudia morte Deus.

Flam. Psal. 130.

Iudaea gens Deo tuo
 Confide, nam Deus tuus
 Benignus, & placabilis,

LIBER I.

17

Et promptus est ignoscere.

Tua ipse peccata omnia

Delebit, & maculas sua

Absterget omnes dextera.

Eob.lib.3. Hero.

Et cur ante Deum pudeat malefacta fateri,

Ad ueniam fasces qui pius esse solet.

Fab.lib.2. Milit.

Attamen in pœna manet exorabilis ille,

Et patria ueniam poscere mente iubet.

Iratum uertit læta in solatia uultum,

Imbribus inq; ipsis candidus esse solet.

Viuat, ait, qui me clementem sperat & optat:

In me qui credit, non moriatur, ait.

Stig.in Ioele proph.

Hæc Deus. Haud aliquem abijciens delicta dolentē,

Excipiet miseros, & tectos sponte fouebit,

Præsidioq; teget, portusq; atq; aura piorum,

Qui peccasse dolent, promissæ & fidere gaudent

Iusticiæ, miseris quæ sponte offertur in illo,

Qui patris est & imago sui, & sapientia summa.

Micyll.lib.5. Syl.

Omnia qui patria condonat crimina mente,

Et mala præsentis uulnera curat ope.

Ibidem.

Nostraq; sæpe licet pœnas delicta merentur,

Rara tamen mitit uindice tela manu.

Ac si quando leui peccantes uindicat ira,

DE DEO

Atq; luunt merito crimina nostra suo.
 Non tamen in cunctos uindictam prorogat annos,
 Fitq; iterum placidus, qui modò sæuus erat.
 Nec quantas hominum meruerunt crimina poenas
 Exigit, aut sceleris pro grauitate refert:
 Sed quantum est spaciũ fulgentis sidera cœli
 Inter & immoti culta uireta soli,
 Tanta patet Domini bonitas, & gratia tanta
 Pectora quæ sancto plena timore leuant.
 Et quanta est cursus inter uia solis Eoos,
 Et cursus inter, qua patet, Hesperios:
 Tam longè à nobis remouet relicta, nec ullum
 In nostrum illorum ius finit esse caput.

Ibidem.

Namq; soles omnes tu solus tollere clades,
 Et facilem dubijs addere rebus opem.
 Nec finis ut nostræ ualeant magis horrida uitæ
 Crimina, quàm uultus gratia larga tui.

Deus explorat.

Fab. lib. 2. Oda 14.

Prudens ut auri uim probat artiifex,
 Fornace quando uersat, & ignibus:
 Sic quos paterno pectore diligit
 Purgat, malorumq; igne probat Deus.

Deus infirmos iuuat.

Sib. Psal. 34.

Vim fractis addit, tollit, firmatq; iacentes

LIBER I.

In quorum nullum pectore robur inest.

Eob. Psal. 34.

Corda, propè est Dominus, fractis, animosq; iacètes
Erigit, & miseros ad meliora leuat.

Deus neminem ultra vires tentat.

Fab. lib. 1. Ang. 14.

Non ille maius, ferre quam
Pondus queamus, inicit,
Viresq; tentando supra
Non opprimit potentia.

Deus morte peccatoris nō delectatur.

Stig. lib. 1. Prec.

Candide iuras, ego triste nolo
Funus errantis, redeat sed ultrò
In uiam, & ueræ placido fruatur
Munere uite.

Deus dat uitam eternam.

Sib.

— Non est ea gloria non est

Naturæ immundæ, sed nos à morte reduci,
Ciuiibus & cæli ascribi, peccata tegentis
Sideræi, qui totus amor, genitoris amore
Heroa propter, quem norat sanguine nostra
Membra suo sumpturū, aditurū & sponte labores
Humanos: miserū seuo ceruicibus hoste

Auerso, in partem ut regniq; operumq; uocaret
 Pertesos scelerum quos crimina cunq; remordent.

Eob. Psal. 3.

A' Domino speranda salus, opus ille salutis
 Solus habet, uita hinc, non alicunde uenit.

Deus sanxit legem, eandem sustulit.

Fab. lib. 2. Milit.

Ille tulit legem, legem quoq; sustulit idem:

Maior enim Deus est tempore, lege prior.

Deus deiecit, ut rursus exaltet.

Eob. Psal. 4.

Mirificas Domini tandem cognoscite leges,

In quibus exercet, quos amat ipse, suos.

Deiecit, ut releuet: premit ut solatia præstet:

Euocat, ut possint uiuere & esse super.

Sib. Psal. 4.

In strictas actum qui tristi tempore fauces

Eripis, & nulla est qua uia, pandis iter?

Eob. Psal. 18.

Et quoties aliquo casu me affligis acerbo,

Ex imo toties rursus ad alta leuas.

Sib. Psal. 18.

At me de cœli demissa culmine dextra,

Extrahit è tumido quo mare mersus eram.

Afflictum erexit, constrictum soluit, euntem

Iussit in offenso tramite ferre pedes.

Fab. lib.

LIBER I.

91

Fab. lib. 1. Ang. 14.

Non tentat ut perdat Deus,
 Plagas nec infert, ut necet.
 Ut auferat, non eripit,
 Ut proterat, non deicit.

Idem lib. 2. Oda 3.

Qui te colentes usq; ad inferos mitis,
 Ut eleues ad astra: quiq; castigas
 Bonos, thronis ut colloces honoratis.

Idem lib. 2. Prec.

Quem iuuo, perdo prius: mergo què laudib. orno;
 Quem curo, uarijs stringitur ante malis.

Deus diligentes & bonos iuuat.

Philip. lib. 1. Epig.

Tunc iuuat ille autem, cum mens sibi conscia rectè
 Mandati officij munera iusta facit.

Et simul auxilium præsenti à numine Christi
 Poscit, & expectat non dubitante fide.

Sic procedit opus faustum, populisq; tibiq;
 Nauis & aura tuæ uela secunda uchet.

Inuictamq; Dei dextram uis nulla repellat,
 Omnia cogentur cedere prona Deo.

Ipsa etiam quamuis adamanti incisa seruntur,
 Cum peimus, cedunt fata seuera Deo.

*Deus humiles exaltat, et super-
 bos deicit.*

Sib. Psal. 113.

Excitat

Excitat immunda forti qui sorde iacentem
 Dextra, humilem obscuris pulueribusq; leuat,
 Inter honorata reges ut sede reponat,
 Rectorem populi constituatq; sui.
 Eob. Psal. 113.

Ille inopem foedo de puluere subleuat, idem
 Ex humili afflictum ducit ad alta loco.
 Ut locet & reges inter, populiq; tyrannos,
 Quem fidum uero norit amore sibi.
 Flam. Psal. 113.

Gradu iacentes principum in folio locat
 Sua benignus dextra.
 Fab. lib. 1. Milit.

Namq; tuum est efferre humiles, frenare feroces;
 Parua fouere sinu, sternere magna manu.
 Ibidem.

At tu summe parens, ex alias parua, fouesq;
 Abiecta, & pressum quicquid in alta leuas.
 Idem lib. 5. Hym.

Reges superbos deiecit,
 Libidinosos coniecit
 In contumeliam, impios
 Euertit, & punit Deus.

Deus odit superbiam.

Sib. Epin. lib. 1.

Ferre nequit fastus, altaq; uerba Deus.
 Ille probat magnæ qui non sunt laudis auari,
 Concupiunt

Concipiunt quorum pectora turpe nihil.

Fab. lib. 1. Milit.

*Ingratum nullum fert ille superbum,
Nec regnis patitur quenquam inhiare suis.*

Deus odit homicidium.

Fab. lib. 2. Milit.

*Non probat iniustum pietas iniusta furorem,
Dextraq; nulla Deo tincta cruore placet.*

Deus falli non potest.

Eob. lib. 6. Syl.

*Qui nihil ut nescire potest, nec fallere quenquam,
Sic nulla falli conditione potest.*

Fab. lib. 1. Milit.

*Fallere mortalem res una facillima uisum,
Lumina quis falleret semper aperta Deis*

Idem lib. 2. Milit.

*Nemo Deum fallit, stolidi nos fallimus ipsos,
Hanc labem à cæco pectore tolle pater.*

Rol lib 3.

*Ipsè suo summus qui dirigit omnia rector
Numme, & ante uidentis certus nō omnia nescit.*

Vida lib. 1.

— fallacia numen

Nulla humana ualet contra.

Deo fauente nihil est difficile.

Fab. lib. 2. Oda 1.

Namq;

Namq; difficile est Deo
Nil fauente, nec arduum.

Deus mittit Prophetas.

Fab. lib. 5. Hym.

Ecclesiam expertem suæ
Non esse mentis uult Deus.
Caliginosa nec premit
Ventura nocte tempora.

Vates sacrato numine
De puluere & luto excitat,
Effert eosdem honoribus,
Ornatq; bysso & annulo.

Deus malos non exaudit.

Sib. Psal. 66.

Omnia, factò animus si turpi obnoxius esset,
Non excepisset quæ bonus aure Deus.

Eob. Psal. 66.

Si tamen inueniar mihi conscius esse malorum,
Amplius haud nullas audiet ille preces.

Fab. lib. 3. Od. 20.

Quicumq; ad astra uocem
Tollere struidus optat:
Membrum hunc oportet esse
Sancti immobile coetus.
Deus audit improborum
Nullo tempore uotat:
Neq; uult suum maligno

Verti nomen in ore.

Deus malos punit & perdit.

Sib. Psal. 34.

Vertit ad impuros, sed torui luminis orbis,
Cum tota delet progenieq; malos.

Eob. Psal. 34.

Ipsc suos uultus intendit ad impia agentes,
De terra ipsorum nomina ut eiciat.

Sib. Proseu. lib. 1.

At quos postposito pietatis amore fideq;
Ceui furijs actos in scelus ire iuuat.

Illorum in natos, & qui nascuntur ab illis
Nostra referre nequit cum ruit ira pedem.

Flam. Psal. 1.

At turpiter qui uitam agit, cruciatibus
Hunc sempiternus afficit.

Sib. Psal. 5.

Sancta Deus mens es, tibi nō nisi sancta probantur;
Non placet impietas conscelerata Deo.

Sape mali florent, sed flos est ille caducus:
Posse putes nunquam quos iitubare, iacent.

Odisti furios, à quibus peccare uoluptas,
Os mendax pœnas, linguaq; uana luet.

Eob. Psal. 5.

Non equidem Deus es, ceui uana è gente deorum,
Impia cui placeant, qui mala facta probet.

Te neq; consistet coram ueri impius osor,
Turba maligna tuos corrueat ante pedes.

Ante

Ante tuos oculos stulti fugere, nec unquam
 Conspicere poterint fulmina ferre tui.
 Omnes namq; habuisti odio male semper agentes,
 Vindice te mendax lingua coacta tacet.

Sib. Psal. 11.

Ventorum rabiem, carbones, sulphura, flammam,
 Sparget in impuros, premia digna, viros.

Eob. Psal. 11.

Odit iniqua virum, scelerataq; facta probantem,
 Offendi vitio nec grauiore potest.

Immitet laqueos quibus impius impediatur,
 Illi pro pluuia sulphur & ignis erunt.

Incutiet uentos, & agentia fulmina flammam,
 Vi tempestatum turbidus aer erit.

Fab. lib. Vic. cœl.

Scilicet horrendi comitantur gaudia fletus
 Impia, nec finem sunt habitura mali.

Nam cœlo residens, & numine cuncta gubernans,
 Securæ uindex improbitatis erit.

Deus mendaces odit & irridet.

Sib. Psal. 59.

At tibi risus erunt multis cum millibus illi,
 Quod numen temunt corde furente tuum.

Eob. Psal. 59.

At qui ludibrio tibi erunt, tu deniq; gentes
 Despicies, tellus quas usq; cunq; tenet.

Sib. Psal. 94.

Nil tibi cum coetu, quis uana calumnia cordi,

Quæ pignant legi iuraq; ferre tuæ.

Qui coeunt famam contra, uitamq; bonorum,

Innocuos falso iudicioq; premunt.

Eob. Psal. 94.

Num commune tibi est aliquid cum gente maligna,

Quæ solium diræ pestilitatis habet?

Quæ solet afflictis falsuras nec tere fraudes,

Et specie ueri scandala falsa loqui.

Idem lib. 3. Hero.

Grata Deo non sunt fallentia pectora, nec te

Fraude tua superis posse placere puta.

Deus punit, ut nos de lege sua
commonefaciat.

Fab. lib. Vict. Cæl.

Nostra Deus uarijs castigat crimina poenis,

Vt legis faciat nos meminisse suæ.

Vindice sæpe manu patrum quatit ille flagellum,

Ne sinat in mores luxuriare malos.

Sed lethale tenet torpentia pectora frigus,

Quæ secura suæ praua salutis agunt:

Nec delicta prius miseræ cognoscere uitæ

Incipiunt, quàm iam pœna sit ante pedes!

Ibidem.

Nostra Deus patrio punit delicta flagello,

Attamen affectum semper amantis habet.

Et licet interdum nobis mora longa uidetur,

b

Non

Non opportuno deserit ille loco.

Micyl. lib. 5. Syl.

At pater interea qui cœli præsidet arci,
Miris exercet pectora sancta modis.

Et modò pestes grauat, modò sæuo territat hoste;
Aut dira cruciat corpora nostra fame.

Atq; alijs onerat, quorum pars plurima, damnis,
Quæ ue premant animos, corpora quæ ue pre-
Scilicet ut moneat se solum posse iuuare, (mant.
Omnia seq; sua uertere fata manu.

Auxiliumq; suæ doceat nos quærere dextræ,
Atq; sua tantum fidere semper ope.

Dei ira grauis.

Fab. lib. 3. Od. 21.

Flamma consumens Dei ira est.

Sib. Psal. 68.

Molliter irasci non solet esse Dei.

Fab. lib. VI. 1.

Quod si quis factis homines offendit iniquis,

Iudicijs hominum conciliatur amor:

Sed quis componet duræ certamina litis,

Ingens offensi cum furit ira Dei?

Ibidem.

Cum semel ardescit, iusto commota dolore,

Non punire grauis desinit ira Dei.

Dei ira breuis.

Sib. Psal. 30.

Momenti

Momenti instar habet rerum brevis ira parentis,
Et vitæ munus muneris auctor amat.

Eob. Psal. 30.

Ipsius ira brevis citò præterit, exit in ictu,
Quàm citò consumpta fulgura nube solent.

LIBER SECVN-
DVS, DE CHRISTO DEI
& Virginis filio.

Christus à patre ab æterno genitus.

Vida. lib. 4.

Filius huic tantum, quem non effuderat ulla
Vel Dea, uel solito mortalis fœmina partu:
Ipse sed æterna genitor conceperat illum
Æternum æternus (dictu mirabile) mente.
Haud olli terreni artus, moribunda' ue membra,
Sed sine corpore erat, patris alii ut mente supremi
Conceptum, arcanoq; latens in pectore VERBUM.
Quod nondum in uolucres uox edita protulit auras
Omnipotens uerbum, finisq; & originis exors.
Quo mare, quo tellus, quo constat maximus æther.

Christus coequalis patri.

Vida lib. 4.

Quòue magis mirère, Deus quem cernimus ipsi,
Factum hominẽ, atq; hominẽ mortali corpore cretũ
Non minus ac prius, ætherea nunc regnat in aula

Cum genitore, pari simul omnia numine torquens.
 Nempe locis nullis, spacijs non clauditur ullis,
 Omnibus inq; locis, idem omni tempore presens.
 Suffugiens nostras acies, sensuq; remotus.
 Cuncta replet Deus, ac molem se fundit in omnem.
 Lux humiles ueluti perfundens lumine terras
 Solis ab orbe uenit, suppositaq; circuit arua:
 Non tamen aethereo diuisa ab sole recedit
 Illa usquam, quamuis longinquas ambiat oras,
 Nec sine sole suo est lux, nec sine luce sua sol.

Christus uerbum patris.

Sab. lib. 5. Eleg.

Tu patris es uerbum, quod erat, cum nulla fuerunt
 Secula, cum nondum terra, nec unda fuit.
 Atq; per hoc ipsum sunt omnia cōdita VERBUM,
 Teq; nihil factum non operante fuit.

Eob. lib. 1. Hero.

Leta tibi gratare tua nascetur ab aluo,
 Subq; tuo uerbum pectore fiet homo.
 Verbum quo coelos, terraeq; creauimus orbem,
 Quicquid et haec extra, quicquid & intus habet.

Fab. lib. 1. Od. 12.

Christe tui populi memor, inuiolabile uerbum
 Parentis, & rex, atq; uerus pontifex.
 Eijce uidentes de templo sacra Simones,
 Hostes tuos, nostrosq; non placabiles.

Idem lib. 2. Od. 9.

O' Christe rector optime

Verbum

Verbum patris, fili Dei,
Nunquam querelis supplicum
Pijsq; surde uocibus.

*Christus filius Dei dilectus, eiusq;
regnum æternum.*

Sib. Psal. 2.

Vnica nate animo soboles gratissima, dixi,
Tu meus es satus hoc me genitore die.
Posce parētem aliquid, dabit hæc tibi dextra, quod
Nō tua uota leuis per mare uētus aget. (optat,
Quà patet immensus terræ tibi seruiat orbis,
Iuris erit limen solis utrumq; tui.
Pugnaces sceptro series, ferroq; tyrannos
Collides, solet ut fictilis urna teri.

Eob. Psal. 2.

Dixit enim Dominus mihi: Mi charissime fili,
Hac ego progenitum te mihi luce tuli.
Posce ferres, quæcunq; uoles, quæcunq; rogaris,
Nil tibi larga manus nostra negare potest.
Heredem statuam populis te, totius orbis
Sub pedibus cernes subdita regna tuis.
Nec tamen imperium tibi finiet orbita solis,
Quà uel summa petit, qua uel ad ima cadit.
Inde coercebis per ferrea sceptra rebelles,
Contundes manibus saxea corda tuis.
Tā facile hoc tibi erit, fragile quam frangere testā,
Quam figulus celeris sinxerit arte rotæ.

Cingamq; meum diademate regem,
 Inquit, Sionis iura sanctis collibus
 Qui dabit, et late fundet mea iussa per orbem,
 Deinde allocutus Dominus est me: Filius
 Tu meus es, genui te hodie, me posse, daboq;
 Omnes, ut hæres gentium fines regas.
 Quà circumfusus tellus se porrigit undis,
 Regasq; sceptro sempiternum ferreo.
 Cumq; uoles, tumidosq; premas frangasq; rebelles,
 Ut ficta fragili uasa franguntur luo.

Sib. Psal. 8.

Cuncta sub illius subitimes sceptrâ potente
 E' n'ibilo fecit quæ tua cura manu.
 Quæq; errant campis, errant animalia syluis,
 Lanigeras pecundes, buceriasq; greges:
 Quæq; alias uolucres liquidum per inane uehütur,
 Quiq; maris pisces stagna uadosa natant.

Eob. Psal. 8.

Hunc Dominũ super institues opera omnia mundi,
 Quæcunq; antè tuæ composuere manus.
 Omnia quæ uellet, simul omnia posse dedisti,
 Illius ante pedes cuncta creata iacent.
 Omnia quæ uirides pascunt armenta per herbas,
 Quicquid ubiq; ouiu est, quicquid ubiq; boum,
 Quæq; per incultos errant animalia campos,
 Quæq; peragrarunt deuia lustra feræ.
 Quæq; secant liquidum stridentibus aera pennis,
 Quæq;

Quæq; per undosum Nerea turba natat.
Istius imperio subdisti hæc omnia, & orbis
Ut Dominus cunctas unus haberet opes.

Buch. Psal. 8.

Hunc Deus æqualem propè reddidisti,
Ornasti honore & gloria.

Et tuæ dextræ super uniuersa

Opera creasti principem.

Cuncta uitalis quibus haustus auræ est,

Illi dedisti sub pedes.

Huic boues parent, & oues, pecusq;

Quodcunq; campis pascitur.

Quæq; pennarum celeri uolatu

Meritur ales acra:

Quiq; pennarum celeri natatu

Piscis pererrat æquora

Sib. Psal. 47.

Aeternum residet folio qui celsus, & æquo

Imperio gentes, iudicioq; regit.

Eob. Psal. 47.

Imperium Deus in gentes rex obtinet, idem

Qui Deus in sanctæ sedis honore sedet.

Vida lib. 3.

Nam pater omnipotens atauorū in sceptrâ repone

Pristina regnantem latè, regumq; sedebit

In folio, neq; enim metas, neq; tempora regni

Accipiet, toto æternum dominabitur orbe.

Fab. lib. de Natali.

Das illi clara stellantem luce coronam,
 Qua non obryzum purius esse potest.
 Qua nullus magis est radians fulgore smaragdus,
 Aut quæcunq; Indo littore gemma nitet.
 Copia summa boni, benedictio dulcis in illo,
 Vita beata, quies leta, perennis amor.
 Illum perpetuos celebrem das uiuere in annos,
 Audiri attentè, ritè coliq; iubes.
 Illius et seruas omnes in nomine gentes,
 Inq; potest alio nemo placere tibi.
 Non tulit, aut ullam feret ulla etate repulsam,
 Pro se, pro populo seu roget ille suo.
 Rex erit, inuictusq; omni dominabitur hosti,
 Inq; triumphatos sceptrâ seuera geret.
 Te pater in nati uultu iuuat usq; tueri,
 Atq; inde affectum discere sancte tuum.

Philip. lib. 1. Epig.

Et quanquam ærumnas nostras, mortemq; subire
 Et perferre iubet pater: hunc tamen inde reducet
 In uitam, facesq; dabit, regnumq; tenere.

Fab. lib. 4. Hym.

Hic magnus est, et filius
 Altissimi uocabitur.
 Patrisq; regnum, termino
 Carens in æuum, proferet.

Vida lib. 1.

Hic mea progenies, hic est mea magna uoluptas,
 Vni huic mortales omnes parete uolentes.

Ros. lib. 2.

Hic est, quem genui, Christus, mea magna uoluptas
 Hæc mea progenies, precium cui ferre salutis
 Constitui, & sanctis submittere legibus orbem.
 Ergo huius præcepta animis, monitusq; salubres
 Obseruate uiri.

Amil.

Est mihi cunctarum rerum commissa potestas,
 A patre cælesti, quas totus continet orbis,
 Imperium sine fine dedit, regemq; perennem
 Esse suum natum uoluit, quem noscere nemo
 Quam pater ipse potest, ne quisquam nosse parentem
 Filius atq; ualet, uerbo cuiq; ille reuelat.

Scip. lib. 2.

Hic meus est, ante omne fuit qui filius æuum:
 Hunc æternus amor semper mihi iunget, & idem
 Diuinam elausit mortali in corpore mentem.

Stig.

Qui nato meus es, meus es tu filius, inquit,
 Nil tibi larga manus nostra negare potest.
 Omnia subijciam uastum tibi regna per orbem,
 Heres & dominus totius orbis eris.
 Sternit ut allisis figulus uas fictile testis,
 Per medias spargens frustra minuta uias:
 Sic tua disijciet, sic conteret ira tyrannos,
 Qui renuent sceptiri iura uerenda tui.

Idem.

Ecce Deus regem statuit supra alta Sionis,

h s

Et su-

Et supra Solymæ templa beata plagæ.
 Ille Dei toto pandens oracula mundo,
 Talia miranda nuncia uoce feret:
 Rex ego perpetuum descendens numen ab illo,
 Qui sine principio est, qui sine fine Deus:
 Prædico præceptum sancti cœlestis parentis,
 Qua loquar, è cœlo uox ea missa uenit.
 Filius es, dixit, mihi tu dilectus, & unus,
 Ipse hodie dicar te genuisse pater.
 Exige iure tuo, dabimus quodcunq; rogabis,
 Nil poterit pietas nostra negare tibi.
 Heredem agnoscent nostro te munere gentes,
 Sub ditione tua uesper & ortus erunt.
 Ut fragiles testas tua conteret ira tyrannos,
 Qui reuocant sceptri iura uerenda tui.
 Micyll. lib. 5. Syl.
 Ipse ego consului qui regna futura gubernet,
 Qui statuat sancta signa Sione mea.
 Hic genus à nostra deducet origine natus,
 Regnantis cœlo sancta propago Dei.
 Spiritus in cuius noster uersabitur ore,
 Edoceat rectos ut mea iussa uiros.
 Regnaq; felici repetant cœlestia gressu,
 Quos hominis quondam depulit inde nefas.
 Hunc & ab extremo populus sectabitur orbe,
 Quàm latè radios spargit Apollo suos.
 Hunc etiam metuet regum firmata potestas,
 Quàm longè cursum Rhenus & Indus habent.

Ipsæ fame, bellisq; premet crudelibus hostes,

Lethaliqu; dabit corpora tabe neci.

Ac uelut olla leui figulus quam fecerat arte,

Contactu lapidis quolibet icta ruit:

Sic etiam modica prostratus corruct hora,

Quisquis uenturo mouerit arma duci.

Christus homo factus.

Sib. Aeol. lib. 1.

Ferre nequit cladem tantam miseratus ab alto

Filius æterno de genitore satius:

Ergo patri supplex celso descendit Olympo,

Et fit mortali sanguine cretus homo.

Non illo quicquam uidit deformius ætas

Vlla prior, poterit nulla uidere sequens.

Nam (bonitas ò summa Dei) procumbere in illum

Omnia mandarat crimina nostra pater.

Ibidem.

Ergo quem spacijs ingens non continet orbis,

Nec ter cœlorum machina trina capit:

Cuius & immensa est, finemq; potentia nescit,

Cuius habet uitam munere quicquid habet.

Virginis è cœlo grauidam descendit in aluum,

Artibus humanis sustinuuq; tegi.

Sustinuit (miranda Dei clementia) morte

Et tristi miseris uita salusq; fuit.

Flam.

— Ille deserens

Sedes

DE CHRISTO

Sedes beatas, pertulit
 Famem, sitimq; & uulnera,
 Mortemq; diram, neminem
 Fastidit ille perditos,
 Aegros, malorum pondere
 Pressos iuuare diligit.

Idem.

Iesu beate, numtuis
 Acterna proles maximi,
 Quibus tuam clementiam
 Efferre possim laudibus?
 Tu pulchra linguens sidera
 Formata dextera tua,
 Mortale corpus induis,
 Ut ipse terram deserens,
 Suprema cœli culmina
 Consecndam.

Stro.lib.Car.

Omnium factor, Dominusq; rerum,
 Membra qui uerbo moribunda sumpsit,
 In tuo uagit gremio, tuoq;
 Vbere gaudet.

Ibidem.

Mysterium mirabile,
 Paterna uox diuinitus
 Intacta replens uiscera,
 Mortale corpus induit.

Ibidem.

Totus e' caelo ueniens, & illic
 Totus assistens, & ubiq; totus
 Legit humanos subiturus artus
 Te sibi matrem.

Ibidem:

Pro nobis conditor orbis,
 Mortaleis induit artus,
 Consors hominisq; Deiq;
 Et lethum pertulit ultrò.
 Idem lib. Proseu.

Quin Deus humana dignatus claudier aluo,
 Et sine prolifico semine factus homo es.
 Factus homo, mistoq; Deo, consorsq; duorum,
 Ut mala deleres crimina fontis Adæ.

Ibidem.

Nascitur ille puer mundi sator, arbiter cui,
 Cui bone cum socio iunctus asellus erit.
 Nascitur ille puer tegetis sub culmine paruo,
 Regales referent cui pia dona manus.
 Nascitur ille puer, patrium qui solis ab ortu,
 Solis ad occasum proferet imperium.

Vida lib. 1.

— E' superi qui sede parentis

Virginis intactæ gravidam descendit in aluum,
 Mortalesq; auras hausit puer, ut genus ultus
 Humanum eriperet tenebris, & carcere iniquo
 Morte sua, manesq; pios inferret Olympo.

Idem lib. 3.

Verum

110 DE CHRISTO

Verum longè aliud inueni genus, ille parentes
 Quamuis mortales mortalius editus oris
 Dignatur: tamen est diuus cœlestis origo,
 Estq; Deo genitore satus, gaudetq; parente,
 Cui mare uel uolum, cui tellus paret & æther.
 Illum autem acrias in luminis edidit auras,
 Nunquam mixta uiro mulier, scet.æq; remansit
 Virginitas, olim ut uates cecinere futuram.
 Nam pater omnipotens fecunda desuper aura
 Afflatam impleuit, tumuit diuinitus alius.

Ibidem.

Ne trepidate uiri, uobis noua gaudia porto:
 Ille pijs toties promissus uatibus olim
 Finibus his hodie natus Deus, eximet ille
 E tenebris hominum genus, atq; in pristina reddet:

Fab lib. 3. Ang. 20.

Cœlo recedens à patre,
 Sed non linquens patrem tamen,
 Quod non erat tum factus est,
 Permansit & quod extitit.
 Ipso peregrinus solo
 Cœlo imperauit inclitus,
 Cœlo soloq; præpotens
 Christus Deus, Christusq; homo.

Lotich lib. Car.

Nobis paupere sub casa
 Aeterni soboles patris,
 Christus uirginis in nube

Casta prodit ab aluo.

Sab. lib. 5. Eleg. 2.

*Nasceris ipse puer, mundi sator, arbiter eui,
Ante uitæ uitam qui genitricis eras.
Totus & immensi quem non capit ambitus orbis,
Clausit in angusta te quasi sede caro,
Quæ tamen intactæ matris caro sanguine tantum,
Nec fuit admixta semine creta uiri.
Verus homo, uerusq; Deus, consorsq; duorum,
Tu simul illius nomen & huius habes.*

Fabr. lib. de Natali.

*Venit ab excelso rerum dominator Olympo,
Membraq; mortali carne caduca subit:
Sed sine labe tamen peccati, scilicet ut nos
Peccati nimium ne cruciaret onus.*

Idem lib. 4. Hym.

*Rerum creator omnium
Sumit caducum exordium.
En uirgo partus edidit,
Et factus est homo Deus.*

Idem lib. 1. Piet.

*Non fragilem ætatem, non incunabula spernit,
Cum membra nostræ sumpserit formæ Deus.*

Idem lib. de Natali.

*Tu quoq; par homini mortalia membra subisti,
Pro nobis serui factus imago Deus.*

Ibidem.

Ante apud æternum qui condita secla parentem

Est

Est Deus, in fragili corpore Christus adest.

Ibidem.

*Ecce uenit, claususq; latens in uirginis aluo,
Non ideo patriam deserit ille domum.
Cum patre cœlesti factum à se temperat orbem,
De puraq; hominis uirginis membra capit.
Incipit esse fuit, qui nullo proditus ortu,
Casta hominem peperit uirgo, puella Deum.*

Ibidem.

*Te propter matris nunc paruulus hæret in ulnis,
Quem non cœlorum machina uasta capit.
Si prohibere suo uenientes limine uellet,
Non sumpturus erat membra caduca Deus.
Induet ipse tuos, ut te sibi iungeret, artus:
Indue tu firmo rursus amore Deum.
Morigero hospitium pulsanti in pectore præbe,
Sit locus in membris, quo cubet ille, tuis.
Abiue quicquid inest, quod sordibus inquinat intus,
Castum animum castus uult habitare Deus.*

Ibidem.

*In uestris igitur signum mihi deligo membris,
Ut petra pelliculam carnis acuta secet.
Namq; Dei humana nascetur origine proles,
Maiestate Deus, carne futurus homo.*

Ibidem.

*Prodisti optatus tenera de uirgine partus,
Nactaq; sunt meritam dicta uetusta fidem.
In terris, Dominus terrarum, nascitur hospes,*

Et

LIBER II.

213

Et Deus è cœli culmine, uagit homo.

Idem lib. 2. Mil.

Ille olim sanctis patribus promissus Iesus,

Virgineo nobis semine factus homo.

Roset. lib. 1.

—Ecce uiri sine semine proles

Mentis supra aciem res ardua, sanguine nostro
 Concipitur, nostraq; hominem Deus induit aluo.
 Verè rubens medio ceu flos felicibus hortis
 Gignitur à solis radio, in pluuiamq; salutis
 Nubibus, atq; solo cæca ueniens alitur ui.

Stig.

Donec ut à pœnis damnatum liberet orbem,

Filius ætherea uenit ab arce Deus.

Qui dum morte studeat lapsam reparare salutem;

Hei quas ærumnas, uulnera quanta tulit?

Corporis humani mortales induit artus,

Ex homine, et patrio numine natus homo.

A culpa uacuus, uitioq; alienus ab omni,

Supplicio immerito crimina nostra luit.

Eob.

Clausaq; cœlestis remoratur ianua regni,

Patribus annorum tot milibus inuia nostris,

Quam neq; cognato cœlo superumue, hominumue

Effregere animæ, donec miseratus iniquum

Humani generis quod condidit ipse, laborem,

Rex hominum diuumq; parens, ille unicus orbis

Conditor, intactæ castam per uirginis aurem

i Ingrediens

Ingressus, nostra uenit regionis in oram
 Tectus & humana lutea testudine carnis,
 Natus homo est, matrisq; Deum non exiit aluo.

Christus Deus & homo.

Fab. lib. de Natali.

Nep̄e Deus uerè est, uerè est homo, summus et imus,
 Conditor ille hominum, spirituum ille Deus.

Ibidem.

-Deus est ab origine semper,
 Ast homo principium uirginis matre capit.
 Nec persona tamen Christi diuisa: sed ipse est,
 Dignus amore puer, dignus honore Deus.

*Christus natus in stabulo, Magis in
 stella apparet.*

Fab. lib. de Natali.

Nascitur Ebraeo puer hic (res mira) bouili
 Et prima in stabulo lumina cernit homo.
 Nascitur Eois, simul idem in cordibus, illis
 Quae lucet uocem stella loquentis habet.

*Christus natus, à Magis munera
 accipit.*

Sib. Psal. 72.

Dona ferent, Cilicumq; duces, pelagiq; tyranni,
 Thurile-

Thurilegiq; Arabes, diues & Assyria.
 Submisso metuent reges diademate, gentes
 Et quã terra patet corde micante trement.

Eob. Psal. 72.

Fortunati Arabum reges, regesq; Sabæi,
 Debita de patria gente tributa ferent.
 Hunc & adorabunt reges, & seruiet illi
 Quicquid ubiq; hominum maxima terra creat:

Scib. Aeol. lib. 1.

Admoniti cœlo labentia signa notantes,
 Ex Oriente ferunt qua tibi dona Magi.
 Dona homini, Assyrio stillatas cortice myrrhas,
 Regi aurum fuluum, thurea grana Deo.

Stro. lib. Carm.

Huic filioq; supplices
 Eoo ab usq; littore,
 Iubar secuti præuium
 Dant dona reges mystica.
 Qui in regna uoti compotes
 Nouo reuersi tramite,
 Testati ubiq; gentium
 Vidisse partum uirginis.

Vida lib. 3. Chr.

Illis extremo quippe ex Oriente diebus
 Tres adeo magni reges ditone profecti,
 Huc sese intulerant, puero dona ampla ferentes:
 Aurumq; & thuris glebas, stactæq; liquorem,
 His uis astrorum, ac ratio uoluentis Olympi

Monstrarat regem nostris in finibus ortum;
Cui cæli, terræq; patèrent debita scepra.

Eob. lib. 1. Her.

Ortus ad auroram noster procedet, & ipsum
In cuius oriens sentiet esse Deum.

Nam tibi laturos è Perside munera, meq;
Ducet adorantes præuia stella Magos.

Fab. lib. 4. Hym.

Aurum nitebit in tuis,

Et thus olebit cunulis.

Myrrhæ colèris munere

A' Gange & Indo flumine.

Idem lib. de Natali.

Hanc igitur per mille uias, per multa secuti
Ardua Bethlæum dum reperère larem.

Myrrham, thus, aurum, felicia munera dando
Extera turba, sacros uoluitur ante pedes.

Agnoscitq; Deum, Dominum, regemq; fatetur,
Inde refert alijs nuncia læta domum.

Ros. lib. 1.

Magne puer, generate Deo, de semine proles
Mortali, nostro optatum quem cernimus orbi
Affore, quem diui & sancti cecinère parentes.
Salue magne puer, cuius iam numine terra
Impletur, scelerisq; lues purgatur auiti.

Cui populi, extremæq; ferent noua munera gentes.
Liquimus impulsi patriam, sanctoq; uocati
Adsumus igne tuo, & uotis tua iusta secuti.

His

His te muneribus primi, quibus inclyta tellus
 Aethiopū, quibus & Persæ, & quibus omnis abūdat
 Gens Panchæa, tribus dignabimur: accipe myrrhā:
 Accipe thura puer: purumq; quod additur aurum.
 Sic fatus: cuncti procedunt ordine palmas
 Tendentes, summiq; genus genitoris adorant,
 Accumulantq; tribus donis.—

Aemil.

Ergo domum ingressi, puerum genitricis in ulnis
 Inueniunt hausto se nectare lactis alentem.
 Nec mora: prostrati regem reuerenter adorant,
 Tendentes geminas demisso pectore palmas.
 Insuper è patrio thesauris orbe reclusis
 Obtulerunt plenis pulcherrima munera dextris,
 Aurumq; thurisq; faces, myrrhamq; nitentem,
 Regem, Pontificem, mortis Dominumq; fatentes.

*Christus natus ab animalibus
 agnoscitur.*

Acti. lib. 2.

Quis tibi tūc animus, quæ sancto in corde uoluptas,
 O genitrix, cum muta tuis famulantia cunis,
 Ac circum de more sacros referentia ritus,
 Aspiceres Domino genua inclinare potenti,
 Et sua commotum trahere ad spectacula coelum?
 Magne pater, quæ tanta rudes prudentia sensus
 Lenijt, infirmi tantos quis pectore motus

Excuiit calor, & pecudum in præcordia uenit?
 Ut quem non reges, non accepere tot urbes,
 Non populi, quibus unà aras, & sacra tueri
 Cura fuit, iam bos torpens, iam segnis asellus
 Autorem latè, possessoremq; salutent?

Lotich. lib. Eleg.

Cultor agri iuxta bos, & stridentia carpens
 Pabula Iosephi uector asellus erant.
 Protinus hirsutos, summisso poplite, uultus
 Oraq; diuinum corpus ad usq; ferunt.
 Neue recens natus mala frigora sentiat infans,
 Fumificis arcent flatibus acre gelu.

Ros. lib. 1.

Ecce fidem supra, secli res maxima nostri
 Obsupet intentis oculis bos pronus, & unà
 Tardum asinus pecus: ambo obliti pabula leta,
 Incuruant genua, & regem uenerantur Olympi.
 Congestis puerum stipulis ante ora iacentem
 Mirati, monstrantq; nouo sua gaudia gestu.

Christus circumcissus.

Fab. lib. 4. Hym.

Cultro secanda saxeo
 Tencilla Christus membra dat.
 Non uenit ut tollat sui
 Legem parentis filius.

Ros. lib. 1.

Iamq; aderat bis quarta dies, qua fœdere facto,

Membri

Membri in glande cutem saxo genitalis acuto
 Rex hominum, diuūmq; pater præcidere quondam
 Nachoridem patrem, & parua dare nomina proli
 iussit, & hunc castos morem seruare nepotes.
 Donec tempus erit, uetiti quo crimina morsus
 Expiet, humanumq; nefas missa æthere præles,
 Et ueterum in melius ritum permutet auorum,
 Impiaq; cuertat gentis simulachra prophanæ.
 Ergo mecum, cœliq; genus de more cruorem
 Restit, ergit, sceleris iam prima piacula nostri,
 Et firmat cœlo ante salubre datum sibi nomen.

Aemil.

Lux octaua aderat Christi nascentis ab ortu,
 Et iam tempus erat pueri præputia sacro
 Antiquo de more patrum præcidere saxo.
 Ergo illum in templo sistunt, legisq; ministri
 Exiguam pellem, quæ glans obducta, recidunt:
 Tum puero nomen chari fecere parentes
 Diuinum, nostræ signumq; salutis Iesus.

Vida lib. 3.

Atq; ideo ut ueterum mos est antiquus auorum,
 Imprimimus generis signum, Samiaq; putamus
 Exiguam testa pellem genitalia circum.
 Addimus & nomen, memoresq; uocamus Iesum,
 Ut quondã admonuit puer actus ab æthere præpes.

Christus baptizatus.

Fab. lib. 4. Hym.

Iordanis unda nobili
 Dei lauatur filius,
 Pacem, salutem, gaudium,
 Vitam ferens mortalibus.

Vida lib. 4.

Ecce autem Deus ipse etiam, ceu cætera turba,
 Lustrandis sese studio clam tendit ad amnem,
 Nil ut inexpertum moribundo in corpore linquat
 Mortali, quod fas homini, & subiisse necesse est,
 Ne pigeat seros imitari facta nepotes.
 Abstinet primùm uates, tactusq; refugit,
 Agnoscensq; Deum, palmas utraq; tetendit
 Supplex, accuruusq; uadis mirantibus ipsis.
 Paruit inde tamen iussus, diuinaq; membra
 Horrescensq; tremensq; liquenti perluit amne.

Christus tentatus.

Ros lib. 1.

Ecce mali hortator Christo insidiarier audet:
 Tunc etiam esuriens tantum patiêre laborem?
 Hinc tibi quid precij restet, quæ commoda nescis,
 Difficilisq; rei quid profit inutile factum.
 Quid tum, si duramq; famem, & ieiunia Moses
 Heliasq; tulit? prisca potuere parentes.
 Hæc etiãne ferens nunc te mortalibus æquas?
 Si genus è cælo ducis, si Rector Olympi
 Te genuit, patrijsq; finit te uiribus uti:
 Fac lapis in Cererem ut durus, potes omnia quando,
 Transeat

Transseat, hæc Cereris dum te penuria tantum,
Dum te dura fames, uitæq; inimica fatigat.

Ibidem.

En Solymam Christum secum ducturus in arcem
Accipit, inseditq; sui non immemor Orcus.
Et sic aggreditur: Vitæmne inglorius omnem
Hactenus egisti, nec adhuc te nouerit orbis?
Nominis es sine luce tui: si Rector Olympi
Te genuit, patrijsq; finit te uiribus uti:
Labere, & à tecti specula te deiice saltu
Ad terram, auxilijs fretus cœlestibus ibis:
Dexter opem feret ipse pater, uenientq; secundi
Agmine cœlicolæ, excipientq; tegentq; cadentem:
Surgere iam factò tali tua gloria mundo
Incipiet, cunctiq; ferent ad sidera laudes.

Ibidem.

Hinc procul ex templo cedit, secumq; Sebaſtes
Rursus agens Christum, regnis allabitur Orcus,
Proximus est ubi mons cœlo, quem lucida supra
Astra tegunt nubes, longè patet undiq; tellus.
Hinc ergo è specula saxi maria omnia longè
Et terram ostentat, reſerat quâ Phœbus Olympum,
Quâ tegit, auersis medium quâ diuidit oris.
Hinc Libyâ Europamq; procul monstrabat, & oēs
Circum Asiæ populos, gentesq; & plurima regna.
Quantus honos Persis, quantus Carthaginis armis,
Romulidæ quantum domito decus orbe secuti,
Hæc scelerum hortator soli se cuncta daturum,

*Quæ cuncti tenuère, refert, si talia danti
Maxima diuini reddatur gloria cultus.*

Aemil.

*Spiritus in syluas, desertaq; duxit Iesum,
Ut graue sentiret tentamen ab hoste maligno.
Protinus accessit milleno præditus astu,
Ante pedes lapidum cumulus tum fortè iacebat,
Què digito monstrans ad Christum perfidus inquit:
Si soboles es uera Dei, tunc effice panes
Hos lapides, perpeffa quibus ieiunia pellas.
At legimus scriptum, contra respondet Iesus:
Panibus è solis hominem non uiuere quenquam:
Sed potius uerbo, quod prodit ab ore tonantis.*

Idem.

*Talibus exactis, iterum tentator Iesum
Aggrediens sanctam Solymarum duxit in urbem.
Summa super celsi statuens pinnacula templi,
Atq; ait: Es summi soboles si uera parentis,
Hac te præcípites lapsu properante deorsum.
Sic etenim scriptum: De te mandata ministris
Tradidit angelicis, ut te comitentur euntem,
Supponantq; manum pedibus, ne fortè rigenti
Duriter impingens lapidi uestigia lædas.
Respondet Christus contra: Scriptura profatur,
Aeternum tentare Deum, Dominumq; caueto.*

Idem.

*Tunc iterum Satanæ ipsum deduxit in altam
Aërei montis rupem, spectansq; deorsum*

Common—

Commonstrat populos, & regna potentia mundi,
 Et quoscunq; tenet pulcherrimus orbis honores.
 Mox ait: Hæc per me tibi propria cuncta dabuntur,
 Poplite curuato si me prostratus adores.
 Audijt ut uocem diram, respondit Iesus:
 I procul hinc sathana, sacro quia codice scriptum:
 Solus adorandus Deus est, solusq; colendus.

Vida lib. 4.

Fortè etenim comitum strepitus, turbamq; sequentiã
 Dum fugeret quondam, se clam subduxerat Heros
 Coetibus, & solis lucis degebat in altis.
 Iamq; quater denos frugum sine munere soles
 Condiderat, totidemq; famem per inhospita noctes
 Pertulerat, cum iam tempus ratus ecce nocendi.
 Affuit extemplò multis cum millibus hostis
 Noctipotens, quos tartareis ducebat ab antris,
 Flammea semiferi capitis gestamina quassans.
 Iamq; sui frustra spe præmia percipit astus.
 Ergo illi meditans nequicquam illudere dictis
 Talibus aggreditur: Superi tu certa parentis
 Progenies, uerusq; Deus, tibiq; omnia parent.
 Quid durare famem confecto corpore pergis?
 Nec subito in totidem conuertere ad oreæ liba
 Hæc, circum quæ saxa uides ingentia, tentas?
 Non Diuum latuere doli, atq; hæc reddidit ore:
 Sunt mihi mortali tostæ pro munere frugis
 Sermones patris auditi, diuinaq; uerba:
 Quæ quoties animo repeto memor, effugit omnis

Pulsa

Pulsa fames subito, menseq; oblita cupido,
 Dixerat. His tamen auditis haud destitit hostis
 Congressu uictus primo, pugnamq; retentat,
 Atq; alijs super, atq; alijs assultibus instat,
 Terq; nouas semper cœpti irritus integrat astus.
 Nequicquam nunc regnorum, nunc laudis inani
 Immotum tentans animum præueterere amore.
 Nec Deus, hæc subito quamuis præsentiat, arcet
 Conantem, patiturq; dolos sibi neclere uanos.
 Nunc se marmorei super fastigia templi,
 Nunc rupem supra, scabrumq; crepidine saxum
 Subuectari ultrò finit, & spem accendit inanem.
 Cum uerò uicisse ratus iam gaudia dira
 Conciperet, frustra ille inhians, se protinus heros
 Ipse Deum claro confessus numine coram
 Irrita furta, dolosq; exhibat semper apertos.
 Quam speciẽ expertus nequicquã ubi deniq; sensit
 Hostis atrox, abiit uictusq; Deumq; reliquit.

Christus sudans.

Fab. lib. 1. Hym.

Cum mortis in certamine
 Cruor fluebat corpore,
 Tellus madet sui gemens,
 Heu conditoris sanguine.

Vida lib. 2.

Dixerat, atq; graues curas sub corde premebat,
 Multa agitans, toto simul ibat corpore sudor
 Proruptus,

Proruptus, simul & sanguis, uel sanguinis instar.

Christus proditus.

Fab. lib. 1. Hym.

Multo uenit satellite

Iudas, magistrum prodere.

Pacis scelestis improba

Fallacis offert oscula.

Christus uerberatus.

Fab. lib. 2. Hym.

Nihil per artus singulos

Sincerum & integrum fuit:

Nec uulneri uulnus locum

Toto reliquit corpore.

Vida lib. 5.

Ille autem loris cædi, uirgisq; salignis

Diuinum mandat (uisu lachrymabile) corpus.

Fors, ait, innocui potero hac extinxeris cruoris

Arte sitim: sic immittis miserebitur hostis,

Et lacerum totos cernentes cominus artes.

Ipsi ultrò satiati, animos à morte reducent.

Iam largo undabat foedatum sanguine corpus,

Perfusiq; artus tabo, liuentia colla,

Colla q; brachia q; & detectæ uerbere costæ,

Atq; eiectabat crassum roseo ore cruorem.

Christus illusus.

Sib. Psal. 22.

Ast ego non homo iam, sed uermis, fabula uulgi
Ridentis, cogor qualia nosse mala.

In me qui cernunt, illudunt uoce, caputq;

Iactat, aitq; aliquis: Nunc Deus uultor ubi est?

Cur, cui confisus non uerbis applicat aures,

Qui sibi tam charum deseruisse potest.

Eob. Psal. 22.

Reptilis ipse autem meritò, & sine nomine uermis,

Bruti, non hominis pectus habere ferar.

Opprobriū triuiiale hominum, quem despicit omnis

Qui quota uel mediæ nomina plebis habet.

Qui me cunq; uident, ceu pondus inutile terræ,

Rugas ceu naso rhinocerotes agunt.

Ora sed exertis ringantur hiantia linguis

Turba, minax ronchis, docta mouere caput.

Hic aliquis Dominum iam nūc eat, inquit ad ipsum:

Si modò quæ meritò damna queratur habet.

Liberet ille suum, si sic, ut iactat, amatur,

Dilectum ærumnis liberet ipse suum.

Sib. Psal. 69.

Insultat sapiens stulta cum plebe senatus,

Et de me in triuijs uerba fuere mala.

Sum risus plenis inter conuiuia mensis,

Ærumnasq; canunt ad sua uina meas.

Eob. Psal. 69.

Vana loquebantur de me quàm plurima coetus,

Qui loca portarum publica adire solent.

Ebria quiq; olidis depotant uina tabernis,

De me fingentes carmina scæda canunt.

Vida lib. 5.

Vestibulum ante ipsum, famuli ducis ædibus intus
 Armati, illudunt capto, irridentq; silentem.
 Quodq; illum populi regem optauère per urbes, ||
 Purpureis ornant tunicis, oestroq; rubenti,
 Atq; altè effultum sublimi sede locârunt.
 Pro capitis crinali auro, regumq; corona,
 Sentibus obnubunt flauentia tempora acutis.
 Pro sceptro datur insigni fluuiialis arundo.
 Tum populo læti portis bipatentibus omni
 Ostendunt plausu magno, regemq; salutant.
 Haud aliter ludo pueri cum ex omnibus unum
 Delegère ducent, socijs qui sponte subactis
 Imperitet, læto cuncti stant agmine circum
 Condensi, assurguntq; omnes, regisq; superbi
 Iussa obeunt ludicra, ingens it ad æthera clamor:
 Tali nitus famuli indulgent manus effera ludo.

Ibidem.

At tamen armati morienti illudere pergunt,
 Estq; hosti duro in bello multo optimus hostis,
 Crudeli quassant risu caput: undiq; circum
 Insultant, tolluntq; has læti ad sidera uoces:
 En se qui cælo missum, superiq; parentis
 Progeniem iactat, temploq; urbiq; minatus,
 Seq; Deum fictor fandi mentirier audet.
 Isequere, illiusq; pius nunc numen adora,
 Qui multos lethi eripuit de faucibus olim,

Non

Non potis ipse sibi tali in discrimine adesse.
 Falsus abest illi longè, nec talia curat
 Nunc genitor. Sanè infami nunc liber ab orno
 Desiliat, si numen habet, uincla omnia rumpat.
 His quoq; nos signis missum credemus Olympo:

Christus ligatus.

Fab. lib. 1. Hym.

Armata Petre, quid fero
 Mucrone sæuus irruis.
 His sponte pro te, proq; me
 Christus ligatur uinculis.

Christus nudatus.

Fab. lib. 3. Hym.

Qui uestit agris gramina,
 Pingitq; nidus alites:
 Nudatus astat, militi
 Factus rapina barbaro.

Christus baiulans crucem.

Fab. lib. 1. Hym.

En baiulus Christus sue
 Crucis grauaturo pondere
 Peccata portans omnium
 Innoxius mortalium.

Vida lib. 5.

Per medios longis raptatus funibus ibat,

Semis-

Semianimisq; artusq; tremens, plagisq; cruentus
 Nocturnis, humeroq; trabem duplicem ipse gerebat,
 Precipis grauidam nodis, ac robore iniquo,
 Qua super infando mortales linqueret auras
 Supplicio, & duros finiret morte labores.

*Christus consolans mulieres lu-
 gentes ob ipsius mor-
 tem.*

Vida lib. 5.

Multi autem, quorum melior sententia, flebant;
 Precipue matresq; pie, mitesq; puella:
 Cernentes nudis pedibus per scrupea saxa
 Tendere, & offendi crebro ad salebrosa uiarum;
 Dum monte aduerso protrudit robur iniquum.
 Ad quas suspirans Heros sic ore locutus:
 Ne uero ne me matres indigna ferentem
 Flete pie: uobis potius desflete propinquum
 Exitium, & uestris hinc debita premia natis.

Fab. lib. 1. Hym.

Effundit ad spectaculum
 Se tota ciuitas nouum,
 Matresq; flentes candida
 Plangendo foedant pectora.
 Ne flete, Christus, aspera
 Hoc, inquit, exemplum necis.
 Lugete propter horrida

DE CHRISTO
Ventura uobis tempora.

Christus crucifixus.

Sib. Psal. 22.

Brachia distendit, configor tempora spinis,
Perterebrorq; manus, transfodiorq; pedes.
Enumerent artus, distractaq; corporis ossa,
Et tamen impuri, quid dolor iste, rogant.
Inter partitur sese custodia uestes,
Exuias miles sorte trahitq; meas.

Eob. Psal. 22.

Mortifero fodere manus mihi uulnere utraq;
Peruia sunt pedibus uulnera facta meis.
Omnia dinumerare queas in me ossa, sed ipsi
Spectantes gaudent me mala tanta pati.
Partiti secuere meos sese inter amictus,
Et mea sortito subdita uestis erat.

Fab. lib. Oda 4.

Sicut serpens æneus olim
Afflictis erectus Ebraeis,
Intuitu calidum leuat ulcus
Amissæ medicina salutis:
Haud secus alto stipite pendens
Morbos aufert Christus, et inter
Pignus nunc hominesq; Deumq;
Ad dextram super astra locatus
Aterni patris. Inde benignus
Iam patronus suscipit uliro

Oppresso-

Oppressorum iura clientum,
Et spondet fidentibus ipsi
Perpetuæ solatia uitæ.

Idem lib. 1. Hym.

Affigitur Christus cruci
Inter scelestos arduæ,
Vt ille serpens Moysi
Alto leuatur stupite.
Hic ille Rex & Pontifex,
Hæc illa patris uictima,
Dentis uenenati leuat
Morsus nocentes sanguine.

Idem lib. 4. Hym.

Qui solis excellit iubar,
Et astra pulchritudine:
Deformis, horridus, lacer
Pendet necatus in cruce.
Qui dat creatis spiritum,
Vitamq; donat mortuis:
Extendit in ligno manus
Inter latrones mortuus.

Vida lib. 5.

Iamq; illum erecto properant distendere ligno
Affixum, & lenta paulatim perdere morte.
Nec mora diffidunt malos, sonat octa securis,
Altaq; quadrifidis fabricatur roboribus crux.
Tormenti genus, hac olim scelera impia reges,
Urgebant pœna, fontesq; hac morte necabant,

k 2 Difficiles

Difficiles miserorum obitus, longiq; dolores.

Ibidem.

Illum nudū humeros, nudū omne à uertice corpus,

Directum longo malo applicuere furentes.

Nuda dehinc tendunt transuerso brachia ligno,

Diuersaq; ambas affigunt cuspide palmas.

Hinc atq; hinc mucrone pedes terebrantur eodem

Confixi, largum manat de stipite flumen.

Ibidem.

Verū ipsum amborum in medio longè altius arbor

Extulerat, ueluti scelerum exhortator, & author,

Aut furtis foret ante alios immanior omnes.

Micyl. lib. 5. Syl.

Atq; ut Erythræis Moses in uallibus anguem

Sublimem in celsam sustulit ante crucem:

Sic modò in humana, natum de uirgine, carne,

Suspendi è ligno fata, Deusq; iubent.

Christus mortuus.

Fab. lib. 1. Hym.

Ab orbe cæsus condito

Nunc Christus agnus mortuus,

Caput draconis inclytus

Partus puellæ conterit.

Christus sepultus.

Fab. lib. 1. Hym.

Rex atq; Pontifex nouo

Christus

Christus sepulchro conditur,
Opemq; Doctori pio
Pius Senator attulit.

Vida lib. 6.

Iamq; nigrescenti properabat uesper Olympo,
Corpora adhuc stabant inhumata, infectaq; cano
Vertice, supitibusq; etiam nunc fixa manebant.
Talia Iosephus ueniens Arimatide ab ora
Non tulit, egregiusq; animi, prestansq; iuuenta,
Et bellis assuetus, agri diuissimus idem,
Atq; auri, is Christi miratus maxima facta.
Addiderat comitem modo se, quocunq; uocaret.
Ergo dum syluis alij formidine turpi,
Speluncisq; uagi passim conduntur in altis,
Protinus ipse animi intrepidus, fretusq; iuuenta
Aggreditur gentis Rectorem, ac talia fatur:
Optime Romulidum, te chari in caede magistri,
Quem gens nostra odijs letho multauit iniquis,
Fama pijs seruasse manus, caecumq; furorem
Aduersus totis nequicquam uiribus isse.
Scis falsa exceptum sub prodicione, quod illis
Obstarct coram scelera ugens impia uerbis.
Quod potes, exanimum terrae succedere corpus
Da saltem, socijs casus solamen acerbi.
Ipse nouo condam, mihi quod de more parauit,
Funera mecum animo dum uerso incerta, sepulchro.
Pontius haec contra: Ut potius concedere iuuum
Nunc corpus cuperem, uos ueri conscia testis

h 3 Numina

Numina, tentavi uersans mecum omnia, si qua
 In iouem morti excipere, ac dimittere possem:
 Sed nihil inuita tandem profecimus urbe.
 Cruclis uicit gentis furor, ite, sepulchro
 Muneribusq; pij exanimum decorate supremis.
 Dixerat, ille gradu mon'es contendit in altos.
 Cui sese comuem iungit Nicodemus, & ipse
 Multum animo chari concussus funere amici,
 Et corpus, miseras solati, exangue sepulchro
 Conduunt marmoreo, atq; affati extrema recedunt.

Christus descendens ad in-
feros.

Fab. lib. i. Hym.

Corpus quiescit impio
 Circundatum satellite:
 Sed uiua uirtus intima
 Cristi refringit tartara.

Idem lib. i. Prec.

Tartareum interea uis Christi uiua tyrannum
 Terret, & infernas militat ante fores:
 Ostentansq; sui uictoria signa triumphi,
 Exprobrat umbrarum corda superba duci.
 Peccatumq; Deo pugnans, inimicaq; semper
 Castra sequens, umclis arctius ipse ligat.
 Luctificæ morti rigidum ius eripit, atq;
 In sua membra nihil iuris habere sinit.

Ibidem.

Ibidem.

Descendit nigras umbrarum terror ad arces,
Spiritusq; adimit pristina iura malis.

Stro. Acol. lib. 4.

Tum Stygias lethi descendit uictor ad undas,

Terribiliq; geret signa tremenda manu.

Fulgida sidereis ardebunt lamina flammis,

Aspectum nec qui perferat huius erit.

Excusso manibus remo, cymbaq; relicta

Diffugiet pavidus per uada nigra Charon.

Pendentur foribus pallentia regna reuulsis,

Precipitem rapiant agmina dira fugam.

Tartareus trepidans immania guttura custos,

Claudet, et extendet grandia membra solo.

Hercule eq; aliquid precius quam uerbera clauæ

Formidabit, atrox concidet ille furor.

Nec minus extremo comitata sororibus antro

Occulet anguigerum torua Megæra caput.

At fontes pœnis laceratæ immitibus umbræ,

Quas dirum exagitat mente tremente nefas.

Vt procul aspicient uenientem in luce corusca,

Pulsabit iustus noxia corda pauor.

Et tenebris abdi cupient, sed abire uetabunt

Dura cathenarum uincla iubente Deo.

Precipitis nec non ima de sede barathri,

Horrendum Pluto profert ipse caput.

Et procul insolitæ miratus lumina lucis,

Agnoscet Domini territus ora sui.

Quem non ignorans Erebi de carcere tetro
 Duclurum sanctos ad pia regna patres.
 Saucius attonitam fremet acri uulnere mentem,
 Obuius audebit nec tamen ire duci.

Christus resurgens.

Stro. lib. Carm.

Qui matre natus uirgine
 Tot dura sponte pertulit,
 Suumq; fudit sanguinem,
 Nostræ salutis præmium.
 Hic morte mortem perdidit,
 Et morte uitam præbuit,
 A subiuugatis inferis
 Die resurgens tertia.

Vid. lib. 1. Chr.

Cum tamen expulerit tenebras lux tertia rebus
 Aerias, cæde abluta reuocabor in auras.

Fab. lib. 1. Hym.

Durate fida pectora,
 Mox uestra Christus gloria
 Resurget, & fletus suo
 Tergebit ipse pollice.

Ibidem.

Nec molle corpus conditum
 Diu premetur saxea,
 Perrumpet Heros, & feret
 Sperata mundo munera.

Idem

*Euaſit Heros ſaxeo
Moſi, nihil uis profuit.
Clauſtrum ſepulchri peruium
Furor reſpreſſus tartari.*

Idem lib. 1. Mil.

*Nobile ſcæminei germen nos reſpice uentris,
Expectate olim, nunc date Chriſte pijs.
Tu uicta princeps in uitam morte reſurgis,
Tu clauſas aperis ad ſacra regna fores.*

Idem lib. 5. Hym.

*Clauiſus ſepulchro, & inferis
Viſus, recepto lumine
Sol iſte iuſtus, exerens
Vultum, tenebris emicat.
Chriſtum moratur nulla uis
Mortis, nec orci ergaſtula
Tenent potentem: clarior
Victis triumphat hoſtibus.*

Vida lib. 6.

*Iam lux Eois properabat tertia ab oris,
Et pater omnipotens nato immortalia membra
Illustrans, penitus diuinum afflauit honorem.
Quodq; fuit mortale modo, & uiolabile corpus
Immortale dedit: non tanta luce ſereno
Sidera clara polo, non aureus ipſe nitet ſol.*

Ibidem.

—Nempe ut monſtri deſormis in atro

Tres uates iacuit luces, tres gutture noctes
 Ingluuiem passus, uastæq; uoraginis antrum.
 Sic Heros multum ad superos defletus amicis,
 Inclususq; cauo saxo, terraq; sepultus
 Delituit, sæpe (ut memini) prædixerat ipse
 Ad cœlum redijt, saxumq; reliquit inane.

Roset. lib. 3.

Tresq; dies condetur humo, uitamq; resurgens
 Accipiet, letis oriens cum tertius orbem
 Rursum inuiset equis. Qualis diuinus Amathi
 Aequoris in medijs submersus filius undis,
 Quem pelagi uasto depasta est bellua hiatu:
 Et terra incolumem, effulsit lux tertia quando
 Reddidit, & sicca seruatum eiecit arena.

Christus triumphans.

Sib. Pfal. 68.

Ipse triumphali superato uictor ab hoste
 Optimus in curru, maximus atq; uenis:
 Atq; uenis, leto clemens atq; ore refulges,
 O' populi solus Rexq; Deusq; tui.
 Cantica turba præit quæ iactat leta, sequuntur
 Tympana qui tidunt, uirgineusq; chorus.
 Adijcitur plausus populi, uox omnibus una,
 Tollite Thariadæ, tollite laude Deum.

Eob. Pfal. 68.

Quanta tui fuerit Deus excellentia gressus,
 Vidimus, ô regum maxime, summe deum.

Præcedunt

Præcedunt placida tibi carmina uoce canentes,
 Post hos qui manibus musica plectra mouent,
 Tympana quos inter pulsantes rauca puellæ,
 Dulcia multiplici tibi a uoce canunt.

Stig. Psal. 68.

Qui nunc edomita ducens de morte triumphum,
 Ingenti plausu uictor ab hoste redit.
 Et secum innumeros insignia bellica currus
 Ducit, & armata millia multa manus,
 Ascendensq; alti super ardua sidera cœli,
 Ereptos Stygio carcere ducit auos:
 Lámq; triumphati post diruta tartara Ditis,
 Ingreditur tituli celsus honore sui.
 Ponè sequi uideas uinctas post terga Megæras,
 Et locus hic tota cum Styge quicquid habet.
 Spirituumq; greges tam contra Heroa potentem,
 Se nihil hic ausos uoce gemente queri:
 Captiuosq; inier uictus regnator Auerni,
 Dira fremens media ducitur ipse uia.
 Hic auras questu complent ululante Satanes,
 Dum sibi perpetuò uincla futura uident.
 Illic Christiadam conscendunt iubila cœlum,
 Quos sibi restituit uindice Christus ope.
 Interea sedes Ditis trahit atra ruinam,
 Vastantur Stygij regna superba dei.
 Non iam tartareus poterit nocuisse tyrannus,
 His qui te uero pectore Christe colunt.

Ibidem.

Ibidem.

Ille inimicorum franget capita alta suorum,
 Qui nisi flagitijs uiuere turpe putant.
 Impia Iudææ delebit semina gentijs,
 Turpe quod à priscis degenerârit auis.
 Exiget inuisos terrâq; mariq; tyrannos,
 Regibus heu uictis uulnera quanta dabit.
 Solis ad occasum mundum peragrabit ab ortu,
 Corporibus cæsis tota tepebit humus.
 Ibit & immundis perstrata cadauera campis,
 Sanguinis intinget profluuiôq; pedes.
 Eius & hostili pascentes sanguine fauces,
 Foedabunt tepido rostra cruore canes.
 Iam qualis quatuusq; trahas longæ agmina pompæ,
 O mihi non dubio corde recepte Deus.
 Qualibus incedas ducibus rex magne uidemus,
 Imperium mundi qui sine fine tenes.
 In primo resoni præcedunt agmine uates,
 Qui docto reddunt gutture dulce melos.
 Inde uiri cytharis, & docti ludere naulis,
 Dulcisonis resonant carmina blanda modis.
 Candida quos circum comitantur turba puellæ,
 Quassantes tenera tympana blanda manu.
 Quacunq; est sanctæ quædam communio plebis,
 Incidit in laudes mentio multa tuas:
 Stirpe quod è regni, ceu fontibus, Israël
 Derives regno subdita corda tuo.

CHRISTVS

*Christus instituens ministerium
uerbi.*

Eob. Psal. 19.

*Ipsorum terras exiuit amussis in omnes,
Orbis in extremos edita uerba sinus.*

Sib. Psal. 19.

*Norma per illorum terras rata pertinet omnes
Vocibus, & gemini personuere poli.*

Idem.

*Addit & uates, & uos clarissima mundi
Lumina, trudentes sinus sa in retia pisces,
Quos olim socios uida sibi legit in acta
Christus, & illorum uestigia deinde secutos.
Qui tulerunt, & uerba feruntq; ferentq; salutis,
Qua serasq; ratis Phœbus terit igneus, & qua
Hinc Tanain spectat gelidum, Nilum inde colorat,
Atq; Atlantæo fessum lauit æquore currum.*

A&i. lib. 3.

*Quandoquidem non diuitias, non quæret honores
Ille patris decus ac uirtus, mortalia postquam
Membra sibi et fragiles iam sponte induxerit artus.
Non sceptrum inuadet Cypri, non Cassia regna
Diripiet, non exuuijs Babylona superbam
Eruet, aut alto scandet Capitolia curru,
Militibus circum, & leto comitante senatu:
Sed maris undisoni tractus, & littora longè
Curua secans, media socios sibi quærit in acta.*

Disper-

Dispersosq; mari nautas, nudosq; colonos
 Vndarum, sinuosa fretis iactare parantes
 Retia, uexatas aut iam reparare sagenas
 Sollicitos, patris ad solium, ac sua tecta uocabit.
 Atq; ollis ius omne, potestatemq; medendi
 Adijciet, pellent morbos, dentesq; retundent
 Vipereos, orciq; acies, & monstra fugabunt.
 Quin & custodes foribus radiantis Olympi
 Præficiet, seruire aditus, & claustra iubebit
 Aurea, quies non ulla queat uis seua nocere
 Eumenidum, duriq; umbrarum obsistere postes.

Phil. lib. 1. Epigr.

Quanquam autē ad dextram cœlesti in sede parētis
 Ipse dat hæc semper maxima dona pijs:
 Doctores tamen adiungit, sociosq; laborum,
 Organa quos uocis præcipit esse suæ.

Aemil.

Talibus exactis coetum cum Christus in unum
 Bis sex discipulos consueto more uocasset,
 Constitit in medio illorum, uocemq; resoluens
 Ius de dit immundos pellendi demonas illis:
 Addidit & uires morbos curare nocentes,
 Defectusq; hominum uarios abolere precando.
 Hos etiam numero bis senos misit Iesus,
 Et mandata ferens, tales dedit ore loquelas:
 Non ego uos iubeo cæcas accedere gentes,
 Ad mea tempus adest, quas nondum regna uocari;
 Nec subiisse uelim terræ Samaritidos oras.

Iudeis

Iudeis siquidem gens hæc inimica putatur.
 Ite, sed amissos gregis Israelis ad agnos,
 His monstrate uias concordie uoce sonantes,
 Quòd propè nunc terris adsint cœlestia regna.
 Ergo parent sese quo talia ritè capebant.
 Insuper ægrotos uerbo curate potenti,
 Leprosos mundate uiros, uitamq; priorem
 Reddite defunctis, expellite dæmonas atros.
 Atq; hæc contigerint uobis cum munera gratis,
 Vendere non precio, sed gratis reddere fas est,
 Dicere ne meritò quisquam uos possit auaros.
 Nec uerò argenti precium gestate nec auri,
 Aeraq; non zonis ad iter, per æmue feratis.
 Non geminae uobis uestes, non calceus hærens
 In pede sit, baculumue manu portetis cuntes.
 Dignus enim mercede sua quicumq; laborat.
 Vos igitur tantum decet huic incumbere cura,
 Ut per uos discant homines cœlestia iussa,
 Illi iusta dabunt uobis alimenta uicissim.
 Hoc etiam moneo, quamcunq; subibitis urbem
 Aut uicum, certis uigiles inquirete signis,
 An ibi sit quisquam cœlesti munere dignus,
 Ad quem uestra sonet diuini concio uerbi.
 Hunc ubi contigerit uobis reperire, manentes
 Aedibus illius munus præstate docendi,
 Donec tempus erit cœpto discedere cursu:
 At si quando domum uobis contingit intire,
 Dicite pacifico primùm sermone salutem:

Dignaq;

Dignaꝫ; si fuerit, cœlesti uisa fauore,
 Accipiet letam uestro de munere pacem.
 Sin sese indignam tanto præbebit honore,
 Ad uos pax iterum tum conuertetur ab illa,
 Inq; sinum uestrum, processerat unde, redibit.
 In quemcunq; locum socij uenietis euntes,
 Hic si nullus erit, qui uos in tecta recepit,
 Aut audire uelit cœlestia iussa docentes:
 Mox exite loco, tectis excedite & urbe,
 Effugite indignas terras, & limen iniquum.
 Sed prius excusso plantarum puluere, ne quid
 Hereat in uobis terræ de parte nefandæ.
 Illius immunes, sed re maneatis ab omni.
 Vera loquor uobis, & cœli numina testor,
 Quòd Sodomæ regnis olim, plebiq; Gomorrhæ
 Pœna minor ueniet magno sub iudice mundi,
 Atq; cadet tali quæ uos contempserit urbi,
 Tam graue supplicium tunc gens ingrata subibit.

Micyl. lib. 5. Syl.

Vt pater omnipotens cœlo me misit ab alto,
 Et iussit regni pacta docere noui:
 Sic ego nunc totum uos hinc emitto per orbem,
 Nota eadem ut fiant omnibus illa locis.
 Ergo iter ad superas quæ sit remeabile sedes,
 Eloquio & factis notificate pijs.
 Iusticiamq; homines, & fœdera sancta docete,
 Sit genus ut consors muneris omne mei.
 Sic fatus, uultus illorum afflauit, & ora

Numinis

Numinis & partem iussit habere sui.

Atq; ait afflatu repleti pectora sancto,
Ite, Deus quò uos, & mea fata uocant.

Quorumq; nefas soluetis, & improba facta,
Soluentur nexu criminibusq; suis:

At quorum noxas Stygio damnabitis igni,
Hos manet æternæ poena luendæ necis.

Christus ascendens.

Sib. Psal. 47.

Qui nunc & uentos, & curru sidera tranat
Nubiugo, cœli regia celsa fremit.

Eob. Psal. 47.

Carmine iubileo Deus est euectus in altum,
In sua terribilis nubila uoce tubæ.

Sib. Psal. 68.

Ac nebule cœlos tranans uelatus amictu,
Et uincla & nodos compede uincta trahet.

Inde cathenatos hostes, crudelia, condet
Sulphurei æternum carcere, monstra, lacus.

Premia pugnati, socios partitus in omnes
Diuitias belli, distribuetq; suas.

Eob. Psal. 68.

Ascendisti etenim Deus hinc euectus in altum,
Captiuos tecum uictor ab hoste uehens.

Pro populis etiam tibi sunt data dona receptis;
His etiam qui te non habuere Deum.

Stro. lib. Carm.

Post uicta morte triumphans,
 Et ui propria per mane,
 Cum carne reuersus Olympo
 Patri hæsit in omnibus æquus.
 Hunc discipuliq; parensq;
 Nebula aspexere uolantem,
 Hocq; asseruere probati
 Testes in uestibus albis.

Fab. lib. 3. Ang. 20.

Suo ille descensu obruit
 Hostem, suo ascensu extulit
 Carnem, ad locans patris sui
 Illustri honore dexteram.
 Hoc angeli spectaculum
 Mirantur ipsi, & ardua
 Cæli petentem prædicant.
 Cælum tenenti seruiunt,
 Astant gubernanti omnia
 Terris, profundo & æthere.

Idem lib. 4. Hym.

Demissus astris in sinum
 Christus parentis uirginis,
 In alta tendit ad Deum
 Nostrum patrem, suum patrem.
 Scandendo captiuam trahit
 Captiuitatem, dextere
 Nunc iunctus æterni patris
 Dator bonorum est omnium.

Idem

Idem lib. Prec.

Venerat ad montem sociorum coetus in unum,
 Frondet ubi uiridi pinguis oliua solo:
 Illorum ex oculis aufertur Christus in altum,
 Et caelestis adit regna superna patris.
 Regna tamen possessa prius, quam terra polusq;
 Ac quoreis & cum fluctibus unda stetit.

Stig. Psal. 68.

At Deus omnipotens curru sublimis in alto
 Dispergit spolijs munera sancta sui.
 Munera saluifici caelestia semina uerbi,
 Per quae mortales uiuida turba sumus.
 Ille rebelantes etiam dominatur in hostes,
 Victor & hinc merita praemia laudis habet.

Micyl. lib 5. Syl.

Ipsè triumphato uictus, super aethera mundo,
 Intraisti liquidos regna paterna polos.
 Hic cum patre sedens per secula cuncta gubernas,
 Quicquid habet tellus, quicquid Olympus habet.

*Christus sedens ad dexteram
 patris.*

Sib. Psal. 101.

Te dextrae compone patris, folioq; perenni
 Subnixus, terrae sceptris, poli q; tene:
 Quae coelum tellusq; patent, uertiq; regi q;
 Omnia dum uideas sub dititione tua.

Eob. Pſal. 110.

*Sit tibi cunctarum rerum data tanta potestas,**Ad dextram teneas ut loca prima meam:**Donec ceu scabella solent calcanda, malorum**Subijciam pedibus millia multa tuis.*

Stro. Profeu. lib.

*Tu patris ad dextram, magno dominaris Olympo,**Tu soboles, tu mens, consiliumq; Dei es.*

Fab. lib. 3. Ang. 20.

*Cedat timor, formidoq;**Pellatur, eiulatio**Cesset, querelæ desinant:**Sistantur omnes lachrymæ,**Qui patris ad dextram Deus**Homoq; regnat, noster est**Sanguis, suoq; sanguine**Vitam, salutem rettulit.*

Idem lib. 1. Hym.

*Dextram ad Dei uidebitis**Sedere, quem nunc luditis,**In nubibusq; criminum**Coeli redire uindicem.*

Idem lib. Prec.

*Qui medios inter tolerans indigna latrones,**Ad patrium residet nunc super astra latus.**Sustulit ecce tuos, dum suscipit ipse labores,**Et causam in cœlis nunc agit ipse tuam.*

CHRISTVS

*Christus uenturus iudicare ui-
uos & mortuos.*

Vida lib. 4. Christ.

Dum terras ueluti rapidum per inania fulmen
Ipse iterum petat, & mulis cum millibus idem
Adueniens hominum uitas & crimina querat,
Ut res promisso simul ac succenderit igni
Flammaram totum tempestas sparsa per orbem.
Continuè tellure noua, coeloq; recenti
Defunctas animas uitam in sua corpora, rursus
Euocet ad blandum lumen, populosq; sepulchris
Eliciat, secumq; pios educat ad astra.
Quos pater à prima praeuidit origine rerum
Mente suos fore, & aethereo transcripsit Olympo.
Ibunt alligeres iuuenes, coelumq; profundum
Horrifico sonitu implebunt, atq; arcu recuruo
Quattuor à uentis excibunt undiq; gentes,
Iudicis ad solium properabitur aethere toto.
Ipse altè effultus, montisq; in uertice summo
Arbiter effulgens circumferet ora tremenda,
Secernetq; pios, dextraq; in parte locabit:
Leua autem coget fontes, quæ plurima turba.

Idem lib. 6.

Deniq; cum suprema dies illuxerit orbi,
Omniaq; eliceam patefactis ossa sepulchris,
Atq; iterum in lucem emergent, quos terra tegebat.

Hanc uallem, densa hos implebunt agmina colles
 Matres atq; uiri, uixq; hausta luce perempti.
 Ipse ego iura dabo, mediaq; in ualle sedebo
 Quaesitor, uitas populorum & crimina pendens.

Aonius lib. 3.

Postquam sat terris actum, molemq; operosam
 Longe uam mundi mutari ex sedibus imis
 Cœlicolum usum regi, nec iam amplius ulla est
 Progenies hominum cœli uentura sub axem.
 Iudicium sistet rex omnipotentis Olympi,
 Iudicium firmum, sanctū, ingens, quo genus omne,
 Omne hominū in cōuētū aderit, qui in luminis oras
 Aduenēre unquam, citius, seu serius illos
 Secla tulēre, dies pariter quos abstulit atra.
 Non tamen id clām, aut obscure contingere par est
 Ius summum, ius acre, manent certissima signa
 Temporibus certis, atq; altē terminus hæret.

Fab. lib. 3. Ang. 16.

Tunc ille iudex, cui data est
 Supra potestas omnia,
 Hircos petulcos fumeam
 Ire in gehennam iusserit,
 Hæc est parata demoni,
 Hypocritæq; & impio
 Non finiendis terminis.

Idem lib. 3. Oda 9.

Vt cū ueniet filius hominis, sonitu præeunte tubarū
 Arbitrator obis, statuēs olido sꝑcul à balantib. hircos,

Nos

Nos cum Christo, meruò ipsius, superum ascenda-
mus ouile.

Aemil.

Ecce nouus per inane fragor (mirabile dictu)
Quattuor à uentis ruet, & formidine corda
Consternet, medioq; poli cœlestis ab axe
Tela, facemq; feret Diuis comitatus, & alta
Cum tonitru Deus in nebula descendet in orbem,
Cœlituum uis magna tremet.—

Micyl. lib. 5. Syl.

Et cum summa dies extremam finiet horam,
Mutabuntq; suas, terra fretumq; uices:
Ipse ego sopitos placida de morte resoluam,
Et statuam tumulis corpora uiua suis.

Christus agnus Dei.

Sib. Aeol. lib. 1.

Monstrauit digito Baptista, Deiq; professus
Est agnum, mundi qui ferat omne scelus.

Vida lib. 4.

En ego, quem terris toties iam iam affore quondam
Pollicitus Deus, ecce Deus, qui crimina nostra
Thuri cremas agnus ueluti mactatus ad aras
Morte luet, superoq; uolens cadet hostia patri:
Hunc optate ducem, hunc uobis optate magistrum.

Eob. lib. 2. Hero.

Talibus aetherea Christus redimitus in aula
Præcedet niueas signifer agnus oues.

Fab. lib. Prec.

Nemo aliquid placido conspexit mitius agno,
Hic nobis agnus filius ipse Dei est.

Ros. lib. 1. Christ.

Ecce Deus, quem optastis, adest, quem sæpius ipse
Prædixi, & sancti cecinerunt numine uates.
Ecce Dei proles, generis scelus hostia nostri
Morte luet, manibusq; cadet maectata suorum.
Omnia quæ Tethys terram circumfluit omnem
Afferet, infernisq; iugum ceruicibus addet.

Scip. lib. 2.

Aspiciens uates uenientem huc eminus, hic est,
Hic, inquit, generis delet qui crimina nostri
Innocuus, uerusq; agnus diuinus hic ille est,
Quem dixi: cœli quanquam me serius hausit
Vitalis lumen, sublimi clara priusquam
Astra parens rerum mundo, solisq; nitentes
Finxisset radios, atq; æuum ante omne fuisse.

Christus uictima.

Phil. lib. 1. Epigr.

Nulla est grata Deo, nisi Christus filius, ara,
Qui luit officio crimina nostra suo.

Ibidem.

Hic & consilio mirando uictima factus
Iusticie soluit debita dærtæ patris:
Cumq; cruor toto manaret corpore supplex,
Vulnera pro nobis obtulit, atq; preces.

Fab.

Fab. lib. 3. Hym.

Tu solus illa uictima,
 Mactata primo à seculo.
 O' Christe, sis mihi uita,
 Et lumen, & scientia.

Idem lib. 4. Hym.

Agnus leuatur stipite
 Pro noxijs innoxius:
 Hæc sola grata pro reis
 Deo parenti uictima.

Phil. lib. 5. Epigr.

—Gratis ignoscere nobis

Decreuit pater, & nostrum demisit in orbem,
 Vt peccatores seruaret credite, gnatum.
 Non nostris tribuit benefaciis munera tanta,
 Vnica pro nobis mactata est uictima Christus.

Stig. lib. Prec.

Ergo admiranda natum pietate dedisti,
 Innocuus nostrum ferret ut ille scelus:
 Qui percussa fuit pro nostra uictima culpa,
 Et uetus à nobis abluit omne nefas.

Idem.

Qui genus humanum fraterno amplexus amore,
 Incluta pro uestra uictima morte uanit.
 Excipite unanimes cupidis amplexibus illum,
 Illi per medias oscula ferte uias.

Christus uita.

Sib. Aeol. lib. 2.

Ipsa quies Christus, Christus quoq; uita, bonumq;

Fab. lib. 1. Hym.

Tristem timorem pellite,

In me, patremq; credite:

Sum uita, ueritas, uia,

Et spes salutis unica.

Idem lib. Prec.

Vita tuum uerbum est, tu uerbum, uitaq; per te

Horrida mors nomen mite quietis habet.

Nomen habet placidi somni, pacisq; serena,

Quam nullus Boreas, nullaq; turbat hyems.

Aemil.

Sum uia, sum uitaq; salus, & semita ueri,

Ad summum nemo poterit uenisse parentem,

Ipse mihi monstremq; aditus, ducamq; sequentem.

Si bene me nostis, patrem quoq; nosse potestis,

Et iam nouistis, nec non uidistis eundem.

Christus lumen.

Fab. lib. 5. Ang. 2.

Tu lumen es caeco & uia,

Tu certitudo errantibus,

Intelligentiam tibi

Communicas credentibus.

Sab. lib. 5. Eleg. 5.

Lumen es æterno de lumine, ueraq; uita
 Lux, sine qua cœli lumina luce carent.
 Tu fulgor, nec non ipsius imago parentis,
 Consimilem qui te gaudet habere sui.

Eob. lib. 1. Her.

Venit ad æternæ noctis loca luminis author,
 Nubila diuinum dissipulit atra iubar.

Fab. lib. 3. Oda 10.

Ergo qui sine fine micat
 Talis luminis author.
 Virginei partus uentris,
 Voxq; & sermo parentis
 Aetherei, da queso tuis
 Claram cernere lucem.

Ibidem 15.

—Ille uerum

Præstat pectoribus diem:
 Ille fulgentes radios per orbem
 Mittit, & uerbi iacit unde quaq;
 Purum saluifici iubar.

Christus panis uita.

Fab. lib. de Natali.

Panis enim uita Christus modò prodit in auras:
 Omni, si credis, nascitur ille die.
 Omni namq; die præsens ope, numine præstò est,
 Nec quia celsa tenet, negligi ille suos.
 Esuriet nemo, quicumq; accedet ad ipsum,

Nec

Nec credens ullam colliget ore sitim.
Mortua quinettiam panis uirtute resurgens
Corpora, sidereâs mox initura domos.

Christus caput Ecclesiæ.

Fab. lib. 1. Oda 12.

Qui regis imperio quicquid fuit, atq; futurum est
Cælo, soloq; Ecclesiæ sanctæ caput:
Nos tua membra sumus per acerbæ uulnera mortis
Facti, tuæq; Christe, non pudet crucis.

Christus author pacis.

Fab. lib. 1. Oda 16.

O pacis et concordiæ princeps Deus,
Pacem relinquens uictor Orci, cœlicas,
Dum scanderes triumpho nobili domos.

Christus author salutis.

Sib. Psal. 68.

Gratia iusta Deo, tu nos portasq; fouesq;
Aeternis largus munificasq; bonis.
Tu mala cuncta fugas, tu tollis crimina, claudis
Et nunc quæ nimium mortis aperta, uiam.

Eob. Psal. 68.

Nam Deus hic nobis Deus est, uitæ atq; salutis,
Et Dominus per quem mors quoq; uicta fugit:
Vulneribus tamen affliget caput hostis acerbis,
Qui malè suscepta nescit abire uia.

Sib.

Sib. Psal. 72.

Præstò erit oppressis, clamanti rebus in arctis,
 Quamq; negant alij, porriget ipse manum.
 Afflictos mihi clemens bonitate leuabit,
 Nemo illo miseris nemo uetante nocet.
 Vindicat insidijs, & fraudibus eripit ulior.
 Eob. Psal. 72.

Eruet ille inopes depressos mole laborum,
 Et quibus auxiliij spes rata nulla fuit.
 Exulis atq; inopis miserebitur, ipse salutem
 Conferet, & miseris auxiliator erit.
 Illorum insontes animas à fraude maligna
 Ducet, & expositos non sinet esse dolis.
 Sib. Prof. lib. 2.

Quem seruatorem quisquis, fratremq; professus
 Non timido patrem te uocet ore suum:
 Iusticie æterno redimitus tempora lauro,
 In regno capiat gaudia mille tuo.
 Idem Aeol. lib. 1.

Nascetur sancta promissus origine Christus,
 Quiq; humana gerit munia, quiq; Dei:
 Ille genus uestrum prolapsum in pristina reddens,
 Peccatis sistet criminibusq; modum.
 Stro. Prof. lib.

Nate patris summi, quem trinum credit & unum,
 Cuncta salutiferæ turba redempta cruce:
 Vipereum qui morte tua scelus abluis, & nos
 Aetherea dignos cognitione facis.

Acti.

Virginei partus, magnoq; æque eua parenti
 Progenies, superas coeli quæ missa per auras
 Antiquam generis labem mortalibus ægris
 Abluit, obstructiq; uiam patefecit Olympi.

Fab. lib. 1. Ang. 16.

Huius ruinam subleuat

Dei beatus filius,

Homo ac Deus, calcans pede

Caput draconis liuidum.

Vinctus tenebris Zabolus

Apostata, æterni Dei

Vt perduellis, maximã

Damnatus est sententia.

Idem 3. Ang. 20.

A morte liberat nihil,

Nihil camino ab igneo,

Quam Christus, ipse sustulit

Mortisq; peccatiq; onus,

Nulli luendum iam pio.

Sab. lib. 5. Eleg. 2.

O nimium nostros nimium miserate labores,

Vnica nascendi nos tibi causa sumus.

Nam tua te bonitas, & nostræ cura salutis,

E patris eduxit maxime Christe sinu:

Consortemq; Dei suprema in sede morantem,

Debile te fieri carnis adegit opus.

Quippe reuelares ut inenarrabile uerbum,

Quo promissa pijs uita salusq; fuit:

Et quibus heu patris iustam commouimus iram,

Nostra piarentur crimina morte tua.

Natus ob has causas, totiq; salutifer orbi

Es datus, & nostras iussus obire uices.

Ibidem.

Salue nate puer castæ sine labe parentis,

Aeterni salue uera propago Dei.

Tu nisi sumpsisset humani corporis artus,

Nos phlegetontæ pœna maneret aquæ.

Nec uis Eumenidum, sæuiq; potentia Diris

Fracta, nec horribilis mors superata foret.

Iam sumus exempti pœna, diuinâq; nobis

Gratia, natali conciliata tuo est.

Fab. lib. de Natali.

Ille mei causa nunc uagit paruulus infans,

Et uix quo brumæ frigora pellat, habet,

Obscuroq; iacet casta cum matre mapali,

Verus homo matris sanguine, stirpe Deus.

Me patri ut miserum societ, delictaq; tollat,

Sideream rursus collocet inq; domum.

Idem.

Rex, Seruator adest, genitus de uirgine, uerus

Mortalis, uerus cum genitore Deus.

Sustulit ille iugum mortis, uitabile nulli,

Vulnera quiq; humeris fecerat, ulmus hebet.

Legis onus cœsit, nunc hæc nunc illa iubentis,

Addentis sæuas & sine fine minas.

Gratia

Gratia, libertas, uictoria reddita, postquam
Ad nos aetherea uenit ab arce puer.

Idem.

Ortus, Christe, tuus, tua mors, sunt omnia nostra,
Et nostrum est, caeli templa quod alta tenes.

Idem lib. 1. Oda 1.

—Extra namq; nulla Christum

Vera salus animis, spes nulla, redemptioq; nulla,
Via ad beatas certa nulla sedes.

Idem lib. 2. Oda 9.

Vt est tuae caput manē

Tu sole Christe Ecclesiae,

Qui dependisti cruce,

Vnus salutis autor es.

Ibidem 14.

Cum trabe celsus in arborea

Atq; latrone tenente latus,

Crimina nostra cruore piās,

Altaq; pandis ad astra uiam.

Ecce patet Paradisiacum,

Culpa quod antè serarat iter,

Iam nemus illud adire licet,

Quod draco saeuus ademit Adæ.

Nunc coluber tibi uicte caput,

Virginis atterit ille puer:

Stirpe creatus ab Isacida

Rex populi Dominusq; sui.

Pallida mors iacet ante pedes,

Anguis

Anguis & infera regna gemunt:
 Mitior est grauis ira patris
 Imperium in cruce Christus habet:

Idem. lib. 2. Hym.

O' Christe tora qui miser
 Vita, saluis perditum
 Reddens honorem, per crucem
 Amissa tollis crimina.

Idem. lib. 3. Hym.

Hæc terga secundum me
 Tanto impetu pro noxijs:
 Mihi quies ut sit, tibi
 Non Christe respiratio est.

Idem lib. 1. Piet.

Ille salus solus, cui quisquis credit, habebit
 Aeternas felix non moriturus opes:
 Idem lib. de Natali.

Non mihi peccatum, non mors demonq; nocebit,
 Christus præsidium, uita salusq; mihi:
 Non laudo proprias, uictoris prædico uires:
 Ille suos hostes uicit, & ille meos.

Ille mihi patrem coelestem fecit amicum,
 Et Flatus tribuit munera magna sacri.

Ibidem.

Christe iterumq; tuas, iterumq; iacemus ad aras,
 Organa sic animi dirige caeca laeuis.
 Conatus miseros, immundos, imperfectos,
 Iusticiam ne quis prædicet esse suam.

Iusticiæ ue sue partem: tu solus & unus
 Christe uis, auxilium, gloria, uita, salus.
 Non alius tecum pro mundi labe pependit
 In cruce, non alia est uictima nota Deo.

Ibidem.

Deriuas in te patriam non noxius iram,
 Quam decuit pœnam nos subiisse, subis.
 Morie tua uitam reddis, liuore salutem,
 Et suso tollis triste cruore nefas.

Ibidem.

Restituet ueteres qui religionis honores,
 Reddet & amissum protinus omne decus.
 Aurea tranquilla condet qui secula pacis,
 Seruitij regno qui graue demet onus.
 Sollicito nōxas qui pectore detrahet omnes,
 Qui dabit ut sinus libera turba Deo.
 Turba sacrata Deo, cui nec Satanæ ira, nec ulla
 Barbara uis possit fraude nocere sua.

Ibidem.

His etiam rex iste poli, Deus ille salutis
 Nascitur, & regni dat noua sceptrâ sui.
 Per quem libertas, pax, gratia, uitâq; parta est,
 Mors prostrata, hostis regia fracta nigri.

Idem lib. 1. Milit.

At nihil è terra quod natum est, scandes ad astra,
 Deserti, nisi te Christe trahente, sumus.
 Tu Paradisiacos eiectis reddis honores,
 Tu nos in media uiuere morte facis.

Idem

LIBER II.

163

Idem lib. 2. Mil.

Vnus homo retulit uitam, retulitq; salutem,
Ne noceant ulli mors, Satanasq; pio.

Idem lib. Vi ct.

Vnus homo nobis moriendo restituit rem,
Qui tamen ante fuit secula cuncta Deus.
Ille graues hominum casus, miserosq; labores
Suscepit, patrios dum iacet ante pedes.

In se commissi deriuans criminis iram,
Et laesi subiens iura seuera Dei,

Ille suo nostram deleuit sanguine culpam,
Atq; salutari corda nouauit aqua.

Corruptam labem baptismatis abluit unda,
Amissum reddens quicquid honoris erat.

Idem lib. Prec.

Christe tibi proprium misereri, ignoscere lapsis,
Viuere uelle omnes, morte perire nihil.

Ibidem.

Sustulit humanas culpas, & crimina morte,
Iusticiam uita reddidit ipse sua.

Christus redemptor.

Stro. Proseu. lib.

Hinc metire animum, qui parte potentior omni,
Quoue modo Stygia sint cuncti a nocte redempti,
Quos grauis heu miseros Adæ culpauerit error:
Nec tenuit precio, Domini, sed morte redempti.
Morte, inquam, infanda, cuius memor usq; tremisco.

m a

Nimirum

Nimirum silice & duro prognata metallo
 Stirps hominum, si dira potest ludibria siccis
 Commemuisse genis, nulloq; referre ululatu.
 Heu sator astrorum, terræ dominator, & undæ,
 Omnia qui solo potis est pervertere nutu,
 Vulnere sustinuit manibus quas ipse creatat:
 Scilicet ut moriens hominis commissa piaret.

Eob. lib. 1. Her.

Vicisti, mors uicta iacet, uictorq; redisti,
 Plurimaq; est reditus turba secuta tuos.

Christus intercessor.

Fab. lib. 2. Oda 1.

Membra uulnere liuidus
 Ante qui patris ora stans,
 O' amor, ueniam petit,
 Impetratq; fidelibus,
 Leniens patris iram.

Idem lib. 3. Oda 1.

Pete ergo fortis, quicquid enim petes
 Id impetrabis nomine filij,
 Qui culpam ante ora parentis
 Humanam morte refutat.

Phil. lib. 1. Epigr.

Verum ne prorsus natura humana periret,
 Neue hæc frustra esset condita imago Dei,
 Pro nobis gnatus patris intercessit, aditq;
 Pœnam, quam iusti sanxerat ira Dei.

Fab.

Fab. lib. 2. Hym.

Labem repurga, nos sacra
 Patriq; commenda prece:
 Te deprecante nam grauis
 Sumus repulsæ nescij.
 Tu flecte patris pectora,
 Ne nostra plectat crimina:
 Oppone delictis tuam
 Benignus innocentiam.

Stig. lib. 1. Prec.

Orandus Deus est saluantis nomine Christi,
 Diuina æterna genitum, quem mente uoluntas
 Donauit terris, ut pondera tanta subiret
 Humanæ noxæ, perituri & crimina mundi
 Ablueret, non ipse nocens, non ipse piandus.
 Tantæ molis erat lapsam reparare salutem.
 Ille igitur mortis domitor, uitæq; redemptor
 Ad patrem assistens æquali numine, nouit
 Qua miseri careamus ope, qua mole premamur.
 Ille intercedens offensum crimine nostro
 Conciliat, placatq; patrem, nil denegat illi,
 Per quem cuncta facit, Deus & pater ipse creator.

Christus defensor.

Fab. lib. 3. Oda 5.

Quem tu propitio lumine uideris
 Cœlestis, ô proles patris.
 Illi non pharetris spicula Gnosijs

Inerme ruperint latus.

Non hostis patriæ moenia diruens

Manum cathenis uinciet.

Non uastans hominum, non pecorum genus

Lues præhendet tabida.

Ac quamuis Libyco nauiget æquore

Euris ratem frangentibus.

Aut septus uulidis mille latronibus

Trucem slet ante Decium.]

Exoptata laris tecta tamen sui

Illesus intuebitur.

Iucunde referens oscula coniugi, et

Desideratis liberis.

Ibidem 14.

Tuq; ,ô Christe, tu, ô redemptor orbis

Proles certa Deiq; uirginisq;

Nostram suscipias patronus

Defend. isq; tuo fauore causam.

Idem lib. 2. Hym.

Te subleuante quicquid est

Vsq; molesti uincitur,

Letusq; finis asperis

Contingit in periculis.

Christus liberator.

Fab. lib. 2. Oda 9.

Tu solus improbum lupum

Arces pijs ouilibus.

Tu solus ungue uulturis
Mitem columbam liberas.

Christus minister.

Fab. lib. 1. Hym.

Lauat magister turbidis
Christus pedes Apostolis;
Seruit suis in omnibus
Volens necessitatibus.

Noli tumente pectore
Exempla Christi spernere:
Hic usq; noster ad crucis
Aram, minister factus est.

Idem lib. 4. Hym.

Qui lege non fuit nocens,
Legis minister redditur,
Ut nostra tolleret, Dei
Damnata lege crimina.

Aemil.

Sic hominis natum caelo uenisse uidetis,
Non ut subiectos habeat sibi in orbe ministros,
A quibus accipiat magnum prelatum honorem.
Ipse sed ut tenui faciat se sorte ministrum,
Atq; alijs studio, curaq; inseruiat omni,
Pro quibus amissa deponet munera uite,
Consultat ut passa multorum morte saluti,
Efficiatq; homines peccati labe redemptos.
Hoc uos exemplum Domini seruate minores,

Si cupitis ueri mihi nominis esse ministri,
Non alio cœlum dabitur contingere pacto.

Idem.

Ast ego sum uestri in medio ceu sorte minister,
Omnibus officijs uobis seruire paratus:
Hinc uestros lauiq; pedes, tersiq; lauatos.

Christus pastor.

Aët. lib. 2.

Tu pastor, tu dispersas reuocare per agros
Missus oues latè, pectusq; offerre periculis,
Prodigus ab nimium uite, per tela, per hostes
Obscurum nemus irrumpens, rabida ore luporum
Compesces, saturumq; gregem sub tecta reduces.

Christus sacerdos.

Sib. Psal. 101.

Tu pius & solus per secula cuncta sacerdos,
Ad ritum magni Melchisedecis eris.

Eob. Psal. 101.

Melchisedecus erat qualis sine fine sacerdos,
Talis eris populo tempus in omne tuo.

Phil. lib. 1. Epigr.

Sed non scepra modò geret ille, & regis honores,
Namq; sacerdotis summi quoq; munus obibit
Iratumq; patrem nobis placabit, & unus
Orabit miseris ueniam mortalibus, atq;
Victima crit pro delictis gratissima nostris.

Micyl.

Nam non sceptrum modo geret atq; insignia regum,
Aut pacis princeps exterioris erit.
Sed uelut eterno placuit sententia patri,
Quamuis annorum soluere nulla potest.
Ipse sacerdotis faciet quoq; munera summi,
Grataq; pro nostro crimine sacra dabit.
Ac ueterem laesi placabit numinis iram,
Soluere & aeternae uincula seua necis.
Atq; iter ad placidum faciet remeabile patrem,
Quod petulans morsu clauserat Eua suo.

Christus semen Abrahae.

Sib. Prof. lib. 1.

Thariada uindex promisso semine cretus,
Cum ueniet populi maximus ille sui:
Res fortunata lapsas qui sorte nouabit,
Utq; suis currant aurea secla dabit.

Christus uiris.

Fab. lib. 1. Hym.

Sum uilis & uos palmites,
Afferte fructus uberes.

Christus pauper.

Stro. Aeol. lib. 4.

Non hic Attalicis opibus fulgebat, & astro
Sublimis Paro marmore nisa domus.

Non auro paries, gemmisq; nitēbat Eois,
 Non Arabi thalamus plenus odoris erat.
 Non ullum mensæ argentum, non strangula molle
 Velabat Phrygio picta labore thorum.
 Iuncus & aggeste filices, & cana palustris
 Felicis tuguri nobile tegmen erant.
 Rara sed à uento textura patebat & imbri,
 Claudebat totum flexile uimen opus.
 Atq; putris limi tunica circumdata sepes,
 Ponere iam ueteres cœperat exuuias.
 Et crebras oculis spectantium peruia rimas
 Fecerat, hirsuto non satis apta gregi.
 Omnis inhærebat paucis, rudibusq; columnis,
 Quas faber haud multa finxerat arte, casa.
 Angulus haud ingens rigidi quo straminis hospes
 Fasciculos paucos accumulârat, erat.
 Hoc cibus & lectus pecori fuit, hæc tibi uirgo.
 Substrauit senior, composuitq; thorum.
 Talibus in plumis proles diuina quieuit,
 Nec tamen inde procul bos & asellus erant.

Act. lib. 2.

Sancte puer, non te uarijs operosa columnis
 Atria, non uariata Phrygum uelamina textu
 Excepere (iaces nullo spectabilis auro)
 Angustum sed uix stabulum, malè commoda sedes,
 Et calami fragiles, lectæq; paludibus herbæ
 Fortuitum dant ecce thorum. —

Vida lib. 1.

-In medio pulcherrimus Heros,

Haud acri prouectus equo phalarisq; superbo
 Eminet, at sibi pauperiem, ut placuisse beatam
 Admoneat socios, rex quadrupedantis aselli
 Terga premit, uates quondam ut cecinere futurum.

Idem lib. 5.

Non syluis auibus frondes, non montibus antra
 Quadrupedum generi desunt, ubi condere sese
 In noctem, atq; suos possint educere fœtus.
 At rerum authori, cœli cui regia seruit
 Omnibus in terris desit locus, omnibus oris
 Quò caput inclinet fessusq; in morte quiescat.

Fab lib. 3. Ang. 7.

Qui condidit terræ solum,
 Hoc ipse Christus exulat,
 Domus bouile cui fuit,
 Præsepe, lectus: culcitra,
 Fœnum: arxq; diuersorium.

Lotich. Eleg lib.

Inuoluit tenui nudum uelamine mater,
 Sacra fouens placidè membra tepente sinu.
 Plenaq; mox rigido tulit in præsepia fœno,
 Aspera læserunt stramina molle laus.

Ibidem.

At te nec rutilis gemmis preciosa, nec auro,
 Tinctæue Getulo nutrice texta tegunt.
 Nec Pario radiant adoperii marmore postes,
 Tecta suo capiunt uix satis ampla gregi.

Sab.

Utq; dedit casto te uirgo puerpera partu,
 Asperior quauis sors tua sorte fuit.
 Non tepidi ueris, nec aprici contigit anni
 Tempus, erant acri rura perusta gelu.
 Tristius horrebat brumali fidere coelum,
 Frigore concretam noxq; tegebat humum.
 Nec domus excepit te splendida diuite cultu,
 Sed casa, quæ uili stramine tecta fuit.
 Hæc eadem uento casa peruia stabat ex imbri,
 Nam paries raro uimine textus erat.
 Nec molli pluma, sed acuta carice lectos
 Sordidus hospitio præbet egente locus.
 Fab. lib. de Natali.

Contentus stabulo non aurea tecta requirit:
 Contentus minimo lacte, quietus agit.
 Linteolis tectus, fulgens nulli inuidet ostrum,
 Spernit in herbofo gemmea fulcra thoro.
 Eob. lib. 1. Hero.

Atria nec statues regali splendida luxu,
 Nulla tuo ueniet pompa puerperio.
 Utq; pares animum, tibi non ignara futuri,
 Pauperies ortus maxima noster erit.
 Sic tuus ille orbis Dominus sub paupere tecto
 Aeditus, ignauum uagiet ante pecus.
 In scæno est paleis proprio Deus aeditus orbi,
 Regibus exemplum, quod uereantur erit.
 Fab. lib. de Natali.

Deposita uultus quoq; maiestate uerendi,
 In nostra gaudes uiuere carne caro.
 Vilis, inops, nudus, proprioq; incognitus orbi,
 Intactæ gremium uirginis ante iaces.
 Et tibi cui cœlum domus est, cui sidera parent,
 Vix dedit exiguum graminis herba thorum.

Ibidem.

Discite pauperiem, iussosq; subire labores,
 Pauperior Christo, cernite, nemo fuit:
 Cui stabulum cunæ, cui carex lectus acuta,
 Et domus exhibuit cui peregrina locum.
 Tempore nil proprij uitæ totius habebit,
 Condeturq; alio mortuus in loculo.

Ibidem.

Pauper, inopsq; uenis, ut nos tua copia ditet,
 Copia quæ largas larga ministrat opes.
 Tum contemptus ades, sed nostra ut uulnera sanes,
 Imponis tergo crimina cuncta tuo.

Ros. lib. 1.

Iamq; ego mox agilis, partuq; animosa recenti
 Congestis folijs modico præsepibus illum
 Tegmine uelatum, à patria quod præscia mecum
 Attuleram, si fortè dies contingeret ultrò
 Lucinæ, capiti submissa cote locaui.

Christus lapis angularis.

Sib. Psal. 118.

Quem manus artificum lapidem proiecerat, inter

Non

DE CHRISTO

Non cœmenta operi mis' ueratq; suo.
 In capite ædificij quæ prominēt angulus, arcis
 Conspiciuus celsæ nectit utrunq; latus.
 Eob. Psal. 118.

Qui reprobatus erat lapis ædificantibus olim,
 Extructæ summum sustinet arcis opus.

Christus opprobrium.

Fab. lib. 2. Hym.

O' Christe factus omnium
 Pro labe nostra opprobrium:
 Si quid ferendum est asperi
 Acquum ministra spiritum.

Christus cœlum aperit.

Fab. lib. 2. Hym.

O' Christe cœlorum nece
 Pandens apertam ianuam,
 Quæ in culpa primi contumax
 Olim parentis clauserat.

Idem .4. Hym.

Christum per uicum poli
 Aperta rursus ianua.

Christus peccata remittit.

Fab. lib. 1. Hym.

Delicta tollit omnium
 Se Christus inuocantium.

Christus omnes recipit.

Fab. lib. 1. Ang. 11.

*Admittit omnes, reijcit**Oditq; Christus neminem:**Quamuis parum credat, modo**Credat, magisq; credere**Velit magisq;: at hostis est**Incredulorum, nec suos**Illis adest per angelos.*

Eob. lib. 3. Hero.

*Pondere multiplicis quantumuis obruta culpæ;**Non est ad ueniam ianua clausa tibi.**Tanta Dei pietas, tanta est clementia Christi,**Vt miseros etiam uiuere penè roget.**Quàm miserè, & quoties cecidit peccator aberrās;**Vt citius surgat porrigit ille manum.**Venit enim saluare omnes, non perdere quenquam;**Per quem Christicolæ turba redempta sumus.*

Fab. lib. 1. Mil.

*Seu quis Abrahami est generosa stirpe creatus,**Externum ducat siue aliunde genus.**Se Christus cunctis offert, & suscipit omnes,**Ex animo faciunt qui sacra iussa patris.*

Aemil.

*Huc agite, ô duris onerati rebus adeste,**Quos graue peccatum, mala uel quæcunq; fatigant**Vos, ego suscipiens uera recreabo salute.*

Resituam

Restituam vires ualidas, opibusq; iuuabo
 Aeternis, quas nulla potest abolere uetustas.
 Suscipiote iugum prompto modo pectore nostrū,
 Atq; mei uerbi coelestia discite iussa:
 Namq; ego sum mitis, patiensq; in corde laborum
 Omnibus, atq; humilis qui me submittere noui.
 Approperate igitur, nostrō succedite regno,
 Sic animæ inuenient requiem, & solatia uestræ.
 Quippe iugum perdulce meum est, & lene ferendo:
 Quodq; onus impono nulla grauitate molestum,
 Hoc quicumq; feret, tandem sub fine laborum
 Sedibus æthereis grata statione quiescet.

Idem.

Quod peccatorum miseror, studioq; fideli
 Sectantes doceo melioris munera uitæ:
 Scilicet officij pars est hæc maxima nostri.
 Non etenim ad iustos nihil adiutoris egentes,
 Sed peccatores ueni ad meliora uocandos.

*Christus affert crucem, non
 gaudium.*

Fab. lib. de Nātali.

Non uenit ignauæ monstraret ut ocia uitæ,
 Aut daret humano munera larga modo.
 Paupertas, crux, exilium, tormenta, catastrophe,
 Præmia suscepti dura laboris erunt.
 Sed bona coelestis non marcescentia uitæ,
 Percipient

Percipient dempto sine, modoq; pij.

*Christus spiritu, Ioannes aqua
baptizauit.*

Vida lib. 4. Christ.

Iam iam aderit Deus, ecce Deus mortalibus oris
Ceu mortalis erit, uenienti occurrite Leti,
Fronde uias festa decorate, tapetibus agros,
Et numen digno uenerati agnoscite honore.
Discite iusticiam interea, atq; assuescite recto.
Et duce me scelus infectum lauite amne liquenti.
Ipse autem aetherea diuinitus eluet aura
Omne malum, ac ueteris penitus contagia culpæ,
Seclaq; mutato succedent aurea mundo.

Scip. lib. 2

Pura ego sum lymphæ pertæfos crimina missus
Abluere, æterni adueniens rex ille beatis
Quos ignis lustret radijs, generisq; uetustam
Contagem humani tollat, penitusq; piatos
Effulgens tandem eripiat caligine tetra.
Et quanquam in lucem uenit me serior, ortus
Præcessit tamen ille meos, longeq; potentem
Ante omnes unum hunc, supplex ueneratus adoro.
Ille idem radijs semper fulgentibus orbem
Illustrans, leta optati mox secula regni
Afferret, humanis statuens noua fœdera rebus.

Micyll. lib. 5. Syl.

n

Atq;

Atq; ait: Ipse quidem tingo fluuijalibus undis,
 Quos ueteris culpa pœnitet esse reos.
 At ueniet post me longe præstantior alter,
 Filius antiquos editus ante dies:
 Cuius ego indignus crepide qui uincula soluam,
 Aut tangam sacri tegmina summa pedis.
 Ille instauratos æterni numinis aura,
 Imbuet, & mentes tinget in igne nouas.
 Ille tenet dextra palam, scopasq; ligatas,
 Aream ut expurget sedulus ipse suam.

Christi sanguis mundat à peccato.

Sib. Aeol. lib. 1.

Non herbis sanans, non succis, sacra cruore
 Sed quo transfixo membra fluent latere.

Flam.

Rector beate cœlitum,
 Qui sic amas mortalium
 Salutem, ut almi filij
 Cruore sancto laueris
 Peccata eorum.

Fab. lib. 1. Ang. 8.

Nos Christus emundat rubro
 Nobis profuso sanguine.
 Idem. lib. 1. Hym.

Per sanguinem tollens tuum
 Omnem reatus noxiam,
 Statum priorem transfugis

Redde

Redde & salutem perditis.

Idem. lib. 3. Hym.

Hæc massa carnis terrea,
Corpusq; damnatum necis,
Mundanda, seruanda unius
Christi fuere sanguine.

Ibidem.

Riuus cruoris, atq; aquæ
Erumpit inde limpidus,
Cruor pians mundi nefas,
Et unda purgans crimina.

Idem lib. 1. Piet.

Ac quamuis digni pœnis habeamur, & orco,
(Nam quod supplicium mortalia facta perenne
Non meruere?) tamen meritis tua gratia parcat.
Nostra procellosi superant delicta profundi
Nubiferis alis quas colligit, auster arenas:
Ast ea tu chari dempsisti sanguine Nati.

Fab. lib. 2. Milit.

Quicquid & à prima mens traxit origine labis,
Abluis id lateris Christe cruore tui.

Christi meritum.

Fab. lib. 1. Od. 11.

Per Christi meritum, perq; crucem datur
Cœlum, uita, salus, & uenia, & fauor.
Firmis inq; fide, fonte simul sacro
Purgatis, precij munere nullius.

180 DE SPIRITV SANCTO

*Cuius qui merito, morteq; nilitur,
Et foffo fitiens de latere hauserit.
Non fretus proprijs uiribus, aut ope,
Rectum solus ier tendit ad aethera.*

Christi potentia.

Fab. lib.1. Hym.

*En sternit uno militum
Verbo globos furentium,
Obducit & recentia
Auris resecta uulnera.*

Idem lib.3. Hym.

*Cuius præalto in nomine,
Et cœlites, & inferi,
Et terra quicquid continet
Genu profundo sternitur.*

LIBER TERTIVS,
DE SANCTO SPIRITV,
& diuinis miraculis.

*Spiritus sanctus à patre & fi-
lio procedens.*

Stro. Proseuch. lib.

AST olim oceani qui se super alta ferebat,
Sanctus ab ambobus spiritus ille uenit.
Tresq; licet numero, Deus unus, & una potestas,

Ceu tria de solo sole uenire liquet.

Vida lib. 4. Christ.

*Quinetiam, quo inter se ambo iunguntur, amorem,
(Namq; ab utroq; uenit conspirans mutuus ardor)*

Omnipotens æquè numenq; Deumq; uocamus.

Afflantem maria & terras, cœliq; profunda,

Afflatu quo cuncta uigent, quo cuncta mouentur.

Fab. lib. 3. Od. 2.

O' pater & patrio ueniens spiramen ab ore,

Compar cum Christo, & Deus unice.

Nempe Deo genitus Deus, atq; ab utroq; coruscās,

Verum intus speculum, & speculum foris.

Excute de fragili tenebrosa obliuia corde.

Idem lib. 2. Od. 12.

Votis meis adesto,

Qui conditum ante mundum

Chaos super profundum

Sacro impetu uolasti.

Spiritus sanctus lux.

Fab. lib. 4. Hym.

Beate patris spiritus

De luce lux altissima,

Piis rogamus ignibus

Incende nostra pectora.

Spiritus sanctus solamen.

Fab. lib. 1. Ang. 9.

132 DE SPIRITV SANCTO

Tu summe spiritus Dei
Solamen, ardor, uiua uis,
Et fortitudo mentium:
Tu das loqui, tu uincere
Mutis & imbecillibus

Idem lib. 1. Hym.

— Sacrum qui spiritum

De mittet, is contra mala
Vos roborabit omnia.

Spiritus sanctus aduocatus.

Fab. lib. 1. Ang. 8.

Nec ille nostram spiritus
Causam aduocatus deserit.
Qui corde pro nobis adest
Gemens inenarrabili.

Spiritus sanctus specie columbae.

Ros.

Insuper & coeli claro delapsa columba est
Vertice perpurum, cadenti argentea pluma:
Terga sed auratis circum & rutilantibus alis.
Iamq; uiam late signans super astitit ambos,
Coelestiq; aura pendens, afflauit utrumq;.

Scip. lib. 2.

Tum se diuinum demittens flamen ab astris
Accessit propius terras, mitisq; columbae
Corporea apparens specie, quam humana uiderent
Lumina,

Lumina, confedit diuini in uertice regis.

*Spiritus sanctus animos hominum
corroborans.*

Fab. lib. 1. Od. 4.

Seruare intrepidam casibus omnibus
Mentem perpetuò qui uelit integer,
Missò numine diuinitus indiget
Constantisq; animi fide.

Spiritus sancti munera.

Lotich.

Tu requies animi, tuus omnia temperat ardor,
Muneris est quicquid spirat ubiq; tui.
Tu moderaris opus triplicis mirabile mundi,
Aeternamq; doces cuncta tenere fidem.
Aeris & liquidos tractus, cœliq; meatus,
Quicquid & in toto nascitur orbe, foues.
Vis tua præcipiti magnum uertigine cœlum,
Non intermissis cursibus ire facit.
Tu regis obliquo contra surgentia nisu,
Omnia quæ certis legibus astra micant.
Quæq; suos peragunt clarissima lumina motus,
Te sine sol fixis, lunaq; staret equis.
Vis tua felices uiridanti gramine colles
Vestit, & innumeris floribus ornat humum.
Tu patulos mulces fœcundo flamine campos,
Ut grauidos onerent frugibus arua sinus.

Stig.

Namq; ea uis illi est mecum, atq; eterna potestas,
 Eruet ex animo lentum torpente uenenum,
 Quo ruit in uetitum morbi secura uoluntas,
 Corda leuat uitijs, quæ cæco innata tumultu
 Permiscet motus, stimulisq; calentibus urit,
 Accenditq; fidem flamma uberiore micantem.
 Tum comes assistit coepto, & defensor am ori,
 Confirmatq; habitum, solatur & erigit egros:
 Conseruat fortes, uiresq; audentibus addit.
 Nec sinit insidijs, aut turpi ocebumbere casu.
 Hinc uigor immotis animis, infractaq; corda,
 Mille per ærumnas, spem circumferre salutis,
 Victricesq; polo palmas inferre ferendo
 Assueuere, decus posite sublimis coronæ,
 Et letum æternæ donum referentia uitæ.

Idem.

Hoc duce uestra nouis edet miracula signis
 Posteritas, uestra soboles ab origine, puro
 Ingenio excutiens sanctorum oracula uatum.
 Fœmina, masq; simul, senioq; assueta iuuentus
 Facta canent orbi uenturæ præscia uitæ:
 Somniaq; exponent, hominum non arte magistra
 Euoluenda, animis uerum obrepentia castis
 Instinctu angelico, & ueri spectantia finem.
 Quinetiam simulachra modis ludentia miris
 Visa oculis, poterunt sanctè enarrare docendo,
 Omnibus ut monstrant tanti uestigia regis,

Qui

Qui recipit miseros, & cœli donat honore.

Spiritus sancti domicilium.

Ioach. Cam.

Quam sedem sanctus sibi spiritus eligit, & quo
 Consedisse loco gaudet: non alta proffesso,
 Non tumido, sed corde graui formidine fracto.
 Et quod strauit humo reuerentia numinis, & quod
 Præteriti exagitat dolor, anxietasq; futuri
 Temporis, & cui nota sui est uis noxia morbi.
 Et præsentis opus sibi quod uidet esse medelæ
 Auxilio, nulli obirectans, in se modo duram
 Censuram exerecens, & dum firma omnia cernit
 Permetuens casum, proprio nec robore fretum.
 Nec lapsis graue, nec merito, aut uirtute superbum.
 Doctum alijs ueniam dare, non sibi, deniq; ab uno
 Diuino pendens in uita, numine totum
 Inq; fide Christi inuiolata numen adorans?
 Et crucis illius communia pondera gestans.
 Spiritus hac sola sanctus super arbore sidit.

Resurrectio mortuorum.

Fab. lib. Prec.

O me felicem, cum fracta mole sepulchri,
 Illa refrigerij uenerit alma dies:
 Qua uacuis ueterum curarum, & criminis expers,
 Aeternum stabit spiritus ante Deum.
 Illaq; gaudebit perspecta, auditaq; nulli,

n s

Gaudia,

186 DE SPIRITV SANCTO

Gaudia, sunt animis quæ cruce parta pijs.

Sib. Acol. lib. 2.

At breue tempus erit, sonitu præeunte tubarum,

Quando hominis ueniet filius arce patris:

Tunc subito quicumq; cubant in puluere surgent,

Pristinus & membris restituetur honor.

Ibidem.

Et tamen iste cinis, putridiq; cadaueris ossa,

Paulo animæ post sunt restituenda suæ.

Ibidem.

Buccina de cælo quin iam caua, iamq; sonabit,

Et surgent tumulis corpora quæq; suis.

Act. lib. 1.

— Sed tempus erit, cum Martia rauco

Mugitu cælum quatiet tuba, cumq; repente

Corpora per terras omnes latè omnia surgent,

Fab. lib. 2. Ang. 15.

Vt multitudinem tubis

Seu sacra, seu bellum foret,

Iter ue agendum, conuocat

Dux gentis olim maximus:

Sic natio omnis atq; gens

Quæ clauditur terræ sinu,

Vitæ eue ducit spiritum

Tuba excitanda est angeli.

Eob. lib. 3. Hero.

Credo equidem nec sana fides, quia uiuit, & ipsum

Vita redemptorum e& nostra secuta Deum.

Quere

Quem proprijs uisura oculis in carne resurgam,
Cum sub eo stabit iudice summa dies.

Fab. lib. 2. Od. 4.

Quid in his iacere uinclis? quid in his fragilibus ac
Luteis dolere membris cupio? bona propria
Stolidè moratus, hoc prospiciens, iterum animam
Decoratam honore, post mortem alio incipere loco
Meliore uiuere? haud secius ac rosa Syrio
Viridis resurgit horto, spoliata per hyemem
Folij, odoreq̄. —

Ibidem.

— Ea modò

Veniat dies citò, qua leuis in sua rediens
Cinis ipse membra, tandem ætheriã patriã habitet,
Videatq̄ conditoris preciosa bona sui.

Idem lib. 1. Milit.

Scilicet in terris propriæ nil sedis habemus,
Quàm quod sub terra corporis ossa tenent.
Debemur terræ, sed corpora condita terra
Nequaquam æterna nocte prementur humo.
Nam cadit in uiridi flos sicut ianthinus aruo,
Cui redit amissus tempore ueris honor:
Lubrica sic miseræ pereunt solatia uitæ,
Sed promissa datur, post nigra fata quies,
Donec ad æthereas nos uerbo suscitet auras,
Et uocet ad cœli cœrula templa Deus.

Aemil.

Hora uenit, quando cuncti tellure iacentes

Longa

Longa quieuerunt cæci qui tempora fati,
 Accipient uocem nati uenientis Olympo,
 Illius & iussu rupta tellure resurgent:
 Longa patrum series, nati, pariterq; nepotes
 Exhibunt tumulus, & corpora uiua resurgent.
 Maximus immenso complebitur agmine mundus.
 Non homines una sed enim ratione resurgent,
 Et diuersus erit tanto sub iudice finis.
 Nam quicumq; suis operati iusta diebus,
 Et bona fecerunt animo, studioq; fideli,
 Talibus ad uitam dabitur prodire perennem,
 Mortis ab imperio, coeliq; ad regna resurgent.
 Contra qui uitam factis egere nephandis,
 Seq; reos prauis scelerum fecere malorum,
 His ad iudicium reddetur uita tremendum,
 Ut meritas iuxta poenas mittantur ad orcum.
 Talis erit finis iustorum, & meta malorum.

Micyl. lib. i. Syl.

Atq; uti uere nouo recepit sua gramina campus,
 Induit & uirides sylua renata comas.
 Ast ubi flaua Ceres, brumalibus abdita terris,
 Erigit in lucem semina leta nouam:
 Sic quoq; cœlestis, deterfa morte, creator
 Eriget in uitam corpora nostra nouam.
 Atq; iterum superas leti ueniemus in auras,
 Induti carnis uiscera quisq; sue.
 Tunc dum defessum rapiunt incendia mundum,
 Et peragent summum secula clausa diem.

Vita

*Vita æterna.*Sib. *Aeol. lib. 2.*

*Gaudia quæ nemo audiuit, quæ lumine nemo
Vidit, quæ nemo fingere mente potest.*

Actius *lib. 1.*

*Illic auratæ muros mirabimur urbis,
Auratasq; domos, & gemmea tecta, uiasq;
Stelliferas, uitreosq; altis cum montibus amnes.
Atq; ibi seu magni celsum penetrale Tonantis,
Siue alios habitare lareis, & tecta minorum
Coelicolum dabitur, stellas numerare licebit,
Surgentemq; diem pariter pariterq; cadentem,
Sub pedibus spectare, & longos ducere soleis,
Longaq; uenturis protendere numina seclis.*

Vid. *lib. 1.*— *Domus non hæc data, non hæc*

*Sunt uobis propriæ sedes, uos ætheris alti
Lucida templa uocant, stellis florentia regna.
Pax ubi secura, ac requies optata laborum:
Hic domus, hic patria, huc omnes contendite Leti
Angustum per iter, uestras hic figite sedes.*

Idem *lib. 4.*

*Vobis haud propriæ hic sedes, concessorq; longum
Regna manent meliora, graues ubi soluerit artus
Mors anima, nos stelliger a pater optimus aula
Protinus excipiet letos melioribus oris.
Pax ubi tranquilla, & cuctarum opulencia rerum,*

Et

190 DE SPIRITV SANCTO

Et *secura quies, nunquam peritura uoluptas.*

Aoni. lib. 1.

*Iam mihi coelestum numen, sedesq; beatæ
Apparent, ubi uera quies, ubi lampade lustrat
Omnia sol melior, semperq; in nubibus æther.
Quò mala nõ properat Venus, et sceleratus habēdi
Non amor accedit: sed ubi mens conscia ueri
Ipsa suum agnoscit dominum, rerumq; magistrum
Æternum, omnipotētem, regem hominūq; Deūq;*

Idem lib. 3.

*Non ibi uel captos oculis, non corpore manco
Tardipedes uideas, nec morbis ægra trahentes
Membra, nec inualidos artus instante senectia.
Mundus aget uer ipsum, ipsum florente iuuenta
Ver hominis, erit & pubes, & idem omnibus æuū.*

Fab. lib. 2. Milit.

*Sis dux in uita, sis lux in morte, queamus
Per te speratæ limen adire domus.
In qua uera quies, ubi te cum semine sancto,
Cumq; sacro flatu turba beata canit.*

Lotich.

*Illic sunt quicumq; Dei præcepta secuti,
Iusticiæ rectas nos docuere uias.
Non illic morbi, non ærumnosa senectus,
Non graue pauperies urget acerbæ malum:
Sed cytharæ, cantusq; uigent, animæq; piorum
Ipsius è uitæ fonte perenne bibunt.
Æterniq; patris mens est sapientia Christus,*

Fernida

LIBER III.

191

Feruida diuino lumine corda rigat:

Fab lib. 5. Hym.

*Est nempe uita dulcior**Magis beata, certaq;**In qua Deus dabit suis**Maiora seruis præmia.*

Fracast. lib. Car.

*Attamen in tantis ærumnis est animi spes**Vnica, quem melior uita beare potest:**Quippe ubi præfulgens ulla uirtute reliquit**Corporeum, sedes aduolat æthereas.**Semidcùmq; domos, et diuum morte carentum;**Hic ubi non æstas, non fera sæuit hyems.**Nec dolor, aut desideria infelicia nostri,**Nec fors partem aliquã, nec rude uulgus habet:**At sancti heroes habitant, gens inclyta bello,**Ingenuiq; nouem qui coluere deas:**Quiq; , pij iustiq; deum præcepta secuti,**Et sancta insignes qui fuerunt sophia.*

Micyl. lib. 1. Syl.

*Quò neq; tot penetrant fallacis noxia uite,**Nec premit aut metus, aut læguida corda dolor:**Sed ceu uere nouo, cum frondes induit arbor,**Et reparata suo gramine uernat humus.**Iamq; iterum, liquidas zephyris mulcentibus auras,**Purtior it cœlo, sole repente, dies.**Sic noua perpetua peraguntur tempora luce,**Æstus quam nulli, frigora nulla premunt.*

Nes

Nec ferus auditur densa inter nubila clamor,
 Nec furit insans acta procella Notis:
 Omnia sed læta fragrant dulcedine pacis,
 Omnia lacte fluunt, omnia melle fluunt.
 O' uitam reducem, & uenturi secula regni,
 Quæq; manent animas o'cia læta pias.
 En erit, ut summi uectus super æthera mundi,
 Corpora ab hac carnis mole soluta feram.
 Subiectasq; uidens renouato uiscere terras,
 Calicolum dulci perfruar hospitio.
 Hei mihi quos plausus, & quæ tum gaudia cernam,
 Aspiciam uultus cum pater ipse tuos?
 Et iuxta genitum dextra de parte sedentem,
 Indutum membris, uisceribusq; Deum.

Ibidem.

Me uerò Elysij capient consortia regni,
 Quà neq; sol æstu, nec riget unda gelu.
 Ver ubi perpetuum, Zephyriq; tepentibus auris
 Felicis gaudent arua beata soli.
 Hic placida æterna peraguntur tempora pace,
 Quã neq; uis hominum, nec mora lōga premit:
 Purior & solito penetrat super æthera curru,
 Nec timet alternas candida luna uices.

MIRACVLA VETERIS
testamenti.

Mare rubrum diuisum.

Sib. Psal. 66.

Disclusum

Disclusum siccis Euro calcare profundum
 Dat pedibus populo gaudia summa suo.
 Astrictis cedunt latè uada peruia lymphis,
 Iordanes uerso præbet & amne uias.
 Eob. Psal. 66.

Humida qui magni desiccant marmora ponti,
 Mobile qui certum per mare sternit iter:
 Hic facit ut siccis pedibus maria alta terantur,
 Innumera hinc nostrum gaudia pectus habet.
 Sib. Psal. 78.

Secunda per est tumidum lato uia tramite pontum,
 Durata in faciem montis & unda stetit.
 Eob. Psal. 78.

Æquoreas diuisit aquas, mediumq; per æquor
 Duxit, ut errantes sicca per arua, suos.
 Sib. Psal. 106.

Lusisti uento disclusa recederet unda,
 Et subito pelagi iussa recessit aqua.
 Calcabant siccum, ueluti nemora auia, pontum,
 Instat, eis sed nil uis inimica nocet.
 Eob. Psal. 106.

Arguit algosi fluctus, & murmura ponti,
 Per medios fluctus arida facta uia est.
 Inde suos duxit per deuia regna profundi,
 Sicut in exculte per loca plana uie.
 Sib. Proseu. lib. 1.

Fugerunt illo medias ducente per undas,
 Mersus Erythræas at bibit hostis aquas.

Idem Epi. lib. 1.

Nam simul ac Borea tumidum stringente profundū,

Disjcis undosi flumina rubra maris.

Murorum nobis instar firmata paescunt

Aequora, dant tutas & sine classe uias.

Stro. lib. Car.

Me prima Christus ueritas illuminet,

Qui iussit aequor fluctuosum diuidi,

Et esse Mosi, millibusq; peruium:

Mox regredi, hostes insequentes obruens:

Scip. lib. 1.

—— Aegyptius olim

Cum premeret fugientes, è miseroq; reductos

Seruitio, angustas rub i cecidistis in oras

Littoris, hinc trepidos ingens iam turma tenebat

Hostilis, pelagusq; illinc obstabat, & omnis

Spes erat effugij, spes omnis adempta salutis.

Cum subito insuetis assurgens uiribus Eurus

Naturæ impulsus genitoris numine magni,

Dispulit obiectas undas, atq; intima uasti

Gurgitis exertans, penitus maris ima retexit

Perpetui mirum, fluctus scinduntur, & undas

Fit uia per medias, geminaq; in rupe profundum

Subsistit. ——

Manna de caelo cadit.

Sib. Psal. 78.

Immensa coeli ualuas, portasq; recludit,

Sidereisq;

Sidereisq; pluit dulcia manna plagis.
Tunc humana, frui quo gaudent aethere sancti
Cœlicolæ primum contigit ora cibus.

Eob. Psal. 78.

Ipsè per aërias mandauit nubibus arces,
Iussit aethereas sponte patère fores.
Et pluit immensos super ipsos manna per imbres,
E' cœlis populo tritica missa dedit
Cœlestem grauibus panem de nubibus actum,
Mortalis cupida fauce comedit homo.

Aqua ex petra erumpit.

Sib. Psal. 78.

Quid? quæ deliuit rupem, sitientibus undas
Marmore quid duro, profiluisse loquar?
Arida decurrere iugis in castra liquores,
Stagnarunt sicco flumina lata solo.

Eob. Psal. 78.

In uasta rigidas rupes confregit eremo,
Vberibus potans quas petra fudit aquis.
E' siccis faciles deduxit rupibus undas,
Fluxerunt rapide fluminis instar aquæ.

Sib. Psal. 114.

Produxit duris gratas qui rupibus undas,
Potandas fieri saxa q; iussit aquas.

Eob. Psal. 114.

Qui duram faciles petram conuertit in undas,
Sicca q; manantes marmora fecit aquas.

0 2

Sib.

196 DE SPIRITV SANCTO
Sib. Profeu. lib. 1.

Quid loquar ut uirgæ cantes eruperit iætu,
Currentes largi fluminis instar aquas?
Facta ministraret cum nullos terra liquores,
Siccaq; torreret guttura anhela sitis.

*Pestes de cælo missæ, homines, pecora,
gramina perdunt.*

Sib. Epini. lib. 1.

Sanguine iam Pharij fontes, & stagna, lacusq;
Iuerat, & flumen sanguine Nile tuum.
Cuncta tenent ranæ, uariæq; animalia pestes,
Et terra natis, corporibusq; nocent.
Dira lues pecudes, homines sacer ignis adurit,
Et lædit teneram pustula multa cutem.
Iamq; tremit tonitru cœlum, ruit horrida grando,
Et cum fulminibus uerberat imber agros.
Quid loquar excusso confisas crure locustas,
Quæ quod adhuc superat germinis omne metût.

Sol conditur.

Aëtius lib. 1.

Quod scelus Eois ut primum cernet ab undis
Sol, indignantes retrò conuertere currus
Optabit, frustra q; suis luctatus habenis.
Quod poterit tandem, auratos ferrugine crines
Inficiet, mœstamq; diu sine lumine frontem
Ostendet terris, ut qui iam ploret ademptum

Autorcm

Autorem, regemq; suum. quin ipsa nigranti
 Fratris ab ore timens, & tanto concita casu
 Cynthia, cæruleo uultus obnubet amictu,
 Auertetq; oculos, lachrymasq; effundet inanes,

Vid. lib. 5. Chr.

Iamq; serè medium cursu traiecerat orbem,
 Cum subito ecce polo tenebris caput occultit ortis
 Sol pallens, medioq; die (trepidabile uisu)
 Omnibus incubuit mox orta nigerrima terris:
 Et clausus latuit densis in nubibus æther,
 Prospectum eripiens oculis mortalibus omnem.

Sab. lib. 5. Eleg. 10.

Hæc indigna uidens alto spectacula cœlo,
 Sol stetit attonitis obstupescactus equis.
 Indoluitq; diu moestus, terrisq; negauit
 Lumen, & in medio nox fuit orta die.
 Motaq; contremuit uasto sub pondere tellus,
 Saxaq; concussis dissiluere iugis.

Eob. lib. 1. Hero.

Territa neglexit leges natura suetas
 Morte tua, quando est nostra redempta salus.
 Sol rubuit, faciemq; atro uelauit amictu,
 Informis medio nox erat orta die.
 Omnia tunc stabili stupuerunt sidera cœlo,
 Vix etiam, miserè quassa, recedit humus.
 Per sua demissi ceciderunt culmina montes,
 Saxa procul querulo dissiluere sono.

Fab. lib. 1. Hym.

Non sustinens sol aureus
 Hoc conditoris dedecus,
 Caliginosis pallidum
 Caput tenebris occulit.
 Idem. lib. 2. Hym.

Natura luget, aureus
 Sol conditur, tellus tremit,
 Aether laborat: ferrea
 Nihil mouentur pectora.

Eob.

Sanguineo uultum sol obscurauit amictu,
 Tam dirum non ferre potens, tam triste perosus
 Supplicium. —

*Velum in templo Hierosolymitano
 in duas partes diuisum.*

Vida lib. 5.

Ecce aliud caelo signum praesentius alto
 Dat pater altitonans, & templum scuit in ipsum,
 Velum latum, ingens, quod uulgi lumina sacris
 Arcet in accessis, in partes finditur ambas,
 Et templi ruptae crepuere immanè columnae.

Mortui è sepulchris surgunt.

Acti. lib. 1.

At contra horrifono tellus concussa tremore
 Cum gemitu fremet, & ruptis excita sepulchris

Emittet

Emittet simulachra. Quid ò quid abire paratis
 Illustres anima? non omnibus hæc data rerum
 Conditio, paucis remeare ad lumina vitæ
 Concessum. —

Vida lib. 6.

Sunt etiam qui se ore canunt uidisse patentes
 Sponte sua tumulos, multosq; exisse sepulchris,
 Quorum iam pridem tellus acceperat ossa.

Fab. lib. 1. Hym.

Iam uita functis reddita,
 Aperta clausis ianua:
 Scelus quod Adæ perdidit,
 Christus luendo rettulit.

Asina loquens.

Fab. lib. Vict. Cœl.

Quid premis iniuste seruum pecus? incipit ægra
 Fari asina: hæc merces digna laboris erit.

MIRACVLA NOVI TE-
 stamenti.

Aqua in uinum mutatur.

Ros. lib. 1.

Is stetit ut iuxtà liquidis Deus imperat undis,
 Sentit aqua insuetas uires, quibus humida Tethys,
 Et Nymphæ stupuère, sequi coelestia iussa
 Gausæ, gaudetq; alieno ex munere Bacchus
 Esse suum, & summi miratur numina coeli.

Inde merum hauriri felicit conditor cui
 E' testa iussit, testisq; excessit apertis.
 Expediunt iussa ambigui: sed leuia postquam,
 Ire rubescens cernunt in pocula Bacchum,
 Diuinumq; meri excipiunt salientis odorem
 Obstupuere.

Vnus præterea ex numero noua primus Iacchi
 Dona bibit: Liquor ambrosiæ est, et nectaris, inquit,
 Non nostri in terris creuit felicibus orbis,
 Non talem Mareotis alit, non Lesbia uitis,
 Non Ithaco talem Ismarius dedit hospes amico.

Aemil.

Stabant sex hydriæ purgandi more locatæ,
 Quas currente rota figuli manus arte pararet:
 Harum metretas capiebat singula binas.
 Has iubet impleri de flumine Christus aquarum.
 Expediunt agiles Domini mandata ministri,
 Implentes liquidis tam uasa capacia lymphis.
 Talibus effectis, iterum præcepit Iesus:
 Fundite nunc haustos in pocula certa liquores,
 Oeconomusq; afferte simul gustare iubentes.
 Ut gustauit aquas in uina liquentia uersas
 Architriclinus, facti quia nescius esset,
 Continuo sponsum uocat, illi talia fatur:
 Esse quid hoc dicam, quod tu facis ordine uerso?
 Quando alij celebrant Hymeneia gaudia ciues,
 Hospitibus primum quæ sunt uina optima ponunt:
 Hinc ubi pulsa fames, sitis et restincta bibendi,
 Omniaq;

Omniaq; ebrietas iam per conuiuia regnat,
 Vilia tum demum peioraq; pocula ponunt.
 Tu contra meliora tenax tibi uina reseruans,
 Vilia per primas posuisti pocula mensas.

Vid. lib. 3.

Sex, ut erant ibi tot numero, carchesia lymphis
 Impleri iubet actutum, mensisq; reponi.
 Quæ simul aspexit propius Deus, omnibus ecce
 Mutatus subito nigrescere cernitur humor,
 Vinaq; pro pura mirantes hausimus unda.

Idem lib. 4.

Quid repetam purum uiuo ceuè fonte liquorem
 In uinum conuertit, opes miseratus amici.

Micyll. lib. 2. Syl.

Sex posite stabant undis lustralibus urnæ,
 Metretas capiens quelibet una duas.
 Has ubi mananti complerunt fonte ministri,
 Et plenas illo constituere loco:
 Protinus ille suo, uisu mirabile, nutu,
 Vertit in optatum flumina nota merum.
 Obsequitur natura Deo, uersoq; sapore
 Fit uinum, tenuis quæ modò fluxit aqua.

Leprosi mundantur.

Ros. lib. 2.

Vnus in ascensu primo seclusus ab omni
 Conuentu astat homo, supremum ascendere montē
 Non potis, aut misceri alijs coeuntibus ausus.

o 5 Ille

102 DE SPIRITV SANCTO

Ille Dei miserandus opem redeuntis ab alto
 Expectat, populis elephas cui turpibus ora
 Fœdârat multo fusus per uiscera tabo.
 Immisso uenis uitio penetrauerat ima.
 Ossa illisa lues, & ui uiduauerat artus,
 Auxiliumq; malis medicæ non profuit artis,
 Mortaliq; salus misero non reddita cura.
 Corruptus toto trahit ægro corpore uitam
 Languidus urgetur uicini in limine lethi.
 Ipsum ubi per lenes prospexit in agmine calles
 Ire Deo genitum, & prono descendere cliuo.
 Toto animo, totis oculis intentus agit se,
 Extenditq; manus, & supplex talia poscit:
 Christe Deo genite, & summo Deus addite patri,
 Purgator scelerum, miserum me numine serua.
 Orbi auferre nephas, cœlestem adducere uitam
 Venisti cœli de uertice, totq; uolentem
 Impulit in duros nostri te cura labores.
 Respicit hunc precibus motus, faciemq; precantis
 Contingit dextra. Radij non solis opaco
 Ocyus immisis tecto fugere tenebræ,
 Quàm propulsa lues tangentis numine dextræ,
 Corpore de toto miseri (mirabile dictu)
 Amisi integris reuocantur uiribus artus.
 Nunc age uade, salus (ait) est tibi reddita, letus
 Fer patrias de more tuum iam munus ad aras.
 Aemil.

Christus ab excelso cum uertice montis abiret,

Protinus

Protinus immundæ patiens contagia lepræ
 Occurrit Domino, supplex qui brachia tendens.
 Si modò uis mundare potes me, dixit, Iesu.
 Restitit ad uocem Christus, gemitumq; precantis,
 Protensaq; manu cæpit contingere dicens:
 Accipe quod poscis, uolo iam sis mundus, ab illo
 Tempore mox hominem scabies immunda reliquit.

Idem.

Ecce decem uenere uiri, quos lepra tenebat
 Dira lues, morbiq; genus curabile nulli.
 Utq; propinquantem Dominum uidere, repente
 A longe steterunt tali clamore sonantes:
 Omnipotens nostri Iesu miserere magister.
 Ille uidens miseros, contra respondit: Abite,
 Vosq; sacerdoti sacris monstrate piandos.
 Iussa citi faciunt, mandata fideliter implent.
 Continuo scabies dissoluitur inter eundem,
 Membraq; mundantur lepræ de sorde maligna.

Paralytici sanantur.

Ros. lib. 2.

Ecce autem comitante manu de gente Latina
 Vnus cum lachrymis productus numine multo
 Centurio, & chari morbo turbatus alumni
 Occurrit, suprema animam qui morte trahebat.
 Ossa suo resoluta loco, & neruis labefacti
 Artus membrorum, totum sine uiribus agrum
 Corpus erat, studium medicæ non profuit artis,
 Mortaliq;

Mortaliq; salus misero non reddita cura.
 Ergo Deum supplex uenientem affarier ille
 Incipit: O magnarū opifex precor optime rerum,
 Da puerum ad uitam reuocari à limine lethi
 Membrorum labe factum artus, non uiribus ullis
 Curandum humanis, tu semper ubiq; tua ui
 Cuncta potes, totum complexus numine mundum.
 Ergo malum iussu(miseret si supplicis) aufer.
 Has animo dederat uoces, dum mira precantis
 Nouit uerba, fidemq; Deus, respondit & ipsi:
 Iam iubeo quod uis tristem discedere morbum,
 Et puero solidis firmari uiribus artus.
 Sic ait, alma salus cœlesti reddita iussu est
 Ocyus, & solidis firmantur uiribus artus,
 Ossaq; constrictis sese retinentia neruis.

Aemil.

Talibus exactis Christus subit alta Capharnes
 Mœnia, Centurio mox redditur obuius illi,
 Supplice qui gestu, uerbisq; precantibus inquit:
 Accipe cur ad te ueniam, saluator Iesu:
 Decumbit famulus morbo mihi pressus atroci,
 Cui mala luxatos conuulsio distrahit artus,
 Inde graues sentit per singula membra dolores,
 Imaq; continuis cruciatibus ossa laborant:
 Nec datur ulla quies, uitium sed crescit eundo.
 Huic digneris opem clemens afferre precamur,
 Et si non domini, serui miserere dolentis:
 Tu modo dic uerbum referens non amplius unum,

Et

Et mens à morbo seruus reualefcet iniquo.
 Talia militiæ respondit uerba Magistro:
 Vade domum, fiatq; tibi ceu credis abundè.
 Dixerat: ex illa seruus paralyticus hora
 Sanatus redijt, morbus puerumq; reliquit.
 Debita Centurio fidei sic præmia coepit.

Ros. lib. 1.

Eccè uiri lecto submissi quattuor unum
 Fortè ferunt, suprema animam qui morte trahebat,
 Ossa suo resoluta loco, & neruis labefacti
 Artus membrorum, totum sine uiribus ægrum
 Corpus erat, studium medicæ non profuit artis,
 Mortaliq; salus misero non reddita cura.
 Vestigant aditum socij, quò ferre iacentem
 Tectum intra ualeant, Christoq; offerre potenti
 Curandum, huc uarijs atq; illuc gressibus errant.
 Ergo ubi non patuit uia, scandunt ardua onusti
 Culmina, denudantq; domos in uertice summo,
 Rimantes aditum, lectumq; uirumq; retorto
 Fune per ingentem tecti sublimis hiatum
 Demittunt Christi ante pedes. Mox optimus ægrum
 Purgator scelerum aspiciens: Age concipe mentem
 Fidam, inquit, sinemq; mali iam lætus habebis.
 Ecce salus tibi prima, tuis datur omnis ad unum
 Libera commissis uenia.
 Nunc age surge nouis cum uiribus, accipe lectum
 Incolumis, notèq; domus ad limina defer.
 Sic ait: alma salus cœlesti reddita iussu est

Ocyus,

206 DE SPIRITV SANCTO

Ocyus, & solidis firmantur uiribus artus,
 Ossa q; constrictis sese retinentia neruis.
 Mox iussus lectum rapit, imponitq; potenti
 Raptum humero, notæq; domus ad limina defert.

Aemil.

Ecce paralyticum procul obuia turba ferebat,
 Debilibus fractum membris, lectoq; iacentem.
 Edere nec uocem poterat, suspiria tantum
 Ingeminans taciti promebat signa doloris.
 Christus ubi agnouit studiumq; fidemq; gerentum;
 Tatibus alloquitur defectum uiribus ægrum:
 Sis animo leto fili, confide remissa
 Nam peccata tibi tua sunt, quibus antè fuisti
 Infirmo meritis miserandum in corpore morbum.
 Surge celer, lectumq; ferens, qui te antè ferebat
 Aegrotum, sanus proprios accede penates,
 Cognoscantq; homines quæ sit mihi uera potestas.
 Nec mora surrexit renouatis uiribus æger,
 Contenditq; domum tergo sua stragula portans.

Mortui excitantur +

Ros. lib. 2.

— Iamq; Naymæ

Mœnibus urbis ouans notæ, portisq; subibat,
 Cum pueri ad portas mœstum extra mœnia funis
 Occurrit, letho fuerat qui raptus acerbo
 Ante diem impubis, uiduæ spes sola parentis.
 Hanc summi breuiter genitoris filius ægram

Maternæ

Maternæ motus solatur imagine curæ.
 Continuò tantis, inquit, iam parce querelis:
 Ne dubita, tu mox latabere, spemq; uidebis
 Leta tuam genetrix. Funus sic pauca locutus
 Imperat exanimum, & lugentem sistere turbam.
 Tum dextram pheretro extēdens iā proximus infit:
 Tu puer accelera Stygijs ereptus ab umbris
 Lumen ad æthereum, iubeo, uitamq; resurgens
 Accipe. — —

Exemplò ecce puer capulo se uiuus aperto
 Extollit, tenditq; manus cum uocibus ambas,
 Inceditq; celer, grates uitæq; datori
 Pronus agit, charæ oblatu dat gaudia matri.

Aemil.

Accidit ut Christus Nymæ succederet urbi,
 Iamq; propinquabant portis, cum filius ecce
 Mortuus effertur, uiduæ spes unica matris.
 Quam lachrymis udam, plenamq; doloris acerbi
 Multa sequebatur præmisso funere plebes.
 Christus ut aspexit mulierem, protinus illi
 Condoluit, uocemq; leuans: iam desine, dixit,
 Humectare genas lachrymis, feretroq; propinquas
 Sarcophagum dextra tetigit, steteruntq; serentes.
 Surge tibi dico iuuenis clamauit Iesus.
 Mortuus extemplò se sponte erexit in altum,
 Ad uocem Domini surgens, cœpitq; profari.
 Quem placidus uitæ redeuntem ad munera Christus
 Tradidit exanimi propter noua gaudia matri.

Ros.

Ecce pater charæ turbatus funere natæ
 Concilij primus patrij, cui nomen Iaro,
 Multo aderat supplex spectantis in agmine turbæ;
 Cum gemitu, precibusq; manum submissus utramq;
 Tendebat Christi ante pedes genubus deflexus:
 Christe dator uitæ, oro per tua, perq; parentis
 Numina, perq; tuæ sanctum pietatis amorem,
 Quæ nota his terris: tanto me solue dolore
 Nata meæ spes sola domus fuit unica nobis
 Progenies, fessæ requies secura senectæ.
 Hæc dudum, exacti cui iam ter quattuor anni
 Occidit, eripiens secum mea gaudia, & atrum
 Luctum amissa patri misero curasq; reliquit.
 Tu tristes inuise domos, animamq; reuerti
 Da natæ in corpus, tactu potes omnia dextræ.
 Si iubeas, operum monstrat noua gloria, quæ sit
 Ista tibi uirtus. Vocem, lachrymasq; fluentes
 Respicit, & mœstas lucis dux magnus ad ædes
 Proccedit, sancti comites, turbæq; sequuntur.
 Atq; in uestibulo, lugens ubi copia maior
 Expectat, rapidæq; sonant plangoribus auræ,
 Astitit intendens oculos, motusq; parentum
 Fletibus, & mœstis offensus cantibus infit:
 Quæ gemitus tanti, quæ mœsti funeris huius
 Causa est? quid strepitus ignari agitat inanes?
 Lumina uisuram solis, uesciq; paratam
 Terrestri foetu, requies tenet alta puellam:

Parcite

Parcite iam lachrymis, & spem retinete parentes.
 Ite domum læti, surgentem agnoscite natam.
 Continuo foribus clausis sedet ætheris ipse
 Rector ad exanimum conuersus lumina corpus:
 Tum gelidæ dextram contingens uirginis, insit:
 Nunc age, nunc Stygijs uirgo te sedibus effere
 Lumen ad æthereum, iubeo, uitamq; resurgens
 Accipe. Quæ subito tellus tremuit excita uoce,
 Infernæq; tremunt sedes, horrentq; repente
 Turbati manes, anima ex Acherontè profundo
 Exit, & insinuat gelidis se reddita membris.
 Ecce uelut somnio expleto reuocata puella
 Consurgit, tenditq; manus cum uocibus ambas,
 Inceditq; leuis, grates uitæq; datori
 Astat agens. —

Aemil.

Ecce uenit primas iudææ gentis ad illum;
 Nomine conciuēs patrio dixere Gayrum:
 Procidit ille suum Dominum reuērenter adorans;
 Talibus hinc cœpit: Salue uenerande magister,
 Filia proh uitam mihi iam defuncta reliquit
 Vnica, dilecti fuerat quæ cura parentis.
 Sed tu Christe ueni, palmasq; impone iacenti:
 Continuo uiuet, nec me spes irrita fallet.
 Surgit ad hanc uocem Christus, sequiturq; rogantē.
 Ingreditur Dominus, quæ mortua uirgo iacebat,
 Illius & mira dextram uirtute prehendit.
 Nec mora: surrexit uita redeunte puella

Ad Domini tactum, blando uelut excita somno;
Sermonesq; dedit patri, tactumq; poposcit.

Vida lib. 4.

Ecce autem ingentem longo procedere pompam
Ordine flammarū aspiciamus, moestumq; per urbem
Audimus luctum, causam tum deniq; luctus
Cernimus egregij iuuenis miserabile corpus
Impositum molli pheretro, quem mersit acerba
Morte dies, dulci cum uix pubesceret æuo,
Atq; omnem uultu florenti dempsit honorem.
Urbe furens tota genetrix miseranda, capillos
Scissa, genasq; ambas manibus fœdata cruentis
Ibat, eam circum pariter per densa uiarum
Pulsabant sœuis matres plangoribus astra.
Ipsi orbam ciues miserantur, ei unica proles
Ille relictus erat uidui solatia lecti.

Vt Deus exanimis iuuenili in corpore uidit
Pallorem, & molli pietas lanugine malas
Parcere lamentis iubet, & considerare pompam;
Admotusq; manu mulcens immobile corpus,
Rursum animam gelidis membris innexuit: ecce
Erigitur puer, & (cunctis mirabile uisum)
Profiluit raptim in medios, uacuumq; pharetram
Liquit, & amplexans solatus uoce parentem est.

Ibidem.

Nec uerò multis etiam post mensibus idem
Egregiam amissa donauit luce puellam,
Cui calor, & toto de pectore sugerat omnis

Halitus,

Halitus, aërias penitus dilapsus in auras
 Virginis ipse pater factum testatur iarus
 Largus opum, pollēs lingua, & popularibus auris.

Idem lib. 1.

Vos autem famuli properate, recludite marmor,
 Saxum ingens auferte, uiroq; exoluite uittas.
 Nec mora, præceptis patuerunt claustra sepulchri
 Concursu accedunt magno, attonitiq; pauore
 Inspectantq; uidentq; intus deforme cadauer.
 Vixq; sibi credunt, nullo cogente moueri.
 Nec mora clamantis ter uoce uocatus amici
 Erigitur, loquiturq;, & cœli uestitur auris.
 Obstupuere omnes, nec sat uidisse loquentem
 Aut audisse semel. —

Idem lib. 4.

Quis nescit nuper reuocatum ad munera uitæ
 Palmiferæ regem Bethanes, lumine quarto
 Quem uidit sol extinctum, impositumq; sepulchro?
 Ros. lib. 2. Paul.

— Fuit notissimus oris

Lazarus Aſſyriæ, ad manes descenderat imas,
 Quarta post obitum ad uitam qui luce resurgit
 Numinis immensi magna ter uoce uocatu.

Venti sedantur.

Ros. lib. 2.

Atræ hyemes subito (sinit hæc Deus omnia quando
 Magna parans) uentiq; fremunt, & nubibus auras
 p a Inuoluunt;

Inuoluunt, magnoq; fretum certamine miscent.
 Turbantur comites, Dominum clamore fatigant.
 Nunc age, nunc uigila, & praesens pereuntibus ipse
 Christe tuis succurre, Notos compesce furentes,
 Turbatumq; fretum, siquid potes equore tantum.
 Arguit hos lethum ueritos. Quis me dube turbat
 Vos nouus iste timor? nostrae quos fidere dextrae
 Vis docuit, nouitasq; operum spectanda meorum.
 Aethera sic fatus, turbatumq; aspicit equor,
 Regnator, dictoq; potens sic comprimit Austros:
 Parcite iam uenti (iubeo) discedite nimbis,
 Do caelo & pelago pacem. Quibus omnia iussis
 Compressa, ac subito sine ui, sine murmure uenti
 Compresi, & tumidi seuius cadit equoris omnis
 Impetus, & pulsus clarescit nubibus aether.

Aemil.

Protinus exoriens permagnus in equore uentus,
 Turbauit placidi tranquilla silentia ponti.
 Insurgunt fluctus tumidi, nauemq; procellae
 Vndiq; concussam feriunt, supraq; feruntur,
 Nunc agitur sursum pendens, nunc illa deorsum.
 Nec mora, nec requies, abeunt caelumq; diesq;
 Horrida tempestas uires acquirit eundo.
 Protinus accedunt trepidi, turbantq; quietem
 Discipuli, Dominum tali sermone uocantes:
 Surge Deus, seruaq; tuos, namq; ecce perimus
 Fluctibus in medijs tecum, nisi tute iuuabis.
 Eutgilans Christus mox talibus increpat illos:

Cur homines parue fidei tam dira timetis?
 An ignota adeò diuina potentia uobis?
 Creditis & uestri sic me dimittere curam?
 Nec mora: consurgens uentisq; mariq; minatur.
 Continuo uenti ponunt, & seua quièrunt
 Aequora, tempestasq; retrò sublapsa recessit:
 Letaq; pacato redière silentia ponto.

Ros. lib. 1.

Ecce nouo Cauri de partibus horrida motu
 Seuit hyems, densis conduntur sidera nimbis.
 Surgentesq; ruunt uenti, pontoq; feruntur
 Vndiq; congressi, & moto freta turgida fundo
 Permissent, summoq; cient certamine fluctus.
 Ad cœlum elatos, feruentibus horret aquis nox.
 Turbatiq; fragor cœli fulgoribus ingens
 Miscetur. Christi comites in fluctibus altis
 Turbantur, tanti exangues formidine casus.
 Ecce sub auroram Christus, Cypriiq; sub ortus
 Sideris, undosum tenebris pallentibus ibat
 Per mare, per tumidas uentis certantibus undas.
 Res mira est, summo ponens uestigia fluctu
 Nec plantas mergebant aquis, ceu littore sicco
 Progressus pelago cursum celerabat ab alto.
 Ad comites, læusq; Noti se parte ferebat.
 Continuo fertur miserorum infusa per aures
 Vox Domini uota, & nocturnis insonat umbris:
 Omnem auferte meum, uestri non immemor adsum
 Ferre paratus opem, uenio de monte supremo

Ieiunis ubi dudum epulas tot millibus auxi.
 Vos unde huc missi, dubijs nunc casibus omnes
 Eripiam, & sicco tutos in littore sistam.
 Iubriferamq; premens hyemem, uentosq; furentes
 Dat placidam pelago pacem, caeloq; repente
 Iussu euecta Dei fertur non tarda carina.
 Implentur non uela Noto, non uerberat undas
 Palmula, tum subito seruari ad tuta feruntur
 Littora, & in portu placido conduntur ouantes.

Vida lib. 4.

Nec minus est olli imperij maris æquora in alta
 Vni omnes undæ assurgunt, fluctusq; quiescunt
 Vnius edicto. Vidi, uidi ipse furentes
 Illius hybernos ad uocem ponere Coros,
 Vniq; omnem, motas quæ stabris asperat undas.
 Nondum luna suum ter cursum plena peregit,
 Cum subito in lento deprensis marmore nobis
 Nocte ferè media, dum retia ducimus, orta est
 Turbida tempestas, & pontus inhorruit ater
 Fluctibus elatis, & concursantibus undis,
 Inflicta mq; ratem iam iam salis hauserat æstus,
 Nos trepidare metu lethi discrimine paruo.
 Cum procul ecce ducem, quem nuper liquimus alto
 Littore spectantem fluctus scopulo illidentes,
 Ferre iter aspiciamus medias impunè per undas
 Suspensum, tumi toq; pedes haud tingere ponto.
 Horruimus uisu subito, nec credere quibam
 Me ueram faciem, haud simulatum cernere corpus,

Tam

Tam celeres egisse vias sine remige in undis.
 Ni sese, uerbis dum nos hortatur amicis
 Vltrò ostendisset: Quo nam fiducia uobis
 Iam nunc pulsa mei cessit timor omnis abesto
 Indubitare meis tandem dediscite dictis.
 Sic ait, atq; ratem quæ iam superantibus undis
 Cesserat, insiliens solo tumida æquora nutu
 Placauit, posuitq; minacia murmura pontus.
 Sic terræ in tutum positis, ad nauimus undis,
 Incolumes celeriq; uolauimus æquora cursu.

Surdi auditum recipiunt.

Aemil.

Protinus adducunt illi gens incola surdum,
 Qui lingua quoq; captus erat, cunctiq; precantur
 Imposita sanare manu dignetur ut ægrum.
 Talibus auditis hominem seduxit Iesus
 A' populi cœtu medio, statuensq; seorsim
 Illius obstructas digitos immisit in aures.
 Expuit hinc, linguamq; manu contingit, in altum
 Suspiciens cælum gemitu non absq; profundo.
 Mox uocem rupens ait, Ephata, id est aperire:
 Protinus illius reserantur uocibus aures.
 Multaq; defectæ soluntur uincula linguæ,
 Iamq; loquebatur plebi sermone disertio.

Hydropici curantur.

Aemil.

Protinus ad mensam gemebundus constitit æger,

316 DE SPIRITV SANCTO

Cui distentus erat suffusa uenter ab unda,
 Sanari cupiens Domini uirtute potentis.
 Hunc ubi conspexit, scribis ita fatur Iesus:
 Num curare aliquem fas est per sabbata morbum?
 Conticuere omnes, responsaq; nulla dedere.
 Ast hominem dextra miserum cum uoce prehendit,
 Sanatumq; graui morbo dimisit Iesus.

Caci uisum recipiunt.

Ros. lib. 2.

— Gemini ecce uiri per plurima uulgi
 Agmina, forte uia in media charis uiduati
 Luminibus, uitæ expectant, lucisq; datorem.
 Multum inopem, & cunctis notum perducit utrūq;
 Vnus homo, imploratq; stupem pia munera gentis.
 Ipsum ubi cum multo strepitu, turbaq; sequentum
 Persensere uiri uenientem, ita fantur ab imo
 Orantes animo moestis cum fletibus ambo:
 Iesæi generis proles, si numine tanto
 Christe potes, sentitq; genus tua muncera nostrum.
 Tecti oculos tenebris tristem sine lumine uitam
 Protrahimus, specta nostros, auferq; labores,
 Excutiens oculis noctem, da lumina solis,
 Astriferumq; polum, terrasq; uidere patentes.
 Olli cum precibus sub tecta sequuntur euntem.
 Affuit ingressus notis ut sedibus ipse,
 Agnouitq; fidem, & fidis conceptam animis spem
 Proximus inspexit ueniens, tetigitq; duorum
 Expertos

Expertos oculos lucis, tum fronte sub ipsa
 Intumuere sinus tactu, clarumq; repente
 Prospexere diem, ex acie cessere tenebræ.
 Est ubi ceu tegmen, quod condidit ora, remotum.
 Rerum ambo egressi formas mirantur, & altum
 Aethera, stelliferiq; decus mirantur olympi,
 Omniaq; ardenti iustrantem lampade solem.

Aemil.

Ecce uiam iuxta cæcus residebat, ab omni
 Prætereunte stipem populo & poscebat egenus.
 Hic ubi sentiret turbam transire, rogauit
 Quisnam tanta cohors quem sic comitetur, adesset?
 Respondere uiri: Nazarenus transit Iesus.
 Restitit ad nomen Domini mendicus, & alta
 Voce sonans: Miserere mei, clamauit, Iesu,
 Unica Dauidis proles de sanguine regum.
 Constitit ad uocem tanti clamoris Iesus,
 Adductumq; sibi cæcum propè sistere iussit:
 Dic age, quid faciam tibi uis charissime fili?
 Ille refert: Oculis uisum da Christe priorem,
 Luce frui ut possim, & rerum cognoscere formas,
 Post tenebras liceat cæli conuexa tueri:
 Respice me, uisum reddo tibi, dixit Iesus.
 Namq; fides morbo saluum te fecit ab omni.
 Protinus ex oculis miseri caligo recessit,
 Amissamq; diu cæpit cognoscere lucem,
 Aspiciens cælum, terras, hominesq; uiamq;

Dæmones eijciuntur.

Ros.lib.2.

Tunc deserta metu, & monstribus agitata duorum
 Illa uirum tellus, Sygijs quos millia multa
 Orcicolùm miseros umbris emissa tenebant,
 Torquebantq; noua rabie, furijsq; nefandam
 In cædem, stimulisq; urgent immanibus iræ.
 Primum illi ferroq; pedes, palmasq; reuincti
 Mollibus includi tectorum, & uectibus æreis,
 Olli continuo pulsati tot pestibus ambo,
 Vinculaq; & duros ceu fulmina frangere postes,
 Et procul inuisis urbis discedere tectis.
 Iamq; agris latè & syluis, & montibus una
 Cum uasto miseri errantes clamore feruntur.
 Ipsi se manibus fœdant rabidi, & sua saxis
 Corpora concutiunt, fuerunt qui fortè reperti
 Semineces plagis linquunt, aliosq; trucidant.
 In tumultis super ossa quies, uiduataq; uita
 Corpora, congesto quæ puluere tecta iacebant.
 Postquam instare Deum pestes sensere nephanda,
 En trepidant, uenisse rati miserabile tempus,
 Præcipites debent quo cæco in carcere trudi.
 Ergo uiri nudati ambo cogentibus alto
 E' tumulto furijs adsunt, pacemq; precantur.
 Ipse uiros summi miserans rex ætheris æquus
 Aspectat, dirisq; dolet tot pestibus ambos
 Vexari, ambobusq; parat succurrere fessis.

Ergo

Ergo foras urgens acies Erebi ex alieno
Imperat ire loco pressas sine ui sine turba,
Conceditq; suum quæ sitam inuadere sedem.

Aemil.

Ecce uenit mulier Cananææ gentis alumna,
Finibus hæc egressa suis quærebat Iesum.
Quem postquam uidit curuato poplite supplex
Procubuit tali Dominum clamore salutans:
Dauidus miserere mei sanctissima proles,
Filia demonio malè iam uexatur atroci.
O mulier, tua magna fides respondit Iesus,
Cuncta tibi fiant tali quæ corde petisti.
Vade domum, saluamq; tuam complectere natam,
Quæ tibi præsentem uiuit sanata per horam.

Idem.

Dæmonium uirtute Dci pellebat Iesus
Ex homine obsesso, cui uocis ademerat usum
Spiritus immundus: qui postquam cessit ab illo,
Continuò mutus cœpit sermone profari.

Ros. lib. 2. Christ.

Continuò medio inter cum murmure multo
Pluribus à fidis trahitur incoerentibus unus.
Aere manus euinctus homo, & uexatus atroci
Vnius oricicole rabie usu uocis adempto.
Infelix, agitans saniem tetro oris hiatu.
Toruum oculis uersis, dictu miserabilis error.
Ante Deum ut medio coram stetit aspera Erinny
Expauit, & subito diuinæ exterrita sentit

Contactum

120 DE SANCTO SPIRITU
Contactum dextræ ualidum, quo pulsa repente
Effugit sine ui miseri de corpore toto:
Horribiliq; fremitu questu, & per nubila multo
Cum stridore uolat sedes Acherontis ad imas.
Ille Dei ante pedes, rabies ubi dira recessit
Incolumis stat agens grates, uocemq; soluta
Ingeminat rumpens diuturna silentia lingua.

Ibidem.

Obuius innumera fertur per plurima gentis
Agmina uir senior, supplexq; Dei ante pedes se
Deicit, ingentiq; manu protendit utramq;
Cum gemitu, lachrymisq; preces rorantibus addit:
Christe salus promissa homini, timor acer Auerni
Per te, perq; tuum, qui in nos est tantus, amorem,
Nostris, oro, miserere. Miser mihi filius unus
Heu superest, misero tantum, cui debita soli
Res patria atq; domus, spes quondã, & magna uolu
Nunc patris dolor infelix, illum effera morbi (ptas
Infantem rabies, Erebiq; immanis Erinnyis
Inuasit, furijsq; nouis infesta tot annos
Presbit, nec diro requies datur ulla furori.
Ille mali, huc stimulis atq; huc ingentibus actus
Ut Triuix rapitur furijs, ut fulminis ictu:
Nunc in aquam, nunc præualidos elisus in ignes
Corruit, afflictosq; quatit crudeliter artus
Ad terram, tantum non concitat equora turbo,
Turbatisq; furit tantum non fluctibus æstus.
Clamitat horrendum, sanieq; ciectat hiulcis

Naribus,

Naribus, & rabido spumas exaggerat ore.
 Non præsens ullum medicæ succurrere curæ
 Auxilium, comitum nulli potuere tuorum,
 Est quibus oblatus, tua sola potentia nato
 Expetitur, magnamq; tuo spem numine fixi.
 Tu Deus es, summiq; patris sata uirgine proles.
 Haud dubito, sentitq; genus tua munera nostrum.
 Audijs has facilis uoces, mentemq; precantis,
 Insignemq; fidem Christus, fixamq; Deo spem
 Inspiciens, ad se iuuenem produciæ egrum
 Iussit. Mox trahitur famulis à fortibus ille
 Turbam per mediam uinctus, multoq; repugnans
 Pellitur ad Dominū cum murmure, uersaq; torquet
 Lumina cum fremitu exhorrens tetro oris hiatu.
 En Christus scelerum sed adest stans proximus ipse
 Purgator, subitoq; oculos, animumq; reflectit
 In miserum, & uerbis pestem deturbat acerbis.
 Hostis atrox hominum, cæloq; inuise, quid istam
 Sedibus exerces etiam uim tantam alienis,
 Me spectante uiriq; animam corpusq; fatigas?
 Cede istinc, fugiens lucem, & pete tristia præceps
 Tartara: sat tibi permissum. Sic territus ille
 Exit, & in uacuas non turbine segnior auras
 Euolat, horrendisq; locum stridoribus implet.
 At iuuenem, poterat qui non spirare, iacentem
 Prostratumq; solo, depulsa Christus Erinny
 Excipit una salus hominum, timor acer Auerni
 Incoluamemq; manu tollit, redditq; parenti.

Idem

Ecce uirum fidi interea, chariq; trahentes
 Adsunt cum fletu, & mæstis per plurima uulgi
 Agmina cum lachrymis, cui mentè Acherōus Erinæ
 Turbaret rabie, & totos penetraret in artus. (nys
 Lucem oculis, uocisq; obstructis auribus usum
 Eripiens, sensusq; furens confunderet omnes.
 Illum ut anhelantem, furijsq; infanda frementem,
 Membraq; iactantem coram statuere propinquit:
 Dura, iubente Deo, cocyti pestis & omnis
 Excessit rabies, parefactæ protinus aures
 Reddita lux oculis, subito uox reddita linguæ est.

Vidalib. 4.

Horresco quoties stimulis immitibus aclus
 Quidam animo subit, idem illo quem tempore uidi,
 Dum legerem expositos hoc ipso in littore pisces,
 Obsessum furijs, atq; ore immane furentem.
 Hunc olim (ut perhibent) uetito genuère parentes
 Concubitu iuncti atq; in concessis hymenæis.
 Quippe thorum ascendere Dei cum sacra uetarent;
 Cum scenis gens indulget nostra omnis opacis.
 Sed non gauisi sceleri illi tempore longo.
 Nam subito amplexus, interq; & gaudia adulcr
 Sacrilegam tenues animam exhalauit in auras
 Infelix, sceletriq; eadem uox prima nefando,
 Et pariter suprema fuit discrimine paruo.
 Illam autem æthereis flammis diuinius ignis
 Corripuit, cum iam maturi pondera partus

Urgerent;

Urgerent, eademq; duos letho hora dedisset.
 Infans ni foret execta genetricis ab aluo
 Exemptus, paruum patris eduxere sorores.
 Ipse etiam mox immeritus scelerata parentum
 Facta luit, incunda oculorum luce negata,
 Obstructa; aures penitus mansere, nec illi
 Aut ullas haurire datum est, aut reddere uoces.
 Quin etiam simul atq; adoleuit, protinus agrum
 Arripuit furor, infernae uis effera gentis.
 Centum illum furiae, centum illum (flebile) pestes
 Victum exercebant, Erebi legio acta latebris.
 Horrendasq; hominis singultus ore scientes
 Edebant uoces, ac terrificos mugitus.
 Illum omnes exclamantem, atq; insueta frementem
 Horrebant, trepidiq; fuga se in tecta ferebant.
 Si quando nodis, ruptisq; immane catenis
 Incantis liber custodibus euasisset.
 Iamq; ille oblitus fratres iamq; ille sorores
 Amplius haud gressum patris intra tecta ferebat.
 Verum more ferae syluis degebat, & antris
 Sic ubi saxa caua, aut aeuo consumpta sepulchra,
 Ater egens, corpusq; abiecto nudus amictu.
 Talem igitur nodo manibus post terga reuinctis
 Christi ad conspectum, si fors miseresceret ipse
 Vi multa consanguinei, chariq; trahebant.
 Ille autem obniti contra, dum rumpere nodos
 Tendit, & horrendos clamores tollere ad astra.
 Quem tandem ante Deum fessi statuere rogantes
Ferret

Ferret opem, saltem furijs tam tristibus illum
 Solueret, excuteretq; animo crudelia monstra.
 Hic heros palmas in cœlum sustulit ambas,
 Concipiensq; preces genitorem in uota uocauit.
 At iuuenis fessos subito collabatur artus,
 Exemptus tandem nodosis brachia uinclis.
 Mordicus ora solo impressus cunctatur, adhucq;
 Singultans, pectusq; laceffit anhelitus ingens.
 Expiransq; animam pulmonibus æger agebat.
 Quem iuxta genitore Deo satus astitit, oraq;
 Attingens dextra, atq; oculos, auresq; reclusit.
 Iamq; uidet loquiturq;, & corda oblita residunt:

*Fœmina sanguinis profluuio la-
 borans sanatur.*

Ros. lib. 2.

Dum laxis uenis, & sanguine pallida fuso,
 Fœmina contendit numero compressa sequentum
 Rumpere anhelâ uiam, & totis obnixa mouet se
 Effœtis succo membris. Namq; illa salubri
 Sanari tactu sancti sperabat amictus,
 Spes dabat exanguî uires concepta salutis
 Astitit ut iuxta, nixu defessa supremo
 Extendit dextram, & tacto non inscia limbo,
 Vim subito infundi membris, uenasq; patentes
 Constringi, & totum firmari robore corpus
 Præsentit, crescitq; rubor diffusus in ora.

Fertur

Fertur opis dono diuinæ occulta retrorsum
 Et fugit incolumis furtim, numeroq; sequentum
 Miscetur, rata præclaram latuisse Deum rem.
 Sed primum ipse sui tactam cognouit amictus
 Præsciis, occultamq; fugam, donumq; salutis.
 Ergo iterumq; iterumq; petit clamore latentem,
 Et deposcit opis diuinæ dona referri.
 Continuò mulier supplex: Nihil, inquit, opertum
 Est tibi, iam uenio, tua quam clementia seruat.
 Vera equidem dicam, nostri prius omnia namq;
 Urbis sum Phaniæ ciuis Phænissa, penates
 Linqere pauperie patrios morboq; coacta.
 Rerum olim diues, dum me Deus esse uolebat
 Incolumem, præsensq; mihi fortuna fauebat.
 Sed morbi me dira lues inuasit acerbè
 Vi dura, uenisq; cruor diffusus hiulcis
 Effluxit, totosq; malum ter quattuor annos
 Perstitit, infirmo decerpens corpore uires,
 Exanguisq; premens artus, non sumptibus ullis
 Vndiq; opem querens aliquam, curæq; pepercit.
 Non labor, auxilium medicæ non profuit artis,
 Mortaliq; salus miseræ non reddita cura.
 Processusq; mali consumpta restitit omni
 Re patria, hæserunt sola incrementa dolorum.
 Ipsa ego huc operum rumore impulsæ tuorum
 Te petij, duxiq; tuo me numine solo
 Curandum: sed cum turba stipante nequiu
 Poscere opem, tetigiq; tuam non inscia uestem,

Me tuſ fidentem ſeruauit maxima uirius,
 Spe meliore mea, & tactu non ueſtis inani.
 Sic ubi lata ſue donum confeſſa ſalutis
 Continuo ſic Chriſtus: Habes, quod pectore fido
 Optaſti, non ſpem poſuiſti in numine fruſtra:
 Mortali deſerta manu, ceſſere dolores,
 Morborumq; lues, patriam gauſa reuiſe
 Incolumnis. ———

Aemil.

Diſcipuli greſſum Domini comitantur euntis,
 Dumq; uiam faciunt, mulier quæ ſanguinis atri
 Profluuium tulerat bis ſenos debilis annos:
 A tergo acceſſit Dominum, ueſtemq; prehendens
 Illius extremas digitis tantum attigit oras.
 Nam firmata fide ſecum ſe dixerat ante:
 Si Domini tantum dabitur contingere ueſtem,
 Salua potenter ero, morboq; exempta priori.
 Protinus ad miſeram uultum conuertit Ieſus,
 Confuſamq; metu uerbis ſolatur amicis:
 Filia confidas, tua te fiducia ſaluam
 Reddidit: extemplo morbus diſceſſit ab illa,
 Amplius & nullum ſenſit munſata fluorem.

Vida lib. 4.

Fœmina nec latuit bis ſenos paſſa per annos
 Sanguinis immundi manans de corpore flumen.
 Illa quidem ardentis morbi confeſta dolore
 Ponè ſe quebatur, ſi quæ illum tangere poſſet:
 Hanc unam rata nempe uiam reſtare ſalutis.

Ergo

Ergo dum pubes fluit undiq; & agmina inundat
 Illa subit, leuiterq; extremum apprehendit amictum:
 Ad tactum ueter effugit de corpore morbus.

Quinque millia hominum quin-
 que panibus saturantur, &
 duobus piscibus.

Ros. lib. 2.

— Oceani iam proximus undis
 Carmeliq; iugo tepidis sol ignibus ibat:
 Ingentem turbam uictu dum stare carentem,
 Dilecti comites deserta in sede queruntur.
 Continuò Christus modicam cum piscibus ipse
 Afferri Cererem, & cunctos per multa locari
 Gramina, & in uiridi iussit considerare terra.
 Inde daptes ubi utraq; manu non omnibus aequas
 Accepit, summum elatis conuersus Olympum
 Latè oculis penetrat, moles quo maxima mundi
 Aspectu nutat, totus commotus & aether.
 Concuitur tellus, imo maria excita fundo.
 Imperat, & parent cœlestibus omnia iussis,
 Effringitq; daptes faciens non cognita miris
 Incrementa modis, subiò iussiq; ministri
 Adsunt, & plenis capiunt, portantq; canistris.
 Mirant, atq; epulis mensas superantibus implent.
 Vescuntur largis epulis per gramina longo
 Ordine diffusi, augeri sua dona repenti
 Obstupet alma Ceres, et motæ in flumine Nymphæ,
 Jordanisq;

Iordanisq; pater. —

Iamq; fame pulsa, & cunctis surgentibus, escam

Tollunt, & multi piscis, mult. eq; ministri

Fragmentis Cereris calathos ter quattuor implent.

Aemil.

Nec mora discipulis mandat præceptor Iesus,

Vt faciant totam per humum discumbere turbam.

Gramina quippe aderant, foenumq; sedilibus aptū.

Discubuere solo tum millia quinq; uirorum.

Terra dabat mensas, & mollia gramina lectos,

Hic panem digitis tollens accepit Iesus,

Cumq; Deo grates solito dixisset honore,

Discipulis frangens tum porrigit, hiq; uicissim

Distribuunt plebem Cerealia dona per omnem.

Insuper & binos fluuialia munera, pisces,

Diuisos præbent populo, cunctisq; ministrant.

Nec deerat potus, rapido sitientibus aestu.

Dulcia præbebant uicini pocula fontes.

Iamq; impleti omnes fuerant, largeq; resecti,

Nec quisquam in tanto populo male pastus abibat.

Discipulos iterum cum sic affatur Iesus:

Colligite o socij quæ nunc fragmenta supersunt

Omnibus è mensis, nec parua perire sinatis,

Ne per humum iaceāt, pedibusq; indigna terantur.

Omnia sunt siquidem diuinæ munera dextræ,

Quæ seruare decet, non uano perdere luxu.

Illi iussa Dei studio seruente capessunt,

Reliquiasq; legunt, ne quid perdatuſu.

imple-

Impleuere decem, & binos fragmenta canistros,
 Quæ collecta super, populo spectante, fuerunt
 Panibus è quinis, de piscibus atq; duobus,
 Cum prius immense satiaissent uiscera turbæ.

Vid. lib. 4.

Fortè olim aerei spectans de uertice montis,
 Cum sol emenso depresso iret olympo.
 Ingentem uidit numerum effluxisse sequentum,
 Matres atq; uiros, quos per deserta locorum
 Duxerat, oblitosq; sui, oblitosq; suorum.
 Substitit hic miseratus, eos iam tertia namq;
 Muneris expertes Cereris lux acta uidebat.
 Hic neq; erant fruges, uicina nec oppida possent
 Vnde dapés petere argento, uictumq; parare,
 Arboreos nec dum foetus decoxerat æslas.
 Vix tandem inuentus puer est ex agmine tanto
 Quiq; (uicæ auxilium) qui secum liba ferebat,
 Atq; duos dederat quos huic pia mater eunti
 Inclusos myrto, & bene olenti gramine pisces.
 Sed quid enim hæc adco tam multis millibus autem?
 Et iam diffisi socij mussare querentes
 Quos bonus affatu Christus solatus amico,
 In cœtum uocat, ac paucis ita deinde profatur:
 Nemo hodie numero è tanto non letus abit.
 Hinc supplex tali genitorem uoce precatur:
 Summe parens ope cuius alit terra omnia, quiq;
 Et sole & liquidis fecundas umbribus agres.
 Si quondam Isaiam generi per inhospita eunti

239 DE SPIRITV SANCTO

Diuinas epulas cœlo es largitus ab alto,
 Semine si nullo constant quæcunq; creasti,
 Et nihil omnino fuerant, cœlum, æquora, tellus.
 Adsis, obsecranamq; famem tot millibus arce.
 Hæc tantum, dehinc gramineo discumbere campo
 Imperat effusos cœtus, dapibusq; parari.
 Inde in frustra secat leto cerealia uultu
 Liba minutatim, & populos partitur in omnes
 (Millia quinq; hominũ campis saturanda sedebant)
 Ecce (incredibile auditu, mirabile uisu)
 Omnibus in manibus uisæ succrescere partes
 Exiguæ, dapibusq; epulati largius omnes
 Et frugum pariter, laticumq; expleta cupido est.
 Quin & reliquias mensis, superantia frustra
 Vix caua congestas bis sex capere canistra.

*Quatuor millia hominum septem
 panibus saturantur.*

Aemil.

Plurima cum Christum sequeretur turba docentem,
 Iamq; iter emensi loca per longinqua fuissent,
 Nec manducari quicquam quod posset, haberent.
 Talibus extemplò socios affatur Iesus:
 Dicite, quot panes nostrum teneatis ad usum?
 Respondent, Septem. Viridi discumbere terra
 Precipit, extemplò turbæ per gramen Iesus,
 Accipiensq; manu panes, suspexit in altum
 Voce pia grates summo dixitq; parenti.

Partibus

Partibus hinc frangens Cerealia dona minutis,
 Discipulis porrò plebi tradenda ministrat.
 Illis distribuunt per totam fragmina turbam.
 Insuper & pisces aderant è flumine pauci,
 Quos etiam Dominus benedicens porrigit illis.
 Accepère dapes auidi, largeq; refecti
 Aspirante Dei tacita uirtute fuerunt:
 Non aliter quàm si pleno data copia co nu
 Nulla fames tanto in numero, sitis atq; remansit.
 Corpora sed largis dapibus recreata fuerunt,
 Munifici tanquam cepissent fercula regis.
 Iamq; ubi pulsa fames epulis, mensæq; remotæ,
 Fragminibus plenos septem legère canistros,
 Plusq; fuit reliquum, quàm fercula prima tulissent.
 Ast hominum coetus, dapibus qui membra refecti
 Mille quater fuerant, numero nec desuit unus.

Fab. lib. 2. Ang. 5.

Is manna de cœlo pluit
 Largis legendum sportulis:
 Is sepe paucis panibus
 Pauit sequentum millia.

*Christus aridam dextram homi
nis sanat.*

Roi. lib. 3. Christ.

Ecce aderat, festoq; die cum fletibus ultrò
 Cum prece stabat homo mœstus, dextræq; petebat
 Auxilium extimèta, cuius uim perdidit omnem:

Cœmenta, & calcem exercens, dum fortè pararet
Victum, opera tali attritus, duroq; labore.

Respicit hunc Christus: Ergo nunc agrã age dextrã
Tolle, & opẽ quã poscis habe, tibi quam ipse salutis
Autor ego (haud dubita) do, festa lucis & autor,
Supremiq; genus patris, sata uirgine proles.
Paruit, arcumq; manum simul extulit ille,
Hæc simul incaluit, sese cum uiribus humorem
Accipiens, digitisq; micat sublata repentè.

*Christus sanat hominem octo & tri-
ginta annos egrotantem.*

Ros. lib 3. Christ.

Hos inter longæuus homo pallore supremo
Lectò humili uectus lacera cum ueste gembat,
Poscebatq; sùpem infelix pia munera gentis.
Membra suo resoluta loco, & neruis labefacti
Disclusis membrorum artus, totumq; iacebat
Languore ingenti corpus sine uiribus egrum.
Huc ubi purgator scelerum ipse, datorq; salutis
Affuit, hunc animo miserans petit ocyus ultrò
Curari ne uelit tandem, reddiq; saluti.
Multa gemens tales imo dat pectore quæstus:
Quas ego non curas miserè, quantosq; labores
Non tulerim hoc sperãs, homines quoscunq; uocauì
Auxilio, superumq; patrem, nec uota reliqui
Vlla mihi, nullasq; preces, sum missus & aris
Dona tuli, ut potui eger inops, dum fortè putarem

Nil

Nil opis esse aliud, cæsi huc delatus ad undam,
 Terq; decem frustra exegi, & bis quattuor annos,
 Tam longum morbum, atq; moræ tot tædia passus
 Omnium egens, miseramq; stipem pia munera gētis
 Implorans. —

Respicit ipse, quæriq; finit non amplius ægrum:
 Surge age, & acceptis iam uiribus accipe lectum,
 Numen inesse iubet uerbis, dum talia fatur.
 Colligit hic sese subito uis pristina dictis,
 Ossaq; constrictis neruis firmanatur, & artus
 Robur in antiquum. Properè tum iussa secutus
 Surgit, lectum humero imponens. —

Vid. lib. i.

Hos inter longo detentus brachia morbo,
 Brachiaq; & plantas omnes, & inutilis artus
 Ictus erat, cui quondam & opes, & auita fuere
 Prædia opima: sed ut iuuenili è corpore morbum
 Pelleret, heu nimium mendaci credidit arti.
 Dumq; uias omnes, medicæq; explorat opis uim,
 Pauperiem morbo adiecit miserandus iniquam,
 Ossibus ad uiuum qui iam persederat inis.
 Iamq; ferè denum in luclu quater egerat annum
 Innumeris circumuentus morbisq; fameq;
 Quem postquam aspexit propius stellantis olympi
 Rege satus, sic est ultrò placido ore locutus:
 Infelix quæ te segnis mora detinet unum,
 Seruantem has frustra ripas, & tristibus undam
 Præsentem morbis, alij cum scilicet omnes

234 DE SPIRITV SANCTO

Protinus hunc abeant Leti, oblitq; laborum
 Accipiant solitas reparato in corpore uires
 Ille sub hæc, largoq; genas simul ore rigabat:
 Nõ hoc crimen aquæ, non uis mihi fontis iniqua est.
 Verùm ego dum motum opperior salientis æquat,
 Præcipites dant saltu alij se in stagna priores
 Ad sonitum, inualidis nequeo ipse insistere plantis.
 Nec me tunc opus externæ dignatur egentem
 In stagno quisquam ante alios mersare salubri,
 Talia narrantem placido Deus ore tuctur,
 Atq; ait: Ipse tuis pedibus insiste ualensq;
 Carpe uiam, nec cuncta undis debere necesse est.
 Vix ea, cum subito cernentibus omnibus, ecce
 Erigitur, stratumq; humeris (mirabile uisu)
 Ipse suis referens pedes omnes passibus æquat,
 Atq; suo solide respondent robore uires.

Filius reguli febricitans curatur.

Aemil.

Regulus imperium Galilææ in parte tenebat,
 Nobilitate potens, & fortibus acer in armis,
 Febre laborabat, cui filius ecce Capernaüm,
 Discumbens, magnoq; trahens discrimine uitam.
 Hic ubi uisceras Christum cognouit in oras
 Aduenisse; citò properans accessit ad illum:
 O Domine ad natum properans descende, prius-
 Exhalans animam uacuas emittat in auras, (quam
 Illius & uitæ miseri spes nulla supersit.

Christus

Christus ait: Tu uade domum, tibi filius inquam
 Viuit, & incolumi discessit corpore morbus.
 Cumq; domum repetens cliuo descenderet, ecce
 Occurrunt famuli Domino, iucundaq; portant
 Nuncia dicentes, Viuit tibi filius: omnis
 Morbus & abscessit membris, sanumq; reliquit.

Ficus mandante Christo fit arida.

Vida lib. 4.

Accipe nunc aliud quod paucis antè diebus
 Vidimus: arbor erat folijs densissima in agro
 Deserto, unde olim pendentia poma uiator
 Carpebat sitiens. Heros qui hac sorte tenebat
 Puluerulentus iter, quæsiuit in arbore foetus
 Incaustum. infocunda comas nam, & brachia tantū
 Luxurians latè circum tendebat opaca.
 Non tulit, ac uerbis sterilem execratus acerbis
 Continuo (manifesta audis) exaruit arbos,
 Et folia aeræ uolitarunt lapsa per auras.

*Petrus nummum argenteum in-
 uenit in pisce.*

Vida lib. 4.

Ecce aliud dictu magis, ac mirabile uisu,
 Namq; magistratus aderant in littore missi,
 Aera repositæ, quæ pendere lege quotannis
 Regibus antiqua pro sese quisq; iubemur.
 Accipit hos placidus, quos dum sermone moratur,
 Petrum ad se uocat, & fidam summissus ad aurem,
 Vade,

236 DE SPIRITV. SANCTO
Vade ait, & iacta quem primum traxeris hamo
Aequoribus piscem cultro scrutabere acuto,
Intus erit, regi quod iussi pendimus ambo.
Iussa facit senior, trahit hamo ad littora prædam,
Argentumq; uiris dat piscis in ore repertum.

MIRACVLA OMNIUM
temporum.

Conuersio peccatorum.

DAVID.

Sib. Psal. 51.

Mite pater numen parce, ah placidissime parce,
Et miserere tua pro bonitate mei.
Pro bonitate tua, nullo quæ sine tenetur,
Turpia Davidis crimina tolle tui.
Abiue commissæ scelerata piacula culpæ,
Abiue præterita facta pudenda fide.
Agnosco facinus non excusabile, non sunt,
Conuicti non sunt acta tuenda rei.
Hinc mihi sollicitum luctus fugientibus astris,
Hinc animum curæ sole cadente coquunt.
Impius offendi te solum crimine, solum
Te læsi, ante oculos noxa scelusq; tuos.

Eob. Psal. 51.

Summe pater qui sceptrâ tenes altissima rerum,
Cuius & hoc tantum dextera claudit opus.

Respice

Respice me nimia peccati mole grauatum,
Mole, sed immensum pondus habente, premi.

Et nunc illa tuæ subeat miseratio menti,

Qua tibi fidentes saepe leuare soles.

Nunc opus esse tuum misereri quaeso memento,

Quando hic heu niniū quod miserêris habes.

Nam miser agnosco patratae crimina culpæ,

Quæ cruciant animum nocte dieq; meum.

Quicquid id est, tibi peccatum est mitissime soli,

Ab pudet, & certè quale sit ipse uides.

Cur ego sustinui tales offendere uultus,

Qualibus est uerum mitius esse nihil?

Cur tua non ueritus præsentia numina, cur te

Peccator toties aspiciente fui?

NEBUCADNEZAR.

Fab. lib. 5.

Rex magnus heu superbiens

Brutescit, atq; pabulum

Syluæ metens, non unius

Imaginem fert belluæ:

Sed redditus sibi, Deo

Grates canit, Deum coli

Cœlo soloq; maximum

Gentes per omnes præcipit.

Idem.

Tibi Manasses sanguine

Pollutus, & rex belluæ

Factus;

238 DE SPIRITV SANCTO

Factus, placent, dum supplices
Tua[m] requirunt gratiam.

Sib. Euchar. lib. 2.

Quid tamen ô quid sum: fugiunt de corpore uilli;
Erigor inq; pedes, nec placet herba cibus.
Nunquid homo? certe sed homo, feritusq; recessit,
Officium faciunt linguaq; mensq; suum.
Iamq; recognosco quis sim suerimq; sed ecce
Ad me quæ procerum turba, ducumq; uenit?
Vt lubet, ô regnum primates reddite, nunquam
Ipse tamen tumida mente superbus ero.

MAGDELENA PECCATRIX.

Fab. lib. 4. Hym.

Mundi secuta lubrica,
Blandæq; carnis noxia,
Dolendo suspirans Dei
Supplex adorat filium.
Non ausa uultum tollere,
Humi recumbi cernua,
Pesces rigauit fletibus,
Tersitq; muta crinibus.
Cor clamat intus ad Deum,
Fidesq; pulsat intimum:
Non abijcit suspiria
Deus pie gementium.
Quæ plurimam in Iesu Deo
Confisa spem locauerat,

Iniusta

LIBER III.

293

Iniusta iustum deprecans

Fit iusta, crimen tollitur.

Vida lib. I.

— Protinus ecce

Ingreditur forma insignis, cultuq; puella,
 Picta peregrinas, tunicasq; sinusq; crepanti
 Argentis saturas, atq; auro intertextio,
 Cui caput implicitum gemmis: ii flexile collo
 Aurum ingens, mixtis onerosa monilia baccis;
 Propexiq; nitent electro molle capilli,
 Nexilibus quos in nodos collegerat hamis,
 Aureaq; ex humero demissam fibula uestem
 Eois opibus grauidam, & Gomgetide gaza
 Subnectit, media micat ardens fronte pyropus,
 Crebraq; consertis pendent redimicula gemmis.
 Hæc olim amissis utrisq; parentibus orba
 Restitit, & proles in opes successit auias
 Vnica, quas pater immensas prædiues habebat.
 Dumq; etas rudis, una illi super omnia cordi
 Religio fuit, & seruandi cura pudoris:
 Mox autem paulatim annis feruente iuuenta
 Sensibus illapsa est Veneris male suada cupido,
 Quæ mentem immutans furij subiecit iniquis.
 Ah miseram, abiecto non obstat cura pudori
 Non species, non fama mouet, cessit timor omnis,
 Religioq; oblita domo iam nubius exit,
 Iam conuiuia, iam spectacula læta frequentat,
 Vinclaq; contemptis rectoribus omnia rumpit.

Ergo

Ergo lata uirum præstanti corpore postquam
 Accepit uenisse, Deum quem fama ferebat,
 Nullam passa morâ, studio correpta uidendi
 Venerat: ast ubi conspicuos deperdita uultus
 Haussit, & egregie diuinum frontis honorem
 Diuinosq; oculos ardentis pabula amoris,
 Diriguit, penitusq; animo sententia uersa est,
 Atq; alias longè concepit pectore flammâ.
 Tum Maria (hoc illi nomen) mutata, nec illa,
 Argento quæ illusa sinus modò uenerat aurcos,
 Iam capiti crinale aurû, colloq; monile
 Detrahit, & tunicas squalentes exuit auro.
 Iamq; sui piget, & curis mordetur honestis.
 Inde Deum orabat ueniam, genibusq; uolutans
 Ut canis ad mensa procumbere suetus herilem,
 Lambebatq; pedes nudos, lachrymisq; rigabat,
 Veste fouens, alios tulerat quam nuper in usus.
 Tum de marmoreis uarios deprompsit odores
 Thesauris, casias & nardi mollis aristas,
 Aut thuris lachrymâ, atq; auram fragrâtis amomi;
 Pronaq; permulsit nudas liquido unguine plantas,
 Suauis in aerias diffugit spiritus auras,
 Cuncta Deus placida quæ mente accepit, & illum
 Dignatus uenia, monitis impleuit amicis.

Aemilius.

En mulier, quæ fortè moras tunc urbe trahebat
 Nomine peccatrix & re, cognouit Iesum

Accubuisse

Accubuisse domo positum mensaq; Simonis.
 Protinus in vitro portans unguenta alabastro,
 Est ingressa domum, mensamq; accessit: & ecce
 Ante pedes Domini stabat flens ubere largo,
 Mox demissa solo lachrymis perfundere plantas
 Illius, atq; comis rursus detergere cœpit:
 Oscula tum fixit pedibus, succosq; potentes
 Desuper irrorans, suauem diffundit odorem,
 Omnia qui complet lauti penetralia tecti.
 Protinus à mensa mulierem uersus ad ipsam
 Lumine deiecto stantem sic rettulit ultra:
 Hanc dilecte Simon mulierem conspicis hospes,
 Hec mihi maiorem, quam tu, persoluit honorem.
 Namq; tuas postquam subij perductus in ædes,
 Flumina non pedibus porrecta pelue dedisti.
 Illa autem tales lachrymis mihi lauit, & ulterò
 Officiosa comis plantas abstersit utraq;
 Tu non amplexus, non oscula blanda iulisti.
 Hec uerò pedibus non desijt ore fideli
 Basta ferre meis, & brachia stringere circum:
 Deniq; non olei blando mihi tempora succo
 Mollia tinxisti, cum toto uertice supra
 Fuderit hæc largo preciosos imbres liquores,
 Vnde tuus iucundus odor se spargit in ædes.
 Propterea dico ueris tibi uocibus hospes,
 Crimina multa quidem sunt huic demissa puelle,
 Quando quidem multo Dominum dilexit amore:
 Pauca remittuntur sed cui peccata, uicissim
 Dilixisse parum modico censeatur amore.

DE SPIRITV SANCTO

P E T R V S

Fab. lib. 1. Hym.

Verbi memor quod dixerat,
 Vultuq; Christi concutus
 Guttu dolendo pallida
 Humectat ora grandibus.

Vid. lib. 2. Christi.

Cum matutino medix iam noctis abactæ
 Edebant canu cristatæ signa uolucres,
 Auroram in tectis solitæ acri uoce uocare:
 Tum monitus uerborum, Heros, quos extrema canē
 Ingenuit, ruptiq; imo suspiria corde, (bat
 Et penitus duris tristi dolor ostibus afit.

LATRO SANCTVS:

Sib Eucha. lib. 1.

Tu quoq; non metuis peruersa mente Tonantem,
 Quæ poenam factis scis meruisse tuis?
 O' meruero luimus merito peccata scelesti:
 Non est supplicij causa neganda reis.
 At nihil istæ bonus meruit, sed produur insons
 Inuidia gentis, insidijsq; suæ.
 Tu patris æterni proles certissima, regna
 In tua cum uentis sis memor oro mei:

Fab lib. 5. Hym.

Vita malus, factis ferus
 Latro, gabulo figur,

REUS

LIBER III.

243

Reus Deo, mundo reus,
Anhelat ad Christum fide.

Vt una gutta sanguinis
Corpus resperfit liuidum:
Statim reuixit, tabida
Vt rore uiuit plantula.

Tu Christe, clamat, innocens
Mibi nocenti subueni,
Mei memento, cum tue
Regnum subibis gloriæ.
Christus gementi mitis est,
Et supplicanti præuius:
Spera, inquit, hoc mecum die
Vises beatos hortulos.

PAVLVS.

Fab. lib. 4. Hym.

Ferus Damascon aduolat,
Christum fatentes ut liget:
Res mira, sanctus fit Dei
Sanctos minatus perdere.

Lux clara ritu fulguris
Sternit superbum: sed Dei
Vocem audienti parcitur,
Vetusq; culpa ignoscitur.

Aemil.

Sternitur in terram cœlesti fulmine Saulus,
Vasq; fit electum Paulus ab hoste Dei.

r 2

Idem.

Idem.

Dic mihi quid faciam Deus ô, tua iussa capeffam?

LIBER QVARTVS,

DE ANGELIS DEI ET
hominum ministris.*Angeli Dei ministri.*

Fab. lib. 1. Ang. 1.

A B ortu in hoc sunt condita
Alata cœlorum agmina,
Corusca flammis, oreq;

*Vibrantiora fulgure.**Vt conditori, aspectibus**Cuius beantur, seruiant,**Eumq; tollant omnibus**Sono, tuba, ore, seculis.**Rerum parentem scilicet,**Natumq; & alnum spiritum:**Quem conspiciantur triplici**Persona, & unum gloria.**Quem prædicant nocte ac die,**Satis nec unquam prædicant,**Quamuis ad illius thronum**Centena mille millia**Linguas resoluant cantibus,**Tubisq; clangant aureis.*

Ibidem 2.

Ibidem 2.

Qui militant Altissimo
 Equis, quadrigis, dextera
 Interneciuâ, iussâq;
 Diclo exequuntur ocyus.

Ibidem 3.

Sunt angelorum munera
 Diuersa, certiq; ordines:
 Idem probantium unâ mens
 Est, & uoluntas omnium,
 Deoq; parent singuli
 Et uniuersi.

Ibidem.

Altissimi quod uox Dei
 iubet, minatur dextera,
 Vertexq; summus innuit,
 Vobis ministris strenuis
 Vno statim fit impetu.

Ibidem 9.

Tibi Angelorum peruigil,
 Ignita, pernix natio,
 Plauditq; iussâq; efficit.
 Quos diligis tu, dirigit:
 Quos oderis tu, deserit.

Idem lib. 4. Hym.

Qui laudibus Deum suis

DE ANGELIS

Cunctis honorant seculis:

Qui iussa mandatis statim

Toto facessunt impetu.

Per quos tuetur ac regit

Deus uias mortalium,

Et sepe mirandis suam

Seruat modis Ecclesiam.

Stig.

Ergo uersantur uigiles parentis

Ante conspectam, capiuntq; Leti

Iussa mandantis, Dominumq; toto

Aethere plaudunt.

Angeli piorum ministri.

Sib. Psal. 91.

Dat tibi custodes caeli omnipotentis alumnos,

Vt possis sanctas ire redire uias.

Tutus ut illorum manibus gestare, nec unquam

Pes tuus offenso limite damna ferat.

Et Pardos uades, & per gradiere chelydros,

Te leo calcandus, te cadet ante draco.

Eob. Psal. 91.

Mandatum angelicis de te dedit ille ministris,

Vt sint custodes per loca cuncta tui.

Vt te sustollant manibus quocunq; feraris,

Ne summos ledas per salebroso pedes.

Aspida somniferam, super & uirtute leonem,

Præualida

Prævalida fultum uictor habebis iter.

Tu potes indomitos catulos calcare leonum,

Te contra ignis homo non ualet ore draco.

Fab. lib. 2. Ang. 2.

Nostras quoq; urbes & casus

Cum Michael Raphael

Defendat, assueti graues

Inuare res mortalium.

Ibidem.

Cælum tenentes igne

Deum intuen ut spiritus,

In luce magna & inuicæ:

Nec deserunt terras tamen

Illis ministrantes, Deum

Vero colunt qui pectore.

Ibidem.

Vt murus urbem, fossaq;

Vallumq; cingit: angelis

Sic septimes corpora

Domos & agros hinc & hinc

Seruant, & acres obuiant.

Ne prauus ille & degener

Rita leonis ambulans

Inuadat, incautus dolos

Serens, necemq; incredulis.

Ibidem 4.

Et quicquid minimè mali

DE ANGELIS

Ab angelis cœlestibus

Auertitur, Christo duce.

Idem lib. 3. Od. 12.

Angelos illis adde ministros

Curas ad has quos ipse creasti.

Idem lib. 1. Od. 9.

Christe quot insultus hostis, quot seua pericla

Custode ab arces angelo?

Quem nobis ut aq̄; ducem, sociumq̄; salutis

Pto dedisti numine.

Idem lib. 2. Ang. 8.

Non sic tamen per omnia

Furor ruit, sed angeli

Rictum ferocis comprimunt.

Illi potentes angeli

Ante ora cœlestis patris

Qui stant, ministrantq̄; omnibus

Deo piè fidentibus.

Idem lib. 3. Ang. 14.

Hæc angelorum gloria,

Dulcisq̄; delectatio:

Nempe ut laborantes iuuent,

Et ut modestos prouchant,

Pellant ut ægrimoniam,

Et gaudio uero expleant.

Philip. lib. 1. Epig.

Hos nec ignauum sinis esse uulgus,

Nec per ingentes uolitare frustra

Aetheris tractus, temerè nec inter

Ludere uentos.

*Sed iubes Christo comites adesse,**Et pios coetus hominum tueri,**Qui tuas leges uenerantur, atq;**Discere curant.*

Ros. lib. 4.

*Huic cuiq; est custos bonus unus, & unus ab orco**Additur hostis atrox, ut det uictoria laudem**Maiorem, & magno surgat noua gloria bello.**Hos dextrum & leuum genios dixere uetusti**Humanis primum solitos nascentibus addi.**Angeli consiliarij.*

Fab. lib. 1. Ang. 5.

*Iacobe quid non senseras**Labane sub duro asperi?**Authore donec liberam**Fugam capeſſis angelo.**Vestro, Sabæi sanguine**Gauisus Herodes foret:**Sed ire monstratum est uias**Ductore tutas angelo.**Iosephus ipse cum pia**Maſtatus eſſet uirgine,**Ni reperisset hospitem**Per angelos Aegyptium.**Vixisset orbis lumine**Semper Tobias: angelo**Sed consulente, turbida*

DE ANGELIS
Vehunt medelum littora.

Angeli fortes.

Fab. lib. 1. Ang.

Quantum potest exercitus
Armatu are, machinis
Horrendus, aspectu efficit
Tantum uel unus angelus.

Ibidem 2.

Terrent tyrannos impios,
Mulant, trucidantq; urbium
Vertunt in illos mœnia.
Hypocritis pugnant, malos
Diras in optatum bonum,
Et læta uertunt omnia.
Terras peragrant & mare,
Intrantq; tetra carcerum,
Doloribus nostris dolent,
Gaudent uicissim gaudijs.

Ibidem 7.

Sint mille supra millia,
Totidemq; mille millia
Heroum, alti spiritus.
Quorum uel unus militi,
Iterumq; mille millia
Potens fugare & cedere.

Ibidem.

Quis Turca tam cruentus est?
Quis Moscobita tam ferus?

Quamuis

LIBER III.

254

Quamuis sua omnes agmina
Te Christe contra iungerent,
Nocere qui possent pio
Vni, tuente illum Deo,
Vno propugnante angelo.

Angeli pulchri.

Fab. lib. 1. Ang.

Caelestis illa concio

Nitore uincit Hesperum,
Splendore solis lumina.
Puras niues albedine,
Pernicior uentis, magis
Premens retorto fulmine.

Angeli humiles.

Fab. lib. 1. Ang.

Non ullus usquam passus est
Vel se inuocari, uel coli
Honore diuino angelus.
Nam qui creauit, conditis
Est maior & potentior
Ibidem.

Tales honores respuunt
Illi modesti & simplices:
Deoq; subiecti angeli
Nec deirahunt Dei, & suo
Addunt procaces nomini.

Angeli praesentes.

Fab. lib. 1. Ang.

NOB

DE ANGELIS

Non ignis in turri potest
 Noctu latere, aut arduo
 Arx structa monte per diem:
 Nec angelorum unquam latet
 Nocte & die presentia.

Idem lib. 3. Ang.

Mortale non tamen genus
 In luce tanta, & gratia, &
 Sublimitate deserunt
 Bonis fauentes angeli.

Angeli liberatores.

Fab. lib. 1. Ang.

Contra furores, armaq;
 Currusq; & ignes hostium,
 Contra leones, uinclaq;
 Seruant potentes angeli.

Ibidem.

Non terret hastis, non equus
 Conculcat, aut uorat leo:
 Non naphtha consumit, ligant
 Non uincula, quem circum angeli
 Ponunt sacri custodiam.

Idem lib. 3. Ang.

Non aspidi uenena sunt
 Non regulo, non uiperæ
 Non uis leoni seruido,
 Seruantibus nos angelis.

Angeli

Angeli egrotis praesentes.

Fab. lib. 2. Ang. 14.

O' ter beati qui sumus
 Curæ pie coelestibus,
 Cum nulla spes est amplius
 Vitæ caducæ, deserunt
 Cum nos amici, seraq;
 Manus medentis deficit.
 Tunc roborat mentem sacræ
 Aegram, unctione spiritus,
 Lectisq; nostris assident,
 Manusq; subdant angeli.
 Idem lib. 3. Ang.

Astant & in certamine
 Nobis fideles, tempore
 Urgente mortis: nec suas
 Lectis ab egrotantium,
 Linguis ab inuocantium
 Aures, manusq; dimouent.

Angeli pronubi.

Fab. lib. 2. Ang.
 Coelestis, acer, fulgida
 Deiq; formis concio
 Nos, nos tuetur coniuges:

Ibidem.

Illâ ipsa sancta natio
 Gaudens bonis mortalium
 De conatoris numine

DE ANGELIS

Et arbitrato, fœderis
 Fauet maritali, & Deo
 Iugat probata pectora.
 Fert ipsa tædas, annulos
 Tradit, choreas instruit,
 Mensæ ministrat, lectulum
 Sternitq; custosq; assidet.
 Arcet uenena demonis,
 Turpes amores, inuidas
 Linguas, malum Cupidinem,
 Tela inferorum flammea.

Angeli custodes corporis:

Fab lib. 2. Ang.

Mouere non possunt pilum,
 Turbare non laciniam,
 Vni pio, omnes impij,
 Tota & potestas demonis.
 Sunt nostra tuta corpora,
 Stipante cœlorum choro,
 Quem Christus ipse fungier
 Præcepit isto munere.

Angeli hospites.

Fab. lib. 2. Ang.

Mores creatoris sui

Casti sequuntur angeli:
 Qui non recusant paruulas
 Casas eorum uisere,
 Qui sunt colentes numinis.

Angeli

LIBER IIII.

655

Angeli comites.

Fab. lib. 2. Ang.

- Fides, fraternaq;

Est angelorum, quod suam

Genti imbecilli, & infimæ

Non obsequelam denegant.

Angeli custodes familiarum.

Fab. lib. 1. Ang.

Septum molossus sicuti

Noctes diesq; circumit

Lupo resistens: sic casas

Obire cum mapalibus

Armata, uindex, peruigil

Cœli solet custodia.

Cingunt ut u bœm incenia,

Seruantq; uectes ut domum:

Sic seruat æles angelus

Patrum preces dicentium

Quas manè, quasq; u. spero,

Matrona siue ancillula

Gratis recensent mentibus.

Idem lib. 1. Od 9.

Quis mortalis enim tot retia nexa suarum
infirmata e uirtum

Effugeret, si non meliore adiutus opum ui,
Malum imminens euaderet?

Nam nulli sua tuta domus fidiq; penates
Essent, & armis improbos

Muniti

Muniti ac ferro, nequicquam iremus in hostes,

Aut in manus grassantium:

Votaq; deprensi frustra faceremus in alto,

Nec herba morbos tolleret,

Tum seges agricolam fallaci luderet aruo,

Non uua funderet merum.

Nemo suam aspiceret, dulcissima pignora, prolem,

Matris nec atam uiscere.

Tanta sitis perdendi hominem, nisi Christe fidelem

Cunctis dedisses angelum

Angeli prohibitores facinorum.

Fab. lib. 3. Ang.

Arcent sacrati scilicet

Blaſphemiam & malum angeli,

Hortando conseruant pios,

Culpando prauos retrahunt.

Angeli inspectores.

Fab. lib. 3. Ang.

Nihil pudendum, aut dirum agas,

In actiones angeli

Iuſi ſolent inquirere.

Ibidem.

Adſunt ubiq;, & omnia

Vident, & imprimis pios

Grandi iuuant certamine.

Angeli deprecatores.

Fab. lib. 3. Ang.

Illi precem nostram audiunt,
 Deo ferunt & referunt
 Responſa, & adiuuant ſuo
 Fauore, ſupplicanti ſimul,
 Fletuſq; acerbos colligunt.
 Nec inſcio hæc narrant Deo
 Surdoq;: nam is omnia
 Nouit, uidetq;, & antea
 Quam quæq; facta ſunt, tenet.
 Sed iuſti agunt & conſulunt
 Quo tempore & loco iuuent,
 Nos & quot armis muniant,
 Quibûſue telis militent.

Angeli ſtudiorum fautores.

Fab. lib. 3. Ang.

Amant labores angeli
 Non deſides unquam, & bona
 Vendit Deus laboribus.

Ibidem.

Mentem ſupernæ & flammæ
 Rei inſciantes nullius,
 Gaudent docere ſimplices,
 Rudes monere & incitis
 Alas & ignes addere.
 Uſq; uiribus Dei,
 Mentem mouentis ſpiritus,
 Virtutem & eloquentiam

DE ANGELIS

Dedere saepe paruulis.

Angeli peccatis abiguntur.

Fab. lib. 1. Ang.

Vt fumus in nubes apes
 Odor columbas terrior
 Fugat: fugantur angeli
 Sic luctuoso crimine,
 Mentisq; culpa incredulae.

Angeli pœnitentia hominis delectantur.

Fab. lib. 1. Ang.

Romanus haud sic plausibus
 Gestit triumphans, cum gregem
 Trahit cathenis hosticum:
 Quantum cohors coelestium
 Gaudetq; plauditq; unius
 Abiectione criminis,
 E' fauce peccator mali
 Cum liberatur aëmonis.

Angelorum arma.

Fab. lib. 1. Ang.

Arma angelorum sunt faces,
 Putredo, pestilentia,
 Romphae, & enses, impio

Semper

Semper neccm mimantia.

Angeli blasphemis irascuntur.

Fab. lib. 3. Ang.

Expers quidem iræ cœlica
 Est angelorum natio:
 Quæ flagrat æterni Dei
 Amore non cessabili.
 Sed illa tunc est maximè
 Feruens, amoreq; ignea,
 Cum nomen, & laus, & decus
 Regis Dei lacebitur.

Angeli nuncij.

Fab. lib. 1. Ang.

Vos ad Deum fidas preces
 Nostram in salutem funditis,
 Vos eius ore & pectore
 Semper fruentes, nuncij
 Sæpe estis optatissimi.
 Viles egenti qui cibos
 Dat, aui lacernam pauperi,
 Qui mortuis terram inijcit;
 Tectoq; curat hospitem,
 Eius parenti maximo
 Fertis, refertis nomina.

Ibidem.

Mentes beatæ gloriæ

Dei uehentes perpetim,
 Throno propinqua lucido,
 Quod audiunt, & quod uident
 Testantur ac denunciant.

*Angelus nuncius conceptionis Ioan-
 nis Baptista.*

Eob. lib. 1. Hero.

Thura Sabæa Deo sanctas incendit ad aras
 Zacharias: clausa solus in æde manens.
 Astiit ætherea delapsus ab arte minister
 Angelus, & tales edidit ore sonos.
 Chare Deo, confide, placent tua uota, tuisq;
 Ante Deum precibus gratia parta tibi est.
 Vxor præcipiti tua grandis Elizabeth æuo,
 Iam tibi concepto pondere mater erit.
 Nomen Ioanni statues insigne puello,
 Hic sacer hic fiet maximus ante Deum.
 Afferet ille puer toti noua gaudia mundo,
 Flamine sacra Deo pectora plenus erit.

Fab. lib. 4. Hym.

Ab angelo prædicitur
 Christi Ioannes angelus:
 Sacro repletus numine
 Clausus parentis uiscere.

Scip. lib. 1.

Ille autem de more sacri penetralia templi
 Ingressus,

Ingressus, pia thura dabat, lata atria circum
 Turba preces patri aethereo dum funderet omnis.
 Cum subito halanti caelestis nuncius arce
 Astitit, & dextra praesenti in lumine pulcher
 Effulsit: Mentem reuoca, gelidumq; timorem
 Pone pater: summi regis nam contigit aures
 Vox tua, concipiet contux sanctissima, uobis
 Quod fuit in uotis, & supplex saepe petisti.
 Quae postquam implevit felicitis tempora partus,
 Nascetur puer egregius, quem certa salutis
 Signa nouae, terris longum expectata ferentem
 Leticia effusis animus, plausuq; secundo
 Excipient multi, tollentq; ad sidera partum
 Voce hilari insignem, & magni cunabula uatis.
 Grataq; fundentes plenis munuscula dextris
 Omnia fausta illi dicent, atq; omnia lata.
 At tibi qui uacua tristi cum coniuge moeres
 Saepe domo, sterilisq; incusas damna senectae,
 Gaudia quanta dabit, qualis felicia uota
 Successus, tanto uobis implebit in ortu.
 Vix capient alacres uestra exultantia motus
 Pectora, & expleri dabitur uix corda tuendo,
 Luminibus talem puerum mortalibus: hunc tu
 Nomine Ioannem dices, non ulla tulerunt
 Secula, cui similem, ueniens nec uiderit etas.
 Magnus erit, poterit quem non humana probare
 Vox satis, & propria uirtuti extollere laude.
 Non ille erectos caelo tardantia sensus

Pocula, & aetherae mentis lesura uigorem
 Vna bibit, uiliq; sitim restinguere lympha
 Contentus, semper puri pia frena tenebit
 Pectoris, & sacris non ullo tempore curis
 Auellet nullo pollutam crimine mentem.
 Qui postquam in lucem ueniet, sanctaëq; iuuentæ
 In tacitis teneros syluis firmauerit annos,
 Os populis sacrum soluet, patrumq; piorum
 Oblitos longum natos, pia iussa docebit,
 Multorumq; animos, scelerum quos polluit atra
 Et recto auerit labes, ad frena uolentes
 Iusticiae adducet dictis.—

*Angelus nuncius conceptionis
 Christi.*

Fab. lib. 2. Ang.

Conceptum in aluo uirginis
 Vitæ datorem Gabriel
 Ad uirginem fert angelus.

Idem lib. 1. Hym.

Quod Esaias dixerat
 Intacta uirgo concipit:
 Ut semen illud conterens
 Caput draconis prodeat.
 Letum salutis angelus
 Perfert adeptæ nuncium,
 Promissa spes Emanuel

Nascetur

Nascetur orbi, psallite.
 Hic magnus est, & filius
 Altissimi uocabitur:
 Patrisq; regnum, termino
 Carens in æuum proferet.

Roī. lib. 1.

Ne trepida, ô uirgo, toti quæ fœdera tandem
 Mundo æterna refers, terrisq; optata salutem.
 Ipsius huc uento qui condidit omnia iussu.
 Ipse suam genitor missurus ab æthere prolem
 Te sibi delegit gratam, præq; omnibus ipse
 Te sibi dilectam prolis iubet esse parentem,
 In lucemq; feres tibi uirginitate retenta,
 Educesq; Deum uestro qui præbeat olim
 Phas generi, longumq; nephas expellat, & undis
 Omnia quæ Thetys terram circumfluit omnem
 Afferat, infernisq; iugum ceruicibus addat.
 Quid? si nulla parens cunctis ex matribus unquam
 Virgo fuit, patrum te sola ex uirgine mandat
 Esse Deus. Res nulla Deo, cui summa potestas
 Difficilis factu. Qua ui, quo semine primos
 Nouisti, tulit ipse pater, sinxitq; parentes.
 Quid referā annosasq; nurus, quibus edita proles?
 Quid Saram, matremq; tuā, est etiam tibi quondam
 Zacharie senis illa tuo de sanguine coniunx
 Longæua, insignem partum latura sub auras,
 Qui terris prolemq; tuam, dum uenerit ætas,
 Spes hominum, magniq; decus prænunciet æui.

Quare age ne dubita, Deus hæc opera alta faceffet.
 Cede Deo, mirisq; modis implebitur alius
 Prole noua, partusq; dabit cum numine prolem.

Acti. lib. 1.

Exue Dia metus animo, paritura uerendum
 Coelitibus numen, sperataq; gaudia terris.
 Aeternamq; datura uenis per secula pacem.
 Hec ego siderea missus tibi nuncius arce,
 Sublimis celeres uexit quem penna per auras
 Vaticinor, non insidias, non necere fraudes
 Edoctus, longè à nostris fraus exulat oris.
 Quippe tui magnum, magna incrementa per orbem
 Ipsa olim partus uirgo, sobolisq; beatæ
 Aspicias, uincet proauos, proauitaq; longo
 Extendet iura imperio, populisq; uocatis
 Ad solum latè ingentes moderabitur urbes.
 Nec sceptri iam finis erit, nec terminus æui.
 Quin iustis paulatim animis pulcherrima surget
 Religio, non monstra pijs, sed numina templis
 Placabunt castæ diris sine cædibus aræ.

Vida lib. 3.

Parce metu uirgo, placuisti ex omnibus una
 Coelituum regi, sciat quam prole parentem.
 Et iam concipies puerum grauis, ille erit ingens,
 Progeniemq; patris summi secla omnia dicent.
 Et quoniam multis olim feret ipse salutem,
 Seruabitq; pios, patrio dic nomine Iesum.
 Sedibus infernis iam nunc lachrymabile nomen,

Supra

Supra homines, supra aspicias se tollere, & ipsos
 Cœlicolas, fama insignem, ac præstantibus ausis.
 Nam pater omnipotens atauorū in sceptrâ reponet
 Pristina regnantem latè, regumq; sedebit
 In solio: neq; enim metas, neq; tempora regni
 Accipiet, toto æternam damnabitur orbe.

Aemil.

Ne metuas uirgo, quoniam tibi contigit ingens
 Gratia supremi ueniens bonitate parentis.
 Hæc deferre tibi cœlo qui nuncia iussit,
 Aspice concipies, sed non sine numine prolem,
 Et paries natum, faciès cui nomen Iesu.
 Magnus enim fiet, summi sobolesq; parentis
 Vnica dicetur, factis mirandus & ore.
 Huic pater omnipotens sedem Davidis auitam
 Tribuet, supraq; domum regnabit Iacob,
 Imperium sine fine tenens, & cuncta gubernans,
 Illius æternos regnum durabit in annos.

*Angelus nuncius natiuitatis
 Christi.*

Fab. lib. 2. Ang.

Natumq; mortalem Deum
 Fulgentis aule nuncij
 Agri canunt pastoribus.

Idem lib. 4. Hym.

Redemptor & rex omnium

Natus quòd es mortalium

Id Bethleitis angelus

Sidus Sabæis nunciat.

Idem lib. de Natali.

Angelicæ uoces, clarîq; per æthera cantus,

Prima ferunt tanti nuncia uerba boni:

Quem non immensi capit ardua machina cœli,

Promissus patribus nunc homo factus adest.

Qui Iacobææ genti sua scepra reponet,

Vagit Iessæa natus in urbe puer.

Ite, iacet duris tener in præsepibus infans,

Inuolutq; pium fascia multa latus.

Idem lib. 3. Ang.

Christo canunt genethlia

Toto sonantes æthere,

Felicitatem, gaudium

Gregum magistris perferunt.

Lotich. lib. Carm.

Agnoscit pecus, et gregis

Custodes Dominum, quibus

Christum nunciat angelus

Ad præsepe iacentem.

Ibidem.

Fortè simul pecoris custodes montibus illis

Seruabant clausos nocte silente greges.

Cum iuuenis supra caput illis astitit ales,

Et timor (horruerant) sit procul omnis, ait

Ætherea missus Seruator ab arce salutis

Vobis

LIBER IIII.

267

Vobis sub tecto paupere natus homo est.

Ite citi uiolis agrestes spargite cunas,

Ite, simul regi munera ferite nouo.

Eob. lib. i. Hero.

Nec taciti nascemur. erunt noua gaudia, fient

Omnia natalis lumine plena mei.

Agresti populo natum cantabit Iesum,

Cœlitus infanti turba ministra Deo.

Fab. lib. 4. Hym.

Fit angelorum uocibus

Notus Deus pastoribus,

Cum prima uidit lumina

Inter bouis præsepia.

Ros. lib. i. Christ.

Quæ clausum insomnes seruabant agmine magna

Nocte gregem, arcebantq; lupos, nocturnaq; furtâ

Pastores, qui multa ferunt incommoda nocte.

Olli omnes stupuere, nouamq; per æthera lucens

Diffusam timuere, nouaq; incendia flammæ.

Suspiciunt trepidi, rursum iubar emicat ingens

De cœlo, & liquidas uox est demissa per auras.

O' uos felices, cœlo dilecta iuuenius

Pastores, Deus ante omnes sua munera uobis

Scire iubet, magnumq; sui decus incrementi:

Progeniemq; suam, iacet in præsepibus infans

Custodisq; uiri, & diuæ genitricis in ulnis,

Rupe sub incurua, pectora inter agrestia natus.

Omnia quæ Thetys terram circumfluit omnem

Asseret,

Afferet, infernisq; iugum ceruicibus addet.
 Ergo agite, & uestrū & uestri Dominū gregis unā
 Agrestumq; Deum, & regum uenerabile numen
 Querite, cui sanctasq; preces & uota feretis.
 Hunc seruate diem, gaudet quo regia cœli,
 Quo pacē eternā, & magnos capit orbis honores.

Aët. lib. 3.

Tunc ait: O parui uigiles gregis, ô bona pubes
 Syluarum, superis gratum genus, ite beati
 Pastores, ite antra nouis intendito fertis,
 Reginam ad cunas, positumq; in stramine regem
 (Certa fides) alti iam iam moderator Olympi
 Cernere dat, properate, nouiq; tepentia lactis
 Munera, cumq; suo date condita subere mella,
 Insuetum & syluis stipula deducite carmen.

Vida lib. 3.

Ne trepidate uiri, uobis noua gaudia porto
 Ille pijs toties promissus uatibus olim
 Finibus his hodie natus Deus, eximet ille
 E tenebris hominum genus, atq; in pristina reddet.
 Illum uicina fas uobis cernere in urbe
 Effultum stipula, atq; humile ad præsepe iacentem.

*Angelus nuncius resurrectionis
 Christi.*

Fab. lib. 2. Ang.

Tunc Christe post tuam inclytam

De morte, peccato, hostibus,
 Et inferis uictoriam,
 Te suscitatum uiuere
 Narrat puellis angelus.

Idem lib. 4. Hym.

Vox angelorum nuncia,
 Immensa perferit gaudia,
 Peccata propter mortuum
 Christum Deo iam uiuere.

Eob. lib. 1. Hero.

Venimus ad clausi nuper loca nota sepulchri,
 Deiectum grandi pondere marmor erat.

Eccc, sed à dextris, dubitantibus omnia nobis
 Ignoti uisa est forma stupenda uiri.

Candidior niuibus uestis, coma purior auro,
 Plurimus in pulchro lumine fulgor erat.

Constitimus, subitaq; retro formidine lapsas
 Talibus impaudas uocibus esse iubet:

Lugentes Mariæ nihil hic timeatis, Iesum
 Queritis: est isto uisus abire loco.

Rura prior Galilæa petet, sic ante monebat,
 Dicite ut hæc Petrus discipuliq; sciant.

Vida lib. 6.

Cui iuuenis subito effulgens in uestibus albis
 Alligerum genus, ex cæli de gente: Quid, inquit,

Queritis, o matres: longo iam parcite luctu,

Atq; animis moestum tandem reuocate timorem,

Leticiam certa iam spe præsumite uestram:

Quando—

Quandoquidem quem uos adeò lugetis ademptum,
 Functæq; trahi fixum, ut scelus omne piaret,
 Vestraq; sponæ sua deleret crimina morte.
 Vnus pro cunctis Erebi iam rege subacto
 Manibus ex imis has rursus lucis in oras
 Victor ijs, superaq; etiam nunc uescitur aura,
 Corporis ablutus quæcunq; obnoxia morti.

*Angelus nuncius ascensionis Christi,
 & reditus ad iudicium.*

Fab. lib. 2. Ang.

Supraq; uectum sidera
 Magna triumpho, iudicem
 Inde esse uenturum canunt,
 Apostolis presentibus
 Stolis in albis angeli.

Ibidem.

Cùm Christus iret ad patrem
 Stratis triumphans hostibus,
 Iam iure regnorum Dei
 Ut uictor, utq; filius
 Effectus heres duplici:
 Ipsum rediturum nuntiant
 Qui stant ad eius in solo
 Cælisq; nutus angeli,

ANGELVS

Angelus nuncius diei extremae.

Roſ. lib. 1. Paul.

Iudicij ecce canet labens noua ſigna per auras
 Nuncius, & cunctos reuocans ad lumina uitæ
 Concutiet, mundumq; tubæ clangore replebit.
 Audiet omne ſolum late, atq; exterritus orcus
 Audiet, & fundo penitus freta mota ſonabunt,
 Sublimēſq; tremēt cæli, & ſurgentia ruruſus
 Vndiq; conuenient accepta corpora uita.

LIBER QVIN-

TVS DE TABVLA

Decalogi prima.

*Virtutes & repugnantia primi
 præcepti.*

PIETAS.

Sib. Pſal. 41.

Habet pietas ſua præmia. —

Idem Pſal. 44.

Dulcis amor, pietas ſuauis, clementia mitis,

Dant cauſam donis muneribuſq; Dei.

Idem Pſal. 103.

Nam pietas eſt grata Deo, quæ ſœdera ſeruat,

Et

272 DE TABVLA DEC. I.

Et legem sanctas nititur ire uias.

Idem Epin. lib. 1.

Non tibi inaurato sic scilicet hostia cornu,

Sacratisq; placent exta cremata focis.

Vt pura candor mentis, probitasq; fidesq;

Victima qua non est gratior ulla Dei.

Fab. lib. 1. Milit.

Mens peccare timens, et sacro dedita uerbo,

Inq; tuos cultus officiosa placet.

Idem lib. 2. Mil.

Nam qui non pietatem haurit cum lacte parentis,

Ille bonus frustra cogitur esse senex.

Piorum premia.

Sib. Psal. 31.

Que bona sunt à te, sunt quanta recondita iustis,

Expectant sanctos qualia dona uiros?

Coetu illis magno que dasq; dabisq; uidente,

Quod tua non ullo uerba pudore tegunt.

Cum furiasq; fines, irasq; exire, sinuq;

Attingant, ut eos iurgia nulla, teges.

Eob. Psal. 31.

Quam bona seruasti te magna timentibus, et quam

Sunt ea secreta condita clauē tibi.

Iam mundo spectante tuis bona cuncta dedisti,

Submittunt fidei qui sua corda tue.

Occule sub latebris ipsos, ne turba malorum

Irruat, et captis iura superba serat.

ipsos

*Ipsos ceu tacito tuguri sub culmine condes,
Ne mala iurgatrix lingua mouere queat.*

Sib. Pſal. 32.

-Bonitatis ab omni

At circum iustos premia parte fluunt.

Eob. Pſal. 32.

- At ille

Qui didicit Domino fidere, ſaluus erit.

Sib. Pſal. 37.

At pax & ſecura quies, & iugera lati

Expectant inopes tempus in omne ſoli.

Eob. Pſal. 37.

Totius exulibus cedit poſſeſſio terræ,

Perpetuæq; bonis gaudia pacis erunt.

Sib. Pſal. 37.

-Pacis amantem

Pax manet, inuita morte ſuperſtes eris.

Idem Pſal. 64.

At quorum nullum ſcelus eſt in pectore pura

Qui reuerenter habent religionem Deum;

Numinis auxilio freti firmante caducam

Spem uerbo læta gaudia mente ferent.

Eſſe Dei curæ quod & ipsis contingit, alto

Vera læuabit eos gloria lausq; polo.

Eob. Pſal. 64.

At qui iuſtus erit, Domino confidet, & ipſi

Nitens perpetuo tempore lætus erit.

Et quorum directa Deo ſunt pectora uiuent,

t

Hæc

Hec his perpetuæ gloria laudis erit.

Sib. Pſal. 68.

At iuſtis implet præcordia læta uoluptas;

Delicijsq; iuuat luxuriare pijs.

Eob. Pſal. 68.

Delicijs at plena habeant ſua gaudia iuſti,

Ante Deum iuſti gaudia certa ſerant.

Sib. Pſal. 69.

Mœnia ſeruabis Solymes, habitanda colonis

Oppida Iudææ diſtribuesq; tuis:

Certa manet iuſtis rerum ſors omnibus æuis;

Reddere dona poteſt irrita nemo Dei.

Eob. Pſal. 69.

Nam Deus æthereæ ſaluabit ab arce Sionem,

Vrbes reſtituet fortis Iuda tuas.

Rurſus & hic habitent homines, & iugera terræ

Hereditum proprio pinguis iure colant.

Atq; ea poſteritas per ſecula cuncta tenebit

Horum, quos Dominum iuuat amare Deum.

Sib. Pſal. 91.

Tutus ut è laqueo ſis uenatoris & aſtu,

Ergo age de toto pectore trade Deo.

Ille ſacro alarum te condet tegmine, ſcutum

Illius æratum eſt, parmaq; firma fides.

Non tibi nocturnos portabunt ſpectra timores;

Non uolucris claro miſſa ſagitta die:

Non peſtis nigra uultum caligine teſta,

Non medium cœli ſole tenente, lucis.

Nil horum ledet te, quamuis millia læua
 Parte, sed ad dextram millia dena ruant.
 Lumine spectabis læto, quas improba pœnas
 Turba luet, præ te bella ferente Deo.
 Eob. Psal. 91.

Hoc duce de laqueo uitam uenantis abibis,
 Tutus est è pœnis uindice liber eris.
 Iste ceu proprijs securum conteget alis;
 Obnubet uultus illius umbra tuos.
 Huius enim pietas immensa, et cura fidelis
 Omnibus agminibus grandinis instar, habent.
 Ut neq; nocturnos possis metuisse pauores,
 Quæq; uolant claro noxia tela die.
 Non etiam obscuro grassantem nomine pestem,
 Non mala quæ media luce uenire solent.
 Millia multa tuæ sternentur fulmine dextræ,
 Et tua letho animas mille sinistra dabit.
 Non tamen ulla tibi feret hæc incommoda clades,
 Nulla nocere manus quæ tibi possit, erit.
 Tu uerò aspicias quas turba det impia pœnas,
 Visaq; res oculis læta erit ista tuis.

Sib. Psal. 91.

Pectore qui prompto curæ, arbiter inquit Olympi,
 Se nostræ totum, præsidioq; dicat.
 In uerboq; meo solida pietate recumbit,
 A me defensus tristia nulla feret.
 Quod nomen nouit nostrum, mea robore uindex
 illum perpetuò dextra potente teget.

Clamantis faciles præbebo uocibus aures,
 Rebus in aduersis auxiliumq; seram,
 Omnibus ut fame monumentis insitus auis
 Existat populi lausq; decusq; sui.
 Ac tandem uitæ cum longum expleuerit æuum,
 Aetherea felix cedat in astra uia.

Eob. Psal. 91.

Me siquidem Deus, inquit, amat, bona largiar illi
 Omnia, ut expediens per mala uictor eat.
 Nam quia cognouit qua sim pietate, quibusue
 Viribus, haud ullis uiribus ille cadet.
 Me uocat ille, mihi libet exaudire uocantem,
 Robur in aduersis sentiet ille meum.
 Cuncta mala auertens ab eo, bona cuncta tuebor,
 Ipsius hinc clarum gloria nomen erit.
 Hunc ego longæuos faciam superesse per annos,
 Illi plena meæ uita salutis erit.

Sib. Psal. 97.

Lux seritur iustis, & lati gaudia cordis,
 Gaudia non ullo finem habitura die.

Eob. Psal. 97.

Proditæ lux iusto est, & qui sunt pectore recto,
 Leticie fructu non caruere sue.

Sib. Psal. 119.

Pax manet & secunda quies, tua dicta timentes,
 Quo pede coeperunt, & bene semper eunt.

Eob. Psal. 119.

Pax erit alta tuæ scrutantibus abdita legis,

Nil

Nil offendiculi quod uereantur, erit.

Sib. Psal. 125.

Pectore qui magno fidunt Dominoq; Deoq;

Omnia perpetua qui ditione tenet.

Robore consistunt ualido, sacrata Sionis

Vt iuga, uis illos nec mouet ulla loco.

Eob. Psal. 125.

In Domino quibus est fiducia uera, manebunt

In Domino, ut rupes inuiolata Sion.

Hi neq; concussi quatientur casibus ullis,

illos perpetuò nulla ruina premet.

Sib. Psal. 126.

Qui mæsti dubiæ committunt semina terræ,

Post læti grauida gaudia messe ferunt.

Non aliter lachrymas sementem fecimus arua,

Per non humanæ tristia barbariæ.

At libertatis nunc aucti fruge, maniplos

Læticiæ ferimus gaudia plena manu.

Eob. Psal. 126.

Qui sua condiderint in terram semina flentes,

Farra, suis læti rebus, adulta metent.

Ibant ut sererent quæ semina pulchra ferebant,

At lachrymis flentes immaduère genæ.

Nunc demessa suis portantes farra manipulis,

Læticia redeunt se comitante noua.

Sib. Psal. 128.

O' felix puro metuis qui corde tenentem

Astriferi Domini scepra uerenda poli.

Cui sacra ducit quæ legis semita, uerbi

Explorat cæcas cura beata uias.

Non te deficient manuum quæ sita labore,

Felici semper sorte beatus eris.

Eob. Psal. 128.

Quem peccare Dei uetuit timor, ille beatus

Illius ut rectas nouerit ire uias.

Felix quem manuum nutrit labor, omnia cedent

Quisquis es, ex uotis accumulata tibi.

Larga tibi plenum diffundet copia cornu,

Gratia uerarum nulla deerit opum.

Sib. Epin. lib. 1.

Dedita mens quorum tibi dum tua iussa faceffunt,

Te pura fidei simplicitate colit.

His reddis clemens amplissima præmia, nunquam

Est fraudi uirtus, & pia uita bonis.

Flam. Psal. 3.

Solus colentibus piè numen tuum

Aeterna donas gaudia.

Idem. Psal. 128.

Beatus ille qui piam sese Deo

In seruitutem dedicat.

Semper paratus exequi sanctissimis

Quod ille uerbis imperat.

Non is paterna rura inaniter colit,

Sed quæ feraci semina

Sinu recepit fundus, illa maximo

Reddit colenti sænore.

Actius.

Postq; tot exhaustos uite, obitusq; labores
 Illo quo pluuias, quo pellit nubila uultu
 Ablutos labe excipiet, letusq; reponet
 Sidereos inter proceres, sanctumq; senatum.
 Sub pedibusq; dabit stellantia cernere claustra.

Fab. lib. 2. Ang. 16.

Contra renidebunt pij
 Mundo soluti & demone,
 Carnisq; claustro liberi
 Splendore solis clarius,
 Mi. ante, & æthra pulchrius,
 Vultu Dei cumq; angelis
 Semper fruuntur, & sui
 Christi canent præconia,
 Leu beato spiritu.

Idem. lib. 1. Milit.

Vt rumpatur enim mundus, uictoria nostra e, t:
 Ut frangat se uis infæra, nostra salas.
 Noster honor quamuis deletus sæpe uidetur,
 Et redit, & quassu firmior esse solet.

Ibidem.

Quisquis amore Dei flagrat, tutusq; sacerq;
 Per medias undas, tela per hostis cat.

Idem lib. Vi. C. Cæl.

At nos turba Deo confisa manebimus omnes,
 Et dices erimus de bonitate Dei.

Sib. P. sal. 55.

Mœrorum duras qui uoluis pectore curas,

Depone in gremium tristia quæq; Dei.

Ille tui curam, lenimen dulce laborum

Et gerit, auxilium fertq; refertq; tibi.

Non patitur cœtum premat impia turba bonorum,

Perpetuò humanum qui genus omne regit.

Eob. Psal. 55.

Res curasq; tuas Domino committe potenti,

Is tua, req; ipsum cuncta tenere potest.

Ipsè loco faciet stabili consistere iustum,

Et bona letificæ pacis habere dabit.

Sib. Psal. 56.

Ite procul curæ, pauidus timor omnis abesto,

Quis me quis lædat, si tegis ipse Deus?

Eob. Psal. 56.

In uerbo Domini mihi gloria uera manebit,

Vni fixa Deo spes mea semper erit.

Quæ mihi donec erit, sic ut non fracta manebat,

Non hominum metuam prælia, robur, opes.

Sib. Psal. 56.

Nota fugæq; tibi nostræ, lachrymæq; reposta,

Et numerata pater quæ uelut utre tenes.

Eob. Psal. 56.

Fac libeat numerare fugas quas passus aberro,

In uacuo lachrymas codice scribe meas.

Illarum numerus tibi iam constabit, et harum

Qui mihi quàm uellem nunc quoq; maior adest.

Sib. Psal. 62.

Auribus

Auribus illius motus deponite cordis,
 Inq; sinum curas fundite, uota, preces:
 Ille suis dexter nullo non tempore perstat,
 Ut tutum felix aura secundet iter.

Ro. lib. 2.

Mox cœli rex immensus mitescet, & ultrò
 Vultum, cœlicolis solitus quem promere pandet:
 Respicietq; pios, clarumq; per æthera passim
 Fulgorem infundet, cœliq; extollet in arcem
 Innumeros ciues, & cœtu implebit Olympum.

Timor Dei.

Sib. Psal. 19.

At Domini castus timor est, & lege solutos
 Mortis conseruat tempus in omne pios.

Eob. Psal. 19.

Mundicie res plena Deum timuisse, nec ullo
 Tempore in æternos interitura dies.

Sib. Psal. 25.

Nam ueneror Dominum, cuius qui numen adorat

Illius cæcum uersat an error iter?

Commodo num uitæ defint, nec totius hæres

Cum natis teneat, quæ patet, orbis opes?

Eob. Psal. 24.

Quisquis erit Dominum metuant qui pectore toto,

Illius electam diriget ipse uiam.

Affluet huic fœcunda bonarum copia rerum,

Huius posteritas orbis habebit opes.

Consilia his arcani Dei sunt cognita solis,
Illius iratam qui timuere manum.

His agnosse dedit sua fœdera, qualia nunquam,
Nec caro nec sanguis fœdera nota tenent.

Sib. Psal. 34.

Cuncta Dei cultor commoda diues habet.

Eob. Psal. 34.

Querentes Dominum copia diues alet.

Sib. Psal. 112.

Fonte uelut manat sapientia uera timore,

Qui fluit è certa cognitione Dei.

Eob. Psal. 112.

Iure timor Domini sapientia prima uocanda est,

Felices quorum cordibus illa sapit.

Sib. Psal. 119.

Omnia contingunt mihi te bona dante, quòd omni

Obseruo legis tempore iussa tue.

Phil. lib. 1. Epigr.

Ergo omnes Dominum Deum timete.

Nam prima est sapientia hunc timere.

Quisquis iussa Dei facit, colitq;

Is demùm sapere optimè est putandus.

Idem lib. 5. Epigr.

Est uerè metuiffe Deum sapientia prima:

Hunc metue, euenient cuncta secūda tibi.

Fides.

Sib. P. 31. 2.

-Beati

Qui fidunt humili pectore cunq; Deo.

Eob. Psal. 2.

Felices quicumq; illi confidere possunt,

Quo sine non alia est spes rata, nulla salus.

Sib. Psal. 27.

Pectore fide Deo forti, constantia mentem

Roboret, infracto pectore fide Deo.

Eob. Psal. 27.

Quisquis es, à Domino totus pendeto, tibiq;

Sic animo consta fortis ut esse queas.

Ille tibi uires, roburq; in corpora mittet,

Tantum perge Deo fidere, saluus eris.

Fab. lib. 1. Ang.

Qui credit huic, nec consulit

Carnem, aut obedit sensibus,

Nec cordis idolum colit

Sui, hic manebit, & Deum

Claro uidebit lumine.

Nam quisquis est incredulus

Manetq; mendacij arguit

Deum, graues & uindices

Ipsos habebit angelos.

Quod quisq; credit, impetrat;

Quod sperat, affecutus est.

Ibidem.

Fides uia ad cœlum, fides

Cunctis placet cœlestibus.

Ibidem.

Ibidem.

Gaudet fide uinci Deus,
Virtute gaudent angeli.

Ibidem.

Fides ad excelsi latus
Patris sedens, est angelis
Iucunditati, & filio
Dei perennis gloria.
Fidei ministrant arduæ
Amica coelorum agmina.

Idem lib. 1. Oda 1.

Alma fides, hominem quæ sola beas, facisq; iustum,
Choros, & inter coelitus reponis:
Quæ premis atq; fugas supra caput imminens peri-
Necisq; terrorem omnibus minantem (clum,
Demis, & auxilio nunquam finis esse destitutum
Per Adriam, Aetnam, per truces tyrannos
Intemeratus iter carpam, neq; pontus, ignis, ensis,
Nec ulla inermi uis nocebit unquam.
Nam comitante fide, fractus licet obruatur orbis,
Nihil bonis quicquam mali timendum.

Idem lib. 2. Oda 3.

Impetrat fides quod uult.

Ibidem 6.

Omnis æthere gratia
Per fidem datur ac preces
Ad Deum assiduas, pio
Corde quas homo fundit.

Idem

LIBER V.

185

Idem lib. 3. Hym

Non est opus carnis fides.

Idem lib. 2. Piet.

Ipsa fides uerè est regni cœlestis imago,

Quæ se propitium nouit habere Deum.

Et non uisibilem tamen aspicit, atq; potentem

Intrepidæ recto lumine mentis adit.

Ibidem.

Vera fides non est res Christi dicere gestas,

Sed Christum Dominum posse uocare suum.

Idem lib. 1. Milit.

In benefacta Dei quisquis spem fixerit, ille

Præmia pollicitis uberiora feret.

Ibidem.

Absq; pijs simulata fides est mortua factis,

Qui Christum credit, membra quoq; eius amat.

Ibidem.

Sola uia ad superos, uerbū & sacra uulnera Christi,

Quæq; his est omni tempore nixa fides.

Idem lib. 2. Piet.

Nesciaq; aduersis cedere pulchra fides.

Ignaris lux est, & consolatio fraclis,

Diuini excutiens abdita consilij.

Ibidem.

Ignea uis fidei, quæ nubes rumpit aquosas,

Ignea uis sanctæ, cum petit astra, precis.

Idem lib. 2. Mil.

Grata Deo est hilari cum pietate fides.

Sinceroq;

Ibidem.

De Domino quisquis pendet mandataq; seruat,
Sinceroq; suum prædicat ore Deum.

Nescius ille omnis peraget discriminis æuum,
Et clara in cœli luce beatus erit.

Idem.

Quisquis in hunc natumq; Dei, natumq; puellæ
Credidit, is rumpit ferrea uincla necis:

Ille triumphatos metuit non amplius hostes,
Humanum perdunt qui sine fine genus.

Hac uixere fide qui sunt Epbronis in antro
Conditi Hethitarum turba sepulta solo.

Idem Vict. Cæl.

In Domino cuius stabilis fiducia, nunquam
Fallitur, euentus spes habet illa bonos.

Ibidem.

Quàm pulchrum est Domino tota considerare mentem,
Nosq; eius tutos esse putare fide.

Non cultus melior, non illi gratior ullus,
Quàm sperare suum non aliunde bonum.

Ibidem.

De Domino quisquis terræ cœliq; potente
Pendet, metitur robur & inde suum:

Eximie sapiens & fortis habebitur ille,
Et fidei tandem præmia summa feret.

Omnia quæ fecit, peccata obliuio tollet,
Atq; preces magni ponderis eius erunt.

Vtq; ipsum totus coniuaret perdere mundus,

Præsidium

Præsidium saluus semiet angelicum.

Ibidem.

Innumera humane cum sint incommoda uite.

Pendendum unius de pietate Dei:

Vt nos atra fames, utq; aspera bella fatigent,

Et positas rapiant hostis & ensis opes.

Abijcienda tamen non est fiducia fortis,

Quæ leuat in medijs pectora mœsta malis.

Fide Deo cœli, uatesq; fideliter audi,

Assiduasq; pia concipe mente preces.

Dum carpes dulcem tenebrosa nocte quietem,

Depulsa surget nubẽ serena dies.

Nudus es, ipse Deus nudum hostis uiste fouebit;

Pauperes, illius fundo opulentus eris.

Si premet ægra fames, eius saturabere panes:

Si sitis, illius dola uina dabunt.

Ibidem.

In solo sperare Deo tutissima res est,

Spem fidam nunquam non iubet esse ratam.

Micyl. lib. 5. Syl.

Non igitur Domini quiuis penetrabit ad arcem,

Aut poterit summi regna uidere patris.

Non animo quisquis uiuit corruptus auaro,

Aut quem magnarum uexat Eriannys opum.

Nec qui perniciem fraudemq; intendit egenis,

Aut miseros falsa circuit arte uros.

Aut cui relligio populi simulata furor in

Conciliat, blandis mistaq; uerba dolis.

Sed quem cana fides, & fuluo carior auro
 Commendat pietas, cordaq; sancta Deo.
 Qui faciet quodcunq; Deo placuisse uidebit,
 Votaq; diuino ponet in arbitrio.
 Hunc Dominus placido quondam solabitur ore;
 Et solitum ad uitam ferre docebit iter.
 Hunc teget, & rerum per tot discrimina tutum
 Tranquillus faciet tendere uela notis.

Ibidem.

Qui sua cœlesti commisit uota parenti,
 Fixit & in summo spemq; fidemq; Deo:
 Non illi tumidis fortuna inimica procellis,
 Non uires hominum, non nocuere minæ.

Deus est adorandus.

Sib. Pſal. 72.

Quamq; diu cœlo sol & uaga luna micabunt,
 Numen adorabunt omnia secla Dei:

Sib. Pſal. 99.

Ducite cœlesti ludosq; chorosq; parenti,
 Nec mora sit pedibus procubuisse sacris.

Eob. Pſal. 99.

Magnificate Deum nostrum, simul ipsius altum
 Nomen adorantes magnificate Deum.

Nomen adorantes sanctum conscendite montem
 Ipsius. est etenim sanctus & ipse Deus.

Fab. lib. 2. Ang.

Seu mens tua agrimonia

Seu corpus affectum lue,
 Pertende, spera, supplica,
 Cælum patet fidentibus.

Idem lib. 2. Milit.

Pulchrum est in dubijs ad te Deus ora leuare,
 Inq; tuo esse hominum pectora fixa metu.
 Pulchrum est non alij laudem assignare salutis,
 Sed tibi sincera sacrificare fide.

Vida lib. 4.

Huic ô ritè preces, huic digna piacula ferte,
 Cui mare, cui tellus, campisq; patentibus aer
 Obsequitur, nitidq; tremit plaga lucida cœli.
 Huic procumbite humi, prostrati huic pandite uota.

Ros. lib. 5.

Quin potius regi ætheréo celebratis honorem,
 Qui fecit, qui cuncta regit, recturus in æuum:
 Surgere dat sata, dat syluas, prolemq; natantum
 Et pecudum, alituumq; implet uitalibus auris,
 Mortales uocat ad cœlum, quos faucibus Orci
 Eripuit lethi dono miseratus, & ultro
 Dijs iubet errantes uerti ad meliora relictis.

Micyl. lib. 5. Syl.

Ne tu diuino quenquam uenereris honore,
 Me dempro, aut ulli thura precesq; feras.
 Nèue tibi statuæ, uel eburnea signea colantur,
 Non aurum, aut solers quod dedit ulla manus.
 Quicquid habet tellus, quicquid mare, quicquid &
 Effugiat cultus omne, precesq; tuas. (æther
 4 Namq;

Namq; ego sum Dominus uindex pietatis, & ultor,
 Nec patior quenquam nomen habere meum,
 Sed mea qui uiolat non æquo numina cultu,
 Querit & externos impius ipse deos:
 Hunc ego cum natis, & qui nascentur ab illis,
 Supplicio in quartum prosequor usq; genus.

*A Deo semper incipiendum, &
 in eundem desinen-
 dum.*

Stro. Proseu. lib.

At quicumq; Deum suplex affatur, ab illo
 Incipiat, uersoq; in eundem fine quiescat.

Fab. lib. 1. Piet.

Incipiens à te labor omnis, desinat in te,
 Inq; tuo totus numine prosper eat.

Hypocrite.

Fab. lib. 1. Milit.

Nil nisi de sacris, & de pietate loquuntur,
 Est illis falso plurimus ore Deus.
 Sed cor perfidiæ plenum est, & dextera fraudis,
 Quæq; iuuare putes, hac ratione nocent.

Ibidem.

Excute seruitium, blandos disperde tyrannos,
 Qui ludunt ficta religione Deum,
 Micyl. lib. 5. Syl.

Hi Domini assiduo uerbum clamore fatigant,
 Et populum ficta relligione mouent.
 At si uita domi qualis sit, cordaq; spectes,
 Et uideas oculis interiora tuus.
 Aspicias omni pollutos crimine mores,
 Qui nihil ex toto quod profitentur habent.
 Sed uelut ingentes fulgent per templa Colossi,
 Aurataq; solent fronte referre deos.
 Si terga inspicias multis tenebrata cauernis,
 Deformes habitant intus araneoli.
 Sic illi ficto simulant pia pectora uultu,
 Intus auaricia atq; ambitione tument.
 Qui neq; sancta Dei solito uenerantur honore,
 Nec puro Domini iussa timore colunt:
 Sed ludum præcepta putant, quæ summus ab alto
 Pro sacris homines iussit habere pater.
 Dum quoscunq; uident aliquo florere fauore,
 E' medio tacita pellerè fraude parant.
 Et neq; ferre pares, neq; maiores reuereri
 Possunt, sed proprio nomine cuncta replent.
 Atq; ipsos turpi deformant ore magistros
 Vnde ea, si quæ ea sunt, quæ didicere tenent.

IMPII.

Fab. lib. I. Ang.

Non est Deus, nec ullius
 Vltrix potestas numinis,
 Hoc dicit omnis impius,

Fanda & nefanda perpetrans.
 Libidinosus feruidæ
 Blanditur ipse insanie.
 Christus superbus erigens
 Caput superfert nubila.
 Non nouit immerentibus
 Sillis cruenta parcere.
 Sacris, prophanis improbas
 Manus auarus iniicit.
 Quod non Deus sit, talia
 Qui facta committunt, suis
 Fatentur actionibus.

Impij in hac uita florent.

Sib. Psal. 73.

Non florere malos, non æqua mente uidebant,
 Obruit impuros rara procella uiros.
 At lehi obijciunt non ullum uita periculum,
 Instar marmoreæ robora turris habent.
 Sors melior multo communi sorte, nec unquam
 Quas alij ærumnas, dannaq; dura ferunt.
 Hinc illis fastu torquantur, colla superbo,
 Pellis & immanis membra leonis obit.
 Luxuriant leta facta pinguedine, mente
 Quæ formant auida uota timore carent,
 Abijciunt alios lingua petulante, referre
 Cum sua postposito facta pudore placet.
 Oraculi uim uere dici quæcunq; loquuntur,

Quæ

Quæ mandant legis pondus habere iubent.

Miratur uulgus, populus sectatur, ad illos

In mare quot fluij tanta caterua ruit.

Impura qui non dubitant sic uoce profari,

Cura hominum genus hoc quis puet esse Deo.

Cœlicolũm quis se regem profitentur amare?

Quisquis is, haud tangunt inferiora Deum.

En talis scelerata cohors, quibus impia lucro

Vita, nitet magnis & domus alta opibus.

Eob Psal. 73.

Namq; uidens stolidos animo indignante ferebam,

Impia tam pulchra nomina pace frui.

Nam nec atrox duræ mortis uentus imminet illis,

Nec stabiles forti fors rotat ulla manu.

Sicut enim scopulis obcuntibus insita turris,

Illorum nulla ui quatiuntur opes.

Non hos, ut reliquos homines, Dea luminis expers

Deijcit, aut fugiens terga uidere iubet.

Non hos ærumnæq; graues, duriq; labores,

Non hos pauperie tristia fata premunt.

Illorum ergo suas immensa superbia laudes

Inuenit, & tales friuola cuncta decent.

Diuitijs tumidi primos uenantur honores,

Et sibi quæ libeant cuncta licere putant.

Iam quoq; turpis inest stolido iactantia fastu,

Ut lingue nequeant ponere frena suæ.

Omnia contemnunt præter sua facta, suoq;

Omnia iudicio discutienda putant.

Omnia sicut agunt, sic & uiolenta loquuntur,
 Sæpe etiam superas lingua superba petit.
 Vaniloquo summum tetigerunt gutture cœlum,
 Garrula per totam lingua uagatur humum.
 Talibus accedunt igitur pars maxima uulgi,
 Quos apud optatis exatiantur aquis.
 Dicere nec metuūt: Quis enim sciat hæc Deus, an sit
 Mens aliqua excelsi quæ sciat ista Dei?
 Hæc est illa suæ contemptrix turba salutis,
 Hæc est illa suo gens malefida Deo.
 Hos fortuna fauens in sede locauit honorum,
 His & opus parent, & fauor omnis adest.

Impiorum interitus & pœna.

Sib. Psal. 18.

Impius in uacuas ceu puluis, spargitur auræ,
 Conteritur multo, ceu uia plena luto.

Eob. Psal. 18.

Pulueris in morem quem dissipat aura, peribunt,
 Turba erit abiecto uilior ista luto.

Sib. Psal. 21.

Utiq; cremat calida stipulas fornace caminus,
 Succensa aprico mæsis ut ardet agro:
 Sic dabit in cineres, sic igne furente uorabit
 Sacrilegos iræ seruida flamma tuæ.
 Non super ullus erit, perdis cum nomine, gentis
 Nec non impura posteritatis suæ.

Eob. Psal. 21.

Ipsos tu statues uelut ardente igne caminum,

Tempore quo uultus effluit ira tui.

Ipse suas certè Domini furor opprimet hostes,

Sic premet, ut totos deuoret ignis edax.

Ipsorum non esse finis nec uiuere fructus,

Nulla his uentura semina prolis erunt.

Sib. Psal. 25.

At nequam fœdè frustretur, pectore turba

Quod scelesto optat, uentus & unda ferat.

Eob. Psal. 25.

Impius at contra scandalon ipse sibi est.

Sib. Psal. 28.

Impietas meritò tempus in omne perit.

Idem Psal. 32.

-Iniustos mala multa manent.

Eob. Psal. 32.

-Impius erumnas multas patietur.

Sib. Psal. 34.

Oderunt iustos miserè quicumq; peribunt,

Improbilas gladio concidit iccta suo

Eob. Psal. 34.

Impius aduersa quauis ratione peribit,

Qui iustum oderunt, plurima damna ferent.

Idem Psal. 36.

Illic praua etenim ceciderunt facta patantes,

Et bene quò starent non habuère locum.

Sib. Psal. 36.

Languescet ceu flos curuo succisus aratro

Impius, ut seua lilia falce cadet.

Eob. Psal. 36.

Non modò florentes citò succidentur ut herbae,

Quas metit incurua rustica falce manus.

Gramina ut exiguis stacessunt ulti pruinis,

Sic & iniquorum defluet omnis honor.

Sib. Psal. 37.

Parua futura mora est, risus de nomine tanto

Cum factus, nusquam consceleratus erit.

Eob. Psal. 37.

Per breue tempus adhuc, & non erit impius ultra,

Quæretur, nec erit quo fuit antè loco.

Sib. Psal. 37.

Impius & gladios, & acuta cuspide hastas,

Tela bonos quibus & figat acuta gerit.

Sed ruet & miserè confracto saucius arcu,

Ante diem telis se induet ipse suis.

Eob. Psal. 37.

Impius exacti dstringit acumina ferri,

Arcubus imponens tela parata suis.

Vt gladio interimat iustum feriatq; sagittis,

Quorum recta nihil pectora fraudis habent.

Sed sua confodiet proprio præcordia ferro,

Ante suos arcus spicula fracta cadent.

Sib. Psal. 37.

Vritur at calidis ut adeps agninus in aris,

Ac fumo in nihilum deficiente cadit:

Sic hostes ultrice Dei flammaq; cremantur,

Et fiunt fastus altaq; uerba cinis.

Eob. Psal. 37.

Floreat & bona possideat licet omnia terræ

Impius, in uentos ut leuis umbra fluct.

Namq; hostes Domini properè ceu fumus in auras

Diffugient, nec ab his pars erit ulla semper.

Sib. Psal. 37.

Vidi ego ceu recto sceleratum stipite laurum,

Sublato collum uertice ferre polo.

Viâ, cum subitò ad terram lapsu incidit, ecce

Quoq; prius straterat, non fuit ille solo.

Eob. Psal. 37.

Ipse uirum uidi florentem rebus iniquum,

Floret ut in pingui uiuida laurus humo.

Præterij, nec erat uir hic amplius, occidit: ipsum

Quæsiui, nec erat uel breuis umbra super.

Sib. Psal. 37.

At scelerata cohors caligine consita, mortis

Acternum pœnas, quâ nigra tecta, luent.

Eob. Psal. 37.

Sed bona desipiens qui negligit ista peribit,

Vna breuis ueniens auferet hora malos.

Sib. Psal. 49.

Impius excussus splendore, opibusq; superbis,

Pallida perpetuo tempore tecta colet.

Eob. Psal. 49.

Illorum decus, & uirtus, & fama peribunt,

Et domus inferni regia Ditis erit.

Sib. Pſal. 52.

Ergo manent etiam te præmia digna, malorum

An nescis pœnis inuigilare Deum?

Sedibus expellet patrijs, loca sola petentem

Cum tota letho poſteritate dabit.

Eob. Pſal. 52.

Quare etiam te lingua Deus nocens atteret. ut iam

Non uideâre aliquo poſſe manere loco.

Eruet ab radice tuæ ſata robora ſtirpis,

Et ſuper in uiuis nec tibi nomen erit.

Sib. Pſal. 53.

Oſſa etenim Dominus diſpergit iniqua ſerentum

Munera, quæ ueræ nil pietatis habent.

Hos pudor offendet, Dominus quos damnat & odit

A quibus auerſa eſt luminis aura Dei.

Idem Pſal. 55.

- Cum ſocio cœtu pro talibus auſis

Ergo tibi iniſciat mors inopina manus.

Fulmine uel ſubiſſo nigras adigaris ad umbras,

Sulphureis uiuo corpore merſus aquis.

Eob. Pſal. 55.

Mors auidas uiolenta manus extendat in ipſos,

Ad Stygias uiui deſtituantur aquas.

Sib. Pſal. 55.

In tenebras hauſſi penitus, penitusq; ſerentur,

Impia sulphureis turba repente uadis.

Quos ſanguis fraudesq; iuuant melioris in annis

Acui immatura morte perire ſolent.

Eob.

Eob. Psal. 55.

Tu pater effuso gaudentes sanguine, tandem
In mortis foveam præcipitanter ages.

Dimidiæ non illi attingent tempora vitæ,
Sed mihi spes in te fixa tenaxq; manet.

Sib. Psal. 57.

De fodère scrobem, quid ad hoc? cadit ecce, specusq;
Obruitur subito turba scelestæ suo.

Eob. Psal. 57.

Tensa meis pedibus componunt retia, quorum
Fraude per insidias me uiolare queant.

Quà graditurus eram foveam fodère, sed ipsi
Sunt capti proprio, quem statuère specu

Sib. Psal. 58.

Vis modò non ipsi qua cælo dira minantur

Inflati, liquidæ diffuat instar aquæ.

Contingant portum, quæ secum cunq; uolunt,
Figitur ut iusso fracta sagitta loco.

Vt limax abeant in limum, ut aborsus in æuum

Non uideant solis, talpæ cæca, iubar.

Quàm fiant rhamnus spinus prius ure nouellas,
Cruda exta ardentes destituantq; soci.

Eob. Psal. 58.

Linquantur uelut unda fluens, sua spicula tendant,

Nec tamen attingant quem uoluère scopum.

Cornua tollentis limacis more liquefiant

Quæ breue seu gemino pollice tentat iter.

Sicut abortiuum percant, quod lumina solis

Nesciunt,

Nescijt, & uisum corrui ante diem.

Quàm prius in rhamnium spinæ consurgere uestræ

Possint, de medio has auferet ira graues.

Vernantes & adhuc in primo flore comantes,

Diripiet rapidi turbinis ira rubos.

Sib. Psal. 59.

—Huc illuc current ceu nocte per urbem

Qui confecta fame turba canes ululant.

Sed neq; reperient uictum, ringentur inanes,

Viscere nec serpet blanda crepante quies.

Eob. Psal. 59.

Vespere retrò abeant humiles, & in urbe uagentur,

Et tanquam iaciant murmura rauca canes.

Discursent epulas ultrò citroq; petentes,

Nec miseram possint exaturare famem.

Sib. Psal. 63.

Qui mea cunq; petunt stricto nunc pectora ferro,

Tartareas ibunt mortua turba domos.

Cæsum uulpes laniabunt uiscera, sylua

Et quas agrestes occulit alta feræ.

Eob. Psal. 63.

Illi autem insidijs quæerunt me, ut perdere possint,

Sub terram uiui præcipitanter eant.

In gladios recident, & amara morte peribunt,

Atq; auidis fient præda futura lupis.

Sib. Psal. 64.

Condet at ipsorum sceleratos ultor in arcus

Illita mortifero tela dolore Deus.

Tunc

Tunc & risus erunt, & corde tremente uidentes,

En, dicent, tales talia dona decent.

Eob. Psal. 64.

Sed Deus & sceleres in noxia corda sagittas

Diriget, & subito uulnere percutiet.

Omnes ista homines spectantes facta, stupebunt,

Iam non immemores hoc opus esse Dei.

S. b. Psal. 68.

Diffugiunt uersis hostes danti terga maniplis,

Turba Dei spretrix consecrata perit.

Quam subito fumus uento fugit ater in auras,

Quam subito flammis cæra liquata sicut.

Eob. Psal. 68.

Agmina mox fugiant retrò dispersa malorum,

Nec sacri uultus fulmina tanta ferant.

Vt faciles uacuum sparguntur in æra fumi,

Sic disperge hostis conditor alme tuos.

Fusillis appositos ut cæra liquefcit ad ignes,

Sic pereat peccans impius ante Deum.

Sib. Psal. 71.

Nam iacet & turpi confusa pudore iacebit,

Inuigilat damnis quæ mala turba meis.

Eob. Psal. 71.

Vt pudofacti omnes referant sua scandala secum,

Qui bene nil de me quod meditentur habent.

Sib. Psal. 73.

Nempe perire finis fallaci lubrica passu,

Præcipues lapsu quò grauiore ruant.

Cum

Cum somno fugiens ut uana abducitur umbra,
 Illorum pompas uentus & aura rapit.

Eob. Pſal. 73.

Tu ſiquidem illorum ueſtigia lubrica ponis,
 Et uelut immiſſo turbine ſternis humi.
 Quam citò prætereunt, quam deſolantur in horas,
 Quam pereunt ſubiò deficiuntq; metu.
 Vt uaga monſtriferæ uaneſcunt ſomnia noctis,
 Lumina cum fugiens deſerit arcta ſopor:
 Sic Deus iſtorum laruas, & inania tolles
 Monſtra, nec in uiuis amplius eſſe ſines.

Sib. Pſal. 83.

Diruta procumbent qui templa Sionia dicunt,
 Et Solymes noſtri mœnia iuris erunt.
 Vt rota præcipiti uerſentur turbine, gluma
 Huc illuc uento ceu leuis acta, uolent.
 Vtq; nemiſ flammiſ, ardent ut fulmine montes,
 Sic tuus infeſto concremet igne furor.
 Fac gelidus pavidis metus & pudor occupet oſſa,
 Et turpes trepido ducat in ore notas.

Eob. Pſal. 83.

Conſtituunt quicumq; tuas habitare per urbes,
 Seq; loco hæredum nomine req; gerunt.
 Fac Deus ut ſecum titubans ceu turbo rotentur,
 Vt ſint ceu ſtipulæ quas leuis aura rapit.
 Vt uirides quæ ſparſa uorant incendia ſyluas,
 Vt uaga quæ montes urere flamma ſolet.
 Tali hos tempeſtate tua Deus affice pœna,

Sic

Sic rapido terræ fulminis igne tui.
 Imple ludibris, ignominiaq; superbos,
 Ut discant memores nominis esse tui.

S. b. Psal. 92.

Qui florent sanè tenera seu messis in herba,
 Aut ut uerè nouis arbor operta comis.
 Sed folijs arbor spoliatur, campus ut herbis,
 Sic subitis iræ decutiuntur aquis.

Diuinæ percuntq; æternum.—

Turba tui pœnas hostes scelerata subibunt,
 Facta luent hostes impia turba tui.

Præcipientes acti subito diuersa ferentur,

Nunc quorum faciunt crimen ad omne manus.

Fob. Psal. 92.

Impius in morem florescit inutilis herbe,
 Quo sceleratus homo floreat omnis habet.

Scilicet ut totus uita euacuetur ab ista,

Et reuocare ipsum secula nulla queant.

Ecce tui pereunt hostes Deus, ecce peribunt

Quorum dextra nocens, uita scelestæ fuit.

Sib. Psal. 119.

Proculcas à te stulta qui mente recedunt,

Plenaq; fallaci pectora fraude gerunt.

Ut scoriam affligis terræ scelerata patrantes.

Eob. Psal. 119.

Conculca quicumq; mali tua iussa relinquunt,

Quicquid enim faciunt, semina fraudis habet.

De terra ceu quisquillas ita tollis iniquos.

Idem

Quantumuis felix appareat impius, ipso
 Hoc miser est, uera quod bonitate caret.
 Insuper & multos uiuat longæuus in annos,
 Et numeret uitæ tempora multa suæ:
 Tam subitò tamen ipsius quoq; uita peribit,
 Quàm leuis in nullo quæ manet umbra loco.
 Sib. Procl. lib. 1.

— Sed uolitans ceu uerbere turba rotatur;
 Quem puerum sceleri uersat ab arte labor.
 Præcipites ferri Dominus sinet omne furoris,
 In genus infandum de scelere inq; scelus.
 Nec mora turbatos aget in diuersa, calente
 Sole uelut stipulas fortior aura solet.
 Et quo Carmeli rupes iaculatur, & altas
 Quo Cedros rapidi fulminis igne cremat.
 Horridus immensa uesanos proteret ira,
 Proterit exitio, castraq; sæda dabit.
 Tum gelidus pauidis metus & pudor ossibus hæres;
 Quàm turpes trepido ducet in ore notas?
 Et meritò quid enim nisi flere, dolere scelestis,
 Nec certo attonitos posse manere loco.

Idem. Epin. lib. 1.

Turpiter intereunt, nec tantum fabula fiunt,
 Quicumq; oppugnant quos iuuat esse pios.
 Aeternas, sed & in poenas in nocte profunda
 Conijcit illorum noxia membra Deus.
 Luctus ubi gemitusq; sonant, tractaq; cathene,
 Tisiphonesq;

Tiphonesq; atra torta flagella manu,
Angue ubi perpetuo sentes laniantur.—

Idem Aeol.lib.1.

Sæpe quidem uideas opibusq; & honoribus auctos,

Ardua conspicuum tollere ad astra caput:

Sed tamen interea curarum pectora morsus

Fine quibus dempto discruciantur habent.

Attonitos furie surdo dum uerbere cædunt,

Et quatit occultus nocte dieq; metus.

Securæ uerò defunctos tempora uitæ,

Cum trahet in Stygiam uridus orcus aquam.

Tum demum æterna poenas sub nocte nocentes

Immanes poenas, perpetuasq; ferent.

Hæc speranda malis.—

Flam. Psal. 1.

Haud sic improbi, sed puluerem

Vt turbo latè disijcit:

Sic iactat illos impetus libidinum,

Nulloq; consistunt loco.

Ergo supremi iudicis cum uenerint

Tribunal ad iustissimum,

Causa cadentes, à bonorum candida

Turba procul miserrimi,

Trudentur ima in tartara.

Sib. Psal. 1.

Non ita doctrina à uera, uerboq; remoti,

Qui numen sine re nomen inane putant:

Sed, uelut imbriferos paleæ iactantur ad austros,

Horrida diuersos numinis ira rotat.
 Ergo cadent causa tandem, passiq; repulsam
 A' coetu absistent consilioq; pio.

Eob. Psal. 1.

Tam bona non capiet, non impius ista uidebit
 Præmia, non tales talia dona decent:
 Sed uelut à terra paleæ sparguntur inanes,
 Quas quocunq; uolet quælibet aura rapit.
 Impius instabiles sic euanescet in auras,
 Et nullum poterit certus habere locum.
 Ergo salutiferæ nec stabit in ordine turbæ,
 Cum iusto reprobus nec sociandus erit.
 Sed cadet, & pœnas dabit impius omnis, & horum
 Omne quod instituent dissoluetur opus.

Sib. Psal. 109.

A' latere infestus nunquam discedat, & omne
 Impediat Genius commoditatis iter.
 Iudicio litem perdat, defensaq; peior,
 Sit patrocínio non bona causa bono.
 Ante diem extinctus pereat miserabilis, ipse
 Quas gessit partes muneris alter agat.
 Orba parente suo soboles sit, coniuge coniunx,
 Et cernat uidua tristia signa domo.
 Nati inopes errent, alienaq; limina lustrent,
 Exiguumq; rogent uoce pauente cibum.
 Sit præde nummos ipsi qui credit & aurum,
 Amittat partas & malè peius opes.
 Consilio nemo iuuet, auxilioq; nec ullus

Pupillorum

Pupillorum eius tristia damna leuet.

Excisus pereat tota cum stirpe: secunda

Intereat serie deficiente genus.

Crimina maiorum non ulla obliteret ætas,

Non matris noxas deleat ulla dies.

Irato aspiciat Deus illum lumine: nomen

Nulla extirpati fama loquatur anus.

Eob. Psal. 109.

Constituere ergo uiro domine iur ut impius illi,

Ad dextram infestans angelus adstet ei.

Exeat infesto sub iudice condemnatus,

Ipsius ut causam propria uerba grauent.

Vita breuis misero per paucos duret in annos;

Quod gerit accipiat muneris alter opus.

Pignora quæ genuit decedens orba relinquat;

Possideat uiduas ipsius uxor opes.

Ipsius extorres nati, natæq; uagentur,

Mendicentq; inopis uilia scruta cibi.

Difficili sudore parent quæcunq; parabunt,

Postquam uastatas incoluere domos.

Auferat exactor, qui possidet omnia, demum

Despolient alij quas cumulauit opes.

Nemo illi placidus, nemo sit fidus amicus,

Pupillis miseri nemo fauere uelit.

Nullis posteritas excisa repulset annis,

Ipsius et nomen secula nulla sciant.

Delicta ipsius quæ commiserunt parentes,

Succedens memoris puniat ira Dei.

-Ibit in ignes

Turba nocens, fontesq; exoluet corpore poenas;
Pallentesq; æternum amnes, vastasq; lacunas
Cocytii colet, & furias horrescet hiantes:

Atq; animum monitis non intendisse pigebit.

Tunc uos exactæ capient mala tædia uitæ
Expertes cœli, atq; auræ sub nocte profunda,
Inq; caput trifidos nequicquam optabitis ignes,
Et frustra erectas tolletis ad æthera palmas.

Quos superum coetus, & fortuna piorum
Agmina uix lachrymis poterunt spectare retentis,
Inuidiæ stimulis, dirisq; ultricibus actos.

Vida lib. 4. Christ.

Contra autem fontes tenebris ac nocte prementur
Aeterna, & meritas pendent per secula poenas.

Fab. lib. 1. Ang.

Atrociores hunc tamen

Pœnæ manent, post lugubrem
Vitæ fugacis exitum.

Incus perennis, igneus

Caminus, intenta & premens

Sagitta, perpes corporis

Tortura mentis iniquis.

Idem lib. 2. Ang.

Deinde uultu de suo

Arcebit illos, filius

Iustus Dei, quem spreuerunt.

Et cum

Et cum Dracone in sulphuris
 Immittet ardentis lacum,
 Incus, cathenæ, flagraq;
 Isthinc resultant, lachrymæ,
 Stridorq; multus dentium,
 Vermes, colubri, cyniphes
 Artus uorantes, non sinent
 Nocte ac die quiescere.
 Horror, tenebræ, & attritas,
 Insomniæ, & confusio,
 Extrema erunt mala impijs.

Buch. Psal. 1.

Non ita diuini gens nescia fœderis, exlex
 Contemptrixq; poli: subito sed turbine rapti
 Pulueris instar erunt, uolucris quem concita gyro
 Aura leuis torquet, rapidis ludibria uentis.
 Ergo ubi ueridicus iudex in luce serena
 Dicere ius ueniet, scelerisq; coarguet orbem,
 Non coram impietas mœstos attollere uultus,
 Nec misera audebit iustæ se adiungere turbæ.

Idem Psal. 9.

Eic est, interitu deuorat impios
 Improuisa dies, immemores Dei
 Gentes mors inopina

Externis tenebris premit.

Idem Psal. 11.

Super scelestos retia depluet
 Ignes remisso sulphure fumeos,

DE TABVLA DEC. I.

Ad impios eliminandos

Fulmineæ rapiunt procellæ.

Phil. lib. 1. Epigr.

Non habet impietas successus, credite, longos,

Et malè promeritos tristia fata manent.

Ibidem.

Tempus enim, mihi credite, erit cum numinis ultor
 Contempti ipse sui poenas, & iusta reposcet
 Supplicia, & figet semper mansura trophæa
 Hostibus extinctis. —

Idem lib. 3. Epigr.

Iratus ad poenam Deus, si quos trahit,

Auferre mentem talibus primum solet,

Caliginemq; offundit, ut ruant suas

Furen: er in clades, sibi quas noxij

Accersierunt ultrò consilijs malis.

Fab. lib. 2. Piet.

Impietate nihil timidum magis, utq; per undas

Bulla perit, paruo sic cadit illa metu.

Idem Vict. cœl.

Turba prophana pijs optatos surgere soles

Cernet, sed pressu est interitura graui.

Ibidem.

Impius ad folij strepitum trepidabit inanem,

Amitteiq; citò quas cumulauit opes.

Nam terrore suas Deus implet & implicat hostes,

Excutit, & celfo quod tenuère solo.

Ibidem.

*Impia turba cadit proprijs confisa superbè
Viribus, & nullo damna leuante perit.*

Rof. lib. 2.

*At multa scelerum deiecti mole iacebunt
Depressam per humum fontes, leuamq; subibunt
Horrentes, Erebi dijs iuxta astantibus atris.*

Ibidem.

*Ecce ruent (miserum) immaniq; uoragine fontes
Mergentur subito, & terræ penetrabilibus imis
Omnia supplicium afflicti per secula pendent.*

Micyl. lib. 5. Syl.

*At si quis uano rerum seductus amore
Despicit æterni sceptræ uerenda Iouis:
Non ille afficiet fortunæ tempora uitæ,
Nec rebus cernet fata benigna suis.
Sed ueluti puluis quem magno turbine uenti
Corripiunt, sparsus tota per arua cadit.
Sic ruet, & uano fretus molimine rerum
Concidet, & terræ uile iacebit onus:
Et nec honore ullo dignus, neq; nomine certo
Sanctorum populos inter habendus erit.*

Ibidem.

*At qui diuerso declinant tramite gressus,
Et uanas hominum sponte sequuntur opes:
Non illis uitæ cursum, non fata secundat,
Non illis ulla tempora pace regit.
Perfida sed duro condemnat corda timore,
Impiaq; æterna pectora nocte premat.*

DE TABVLA DEC. I.

IMPROBITAS.

Fab. lib. 3. Oda 9.

An quod nunquam improbitas faciles pietati com-
modat aures.

Idem Vi&t. cœl.

Improbilas nullas uirtuti commodat aures,
Stultus & augetur præcipiendo furor.

INCREDVLITAS.

Fab. lib. 1. Piet.

—Summus

Contemptus est, non uelle Christo credere.

Idem. lib. 2. Milit.

Credere, perfidia est maxima, nolle Deo.

*In principibus non confiden-
dum.*

Sib. Psal. 146.

Ne spes in reges uobis, ne ponite, nulla
Mortali pote qui parte iuuare, sato.

Nam simul ac tenuem subito mutantur in umbram,
Exigua & magnum finus arena tegit.

Eob. Psal. 146.

Spes in principibus ne fortè reponite uestras,

Quorum quam referat non habet ullus opem.

Sunt homines, nolite hominum confidere cuiquam,

Munera qui ueræ nulla salutis habent.

Spiritus æthereas hominis namq; ibit in auras,

Et re-

Et redit in cineres quod fuit antè cinis.

Eob. Psal. 118.

Regna gubernanti multò cœlestia præstat

Fidre, mortali quàm genitore satis.

Seq; suosq; Deo multo committere, magnis

Quàm ducibus præstat principibusq; uiris.

Eob. Psal. 118.

Qui sapit in Domino mauult confidere, quàm se

Sperare humana uincere posse manu.

Tutius est, præstatq; Deo confidere soli,

Quàm se principibus credere mille uiris.

Fab. lib. 2. Milit.

Non te decipiat, non auferat aura potentum;

Nam fauor ancipiti uertitur ille loco.

*Opibus humanis non confiden-
dum.*

Fab. lib. 2. Milit.

Qui petit esuriens panem, medicataq; morbo

Pocula, nil contra perpetrat ille Deum.

Qui tamen humanis opibus confidit, aberrat,

Consilijsq; miser fallitur ipse suis.

*Opera bona non reconciliant
Deum.*

Sib. Prof. lib. 1.

Nos non iusticia freti pater optime nostra,

514 DE TABVLA DEC. I.

Has querulo mœsti nunc damus ore preces.
Nam fieri possit meriti quæ gratia tanti,
Quæ nobis ualeat conciliare Deum
Ante tuos uultus tua nos clementia sistit,
Et quæ spes tota est in bonitate tua.

Idem Aeol. lib. 1.

Ah nimium faciles, gratæ sibi dona salutis,
Qui uitæ meritis cunq; uenire putant.
Vna fides Dominum placatumq; efficit, utq;
Se solum propter, non opera ulla iuuet.

Fab. lib. 2. Ang.

Est gratuitum quicquid est
Nobis dat: nam possidet
Promissione & gratia,
Non dignitate aut uiribus,
Quicumq; cœlum possidet.

Idem lib. 1. Oda 11.

Vnum unum satis est, & nimium graue
Quod nostris meritis posse putauimus,
Quam Christus peperit uulnere plurimo
Cœlestem miseri scandere patriam.

Idem. lib. 2. Milit.

Non genus aut uirtus humanæ est causa salutis,
Verum unius honor, gloria lausq; Dei.

Ibidem.

Esse Deo accepti nulla pietate meremur.
Quicquid enim sumus, hoc eius amore sumus.

Idem lib. Prec.

Qui

Qui maiora sibi sumit, quàm sumere iussus,
 Quiq; aliquod tumido pectore tollit opus:
 Perneget ille suo Christum pro crimine passum,
 Proq; suo in uitam mox rediisse bono.
 Hic dextra natum quoq; deturbare parentis
 Destinat, & cælo prælia dira facit.

Humana contemnenda.

Flam.

Quicumq; Iesum diligit,
 Humana discat omnia
 Nil æstimare, diligens
 Opes, honores, gloriam,
 Amare Iesum puriter
 Nequit, relinque cætera,
 Vnumq; Iesum posside.

Aemil.

At quicumq; domum linquit, fratresq; sorores,
 Aut cum matre patrè, aut dulces cū coniuge natos,
 Deserit & campos faciles, uel quicquid habebat
 Nomine pro nostro, soli constanter adhærens,
 Centupla percipiet felici præmia fructu,
 Aeternæq; hæres capiet patrimonia uitæ.

Artes magicæ.

Ros. lib. 3. Christ.

Quid uetite potuère artes: spectantur inanes
 Vi magica rerum species, mentitaq; ludunt
 Signa oculos, mugire umbræ, cursuq; morari

Flumina

316 DE TABVLA DEC. I.
Flumina mutato, & densæ discedere syluæ,
Et cœlum allabi uisum, uertiq; retrorsum.

*Sacrificia impia & cultus de-
testabiles:*

Sib. P̄sal. 106.

Munera, uota, preces diris furijsq; tulerunt,
Libarunt natos demonijsq; suos.
Immaduit puerum tellus polluta cruore
Innocuo, immundis qui cecidère focis.

Eob. P̄sal. 106.

Turpia sculprilium coluère idola deorum,
Ora nec à uetitis abstinuère cibis.
Nam sacra depasti sunt dijs oblata nefandis,
Qui nil nec uite, nec rationis habent.
Tum caco demonibus natos natasq; tulerunt,
Mactantes propria pignora cara manu.
Et multam innocui fuderunt sanguinis undam,
In sua iam facti uiscera carnifices.

Fab. lib. 1. Oda 18.

Quis ad unum referebat bona Christum?
Quis ab uno rogitabat bona Christo?
Sibi fingens propriū quisq; Deum, in uota uocabat.
Sacra uenalia, cœlum ære patebat:
Meretricisq; cubili Papa surgens,
Sacrosanctas ueluti sus lutulenta ibat ad aras.
Hominum friuola doctrina uigebat.

Grauidum

Grauidum foemina uentrem positura,
 Reperit cui uota faceret Dianam: rapit aliter,
 Modò diuus tibi Neptune tridentem.
 Neq; Castor neq; Pollux mare sistunt.
 Grauis utq; ere domum dextra feratur, nouæ poscit
 Modò mercator opem numina, sæuus
 Noua miles, quibus hastam det & arma.
 Numerum terra nec illum, neq; cœlum capiebat,
 Sator autem maris, astrorum, & abyssi,
 Quasi non ferre potens auxiliij uim
 Erat ignotus, & eius data laus est alienis.

Idem. lib. 2. Oda 9.

Hec mortuorum mortua
 Peti probat suffragia.
 Hæc sacra conculcans tuum est
 Furata templis poculum.
 Præfert pudicæ coniugis
 Impura Dalilæ oscula,
 Et conditos Deo cibos
 Aut uendit, aut sumi uetat.

Idem 3. Oda 9.

— Quia laudem quæ soli debita Christo
 Alijs tribuunt, eiusq; nouant, non ulli iussa nouãdã.
 Sacra prostituunt auro, fingunt terrores, templa pro-
 phanant, (Iuris.
 Vulgiq; uetant noscere lingua æterna præcepta sa-
 Sibi opes quærunt, populum insituunt per totũ uix
 semel annum.

Prohibent

Prohibent leges coniugiorum, uendunt benefacta,
Deumq̄;

Et aperta uoce palàm clamant: Regnum non inutile
Christi est.

Idem lib. 2. Piet.

Destruet hic ortus fictorum templa deorum,
In flammis ibit quercus & ara Iouis.

Perpetuus Vestæ delebitur ignis in æde,
In sua uota uagas nemo uocabit aquas.

Nemo magis pecorum spirantia consulet exta,
Nemo aliquod fuso nomen ab ære colet.

Non ad flammiferum conuersum lumina Mithram
Vanam implorabit mobile uulgus opem.

Simulachra gentium.

Sib. Psal. 96.

Nam certè nil sunt, nisi inania numina diuina
Quos stulta gentes crudelitate colunt.

Eob. Psal. 96.

Nam statuæ, non uera Deum sunt numina uanis
Gentibus, at noster condidit astra Deus.

Sib. Psal. 97.

Ah pudeat qui sacra colunt, quos uana tumentes
Diuorum cœlo gloria ficta leuat.

Eob. Psal. 97.

Erubeant qui uana colunt idola, suisq̄;
Sculptilibus miseri numen inesse putant.

Sib. Psal. 106.

Aurea quid referam ficti simulachra iuuenti,

Quæ celsum cœlo tollis Orebe caput.

Cum formare suum numenq; decusq; figuram

In toruam herbiuori sustinuere bouis.

Eob. Psal. 106.

Constantes gelidis Horebi in uallibus aurum,

Quem colerent uitulum composuere bouem:

Atq; ita quem Domino debebat reddere honorem;

Gramina pascenti constituere boui.

Sib. Psal. 115.

Quid uerò statuas, nisi nomina uana, metallo

Est docta artificis quas fabricata manus.

Et sunt ora quidem, sed nulla sonantia uerba,

Lumina eis, quæ nil clausa uidere queant.

Aures, quæ nunquam penetrat uox edita: nares,

Ad quas nidoris nec minima aura uenit.

Nil manibus tangunt, nusquam uestigia torquent,

Sed fixæ quæ sunt in statione manent:

Eob. Psal. 115.

Verum illi simulachra colunt argentea, uel quæ

Ex auro humane composuere manus.

Ora quibus nunquam uero sermone loquentur,

Quo nequeunt aliquid cernere lumen habent.

Nulla soni ueniunt uanas elementa per aures,

Nare sub ipsorum non erit ullus odor.

Organa deficiunt stupidas gustantia linguas,

Cassa locuturæ guttura uocis habent.

Quid quod inutilibus nil possunt tangere palmis,

Quodq;

Quodq; pedes nunquam qui moueantur habent.
Sib. Pſal. 135.

At ſtatue quid ſunt niſi numina uana, metallo
Eſt docta artificis quas fabricata manus?
Ora & habent ſanè, ſed nulla ſonantia uerba:
Lumina, ſed quæ nil clauſa uidere queant.
Aures quæ nunquam penetrat uox edita, nares
Ad quas non unquam nidor & aura uenit.
His ſimiles ſunt, qui tales fabricantur, & illis
Stultam adhibent falſa credulitate fidem.
Eob. Pſal. 135.

Quæ gentes idola colunt ex quolibet ære,
Pro dijs humanæ compoſuere manus.
Ora quidem, ſed muta gerunt, ſtant lumine cæco,
Nec ſenſus ſtupidis auribus ullus ineſt.
Plumbea non aliquis mouet organa ſpiritus oris,
Saxea ſub ficta guttura fauce ſtupent.
Talia qui faciunt factis ſimulantur iſdem,
Quiq; putant factis numen ineſſe ſuis.
Sib. Prof. lib. 1.

In cineresq; deos ſtam na uertere, quod eſſent
Non dij, ſculpta hominum, ſed ſimulachra manu.
Nec quæ ſe poſſent tutos præſtare, nec hoſti
Ne ferro caderent eripuiſſe ſuos.
Fab. lib. 3. Ang.

Quid ora gypſo, guttura
Aeri, lutoue lumina
Proſunt, quid aures arbori?

Non sunt dij, non cœlices,
 Quæ sculptor aptat, artifex
 Quæ pingit, aut cudit faber.
 Aures habent, nec audiunt:
 Manus habent, nec palpitant:
 Pedes habent, nec ambulant:
 Roduntur à teredine.
 Fumo nigrescunt, muribus
 Cauantur, aut telis latent
 Arancorum sordidi.
 Templis pereunt ardentibus,
 Tholoue fracto concidunt,
 Lapsi iacent immobiles.
 Tam bubo in ipsorum sedens
 Ferale cantat uertice,
 Nidumq; uestertilio
 In concauo sinu locat.
 Aut balneator ignibus
 Aquam lauacro temperans
 Flammi coerces stipitem.
 Phy, phy deorum, monstra sunt,
 Portenta sunt uanissima.

Eob. lib. 3. Hero.

Quæ diuersa colunt gentes simulachra prophane,
 Cuncta sibi humane constituere manus.
 Quæ quibus nunquam uero sermone loquentur,
 Quo nequeunt aliquid cernere lumen habent.
 Nulla soni ueniunt uanas elementa per aures,

Nare sub ipforum non erit ullus odor:
 Organa deficient stupidas gustantia linguas;
 Cassa locuturæ guttura uocis erunt.
 In manibus nullum tactus erit instrumentum;
 Stant sulti, nequeunt quò tamen ire pede.
 Noster at in cælo Deus est, quæq; ipse uolebat;
 Omnia de ueteri condidit orta chaos.

Ros. lib. 5.

Vos lapidum statuas, uitaq; carentia signa
 Aerea, uos rerum esse deos portenta putatis?
 Non saxis duroq; pecus præferre metallo,
 Non hominem pecori, diuosq; extollere supra,
 Atq; Deum diuis decuit præponere longè?

SECUNDI PRÆCEPTI VIR-
 tutes, eiusq; repugantia.

NOMEN DEI.

Sib. Psal. 18.

O' uirtus, rupes, confugiumq; meum.
 Arx, murus, clypeus, cornuq; salutis, & ara,
 Vnicus & uitæ portus est aura meæ.

Eob. Psal. 18.

Mi Deus, ô profugæ portus & aura rati.
 Languida qui ualidis mea pectora uiribus auges,
 Qui mihi speratæ petra salutis eras.
 Saluus in aduersis quo defendente manebam,
 Quo duce securus sicut in arce fui.
 Mi Deus auxiliumq; meum, cui fidere certum est,

Contra

Contra hostes clypeum præsidiale meos.
 Quo mea nixa salus ceu cornu fortiter hæret,
 Amplius hostiles nec timet insidias.

Sib. Psal. 31.

—Asylum,

O' murus, rupes, confugiumq; meum.
 Te propter nomenq; tuum mihi duxq; comesq;
 Sis.—

Eob. Psal. 31.

Cuius ab humanis non est effabile nomen
 Vocibus, ô rerum spes, uia, uita, salus.
 Sis mihi in auxilium tanquam fortissima rupes,
 Quam uis armorum frangere nulla potest.
 Sis uice munitæ quam nemo euerterit arcis,
 Illa domus nostræ cura salutis erit.
 Tu siquidem turris fortissima, tu mea rupes,
 Tu mihi dux igitur, tu mihi rector eris.

Sib. Psal. 62.

Ille mihi rupes, arx ille inuicta, labantem
 Non uis de capto deijcit ulla loco.
 Ille decus, robur, uirtus & gloria, nostrâ
 Illius pendet numine tota salus.

Eob. Psal. 62.

In Domino mea certa salus, mea gloria certa est,
 Petra inuicta, ualens, spes mea sola Deus.

Sib. Psal. 73.

Tu tamen es mea spes, solatia, gaudia cordis;
 Deliquiumq; mei, delictumq; Deus.

Idem Psal. 80.

O' exercituum rector Deus armipotentum.

Idem Psal. 89.

*Tu uigor es, nostri tu roboris inclyta uirtus,**Cornua firma tuo munere nostra ualent.**Tu nabis clypei non expugnabile textum,**Tu rex, tu populi cura salusq; tui.*

Idem Psal. 91.

*Tu spes, arx, rupes, uirtus, fiducia, solus**Auxiliumq; meum, confugiumq; pater.*

Idem Psal. 94.

*Spes est certa suis, fiducia firma salutis**Aura, procellosi cum tumet unda maris.*

Eob. Psal. 94.

*At Dominus mihi defensor, saluator & idem,**Arcis & inuictæ turris & instar erit.*

Sib. Psal. 119.

Tu latebra opportuna mihi, tu bellica parma.

Eob. Psal. 119.

Pro clypeo tua dextra mihi, pro uindice scuto.

Sib. Epin. lib. 1.

*Arma manusq; meæ, mea magna potentia, uirtus,**Præsidiumq; meum, confugiumq; Deus.**Arx, murus, clypeus, uictoria, palma, triumphus,**Pax, decus, imperium, gloria, uita, salus.*

Nomen Dei quicumque inuocauerit, saluus erit.

Stig.

Atq; ita stat fixum, quisquis miserantis adorans
Iustificum nomen Domini, fidente uocabit
Pectore, nil metuet, sed casu ereptus ab omni
Ante Deum aeterna seruatus luce fruetur,

Deus laudandus est.

Sib. Psal. 66.

Immensum qui cuncta creat, qui cuncta gubernat,
Arguta laeti uoce sonate Deum.

Augustas regis caelestis dicite laudes,
Per summos titulos ite, redite patris.

Eob. Psal. 66.

Ipsius assiduo celebrantes nomina cantu,
Gratifica soli psallite uoce Deo.

Dicite terribili meritis super omnia laudes,
Dicite terribilis facta stupenda Dei.

Sib. Psal. 66.

Dignus honore coli est, & dici carmine, plena
Tollite clara Dei nomina in astra manu.

Eob. Psal. 66.

Nostro grata Deo, populi date munera laudum,
Gratifica soli psallite uoce Deo.

Idem Psal. 67.

Omnes te populi laudent, tibi seruiat orbis,
Omnia sint laudis climata plena tuae.

Omnes exultent populi tibi, iubila dicant
Terrarum iudex, tu quia iustus eras.

Sib. Psal. 68.

Vos magnum cantate boni, cantate parentem,
Plaudite & illius, tollite ritè decus.

Eob. Psal. 68.

Grata Deo iussis diffundite carmina linguis,
Ipsius ut sacrum nomen ad astra ferant.

Sib. Psal. 81.

Aethereo dulci deducite carmina cantu,
Quo nihil est maius concio sacra, patri.
Roboris est author nostri, celebremus ouantes
Isacidum regem, Thariadumq; Deum.

Eob. Psal. 81.

Fundite leta Deo festiuo carmina plausu,
Quo sine uis nobis nulla relictæ fuit.
Tympana pulsa sonèt, date carmina, dicite psalmos,
Blanda chelys reboet, nabra sonora canant.

Sib. Psal. 92.

Hoc pulchrū est qui cūcta creat, qui cūcta gubernat,
Extolli iusto nomen honore Dei.

Seu lucem uesper, seu noctem condat Eous,
Prospera siue iuuent, aspera siue premant.
Cum bonitate Dei recrepent caua cymbala, sistræ
Et chelys, & citharæ fila sonora, fidem.

Eob. Psal. 92.

Commoda res & pulchra Deum celebrare potentē,
Carminaq; excelso psallere multa patri.

Vt tua summe pater bonitas memoretur ad ortum

Lucis, & ut noctu sit tua nota fides.

Vt tua cantemus dulci præconia nablo,

Et cithara cordis te resonante decem.

Sib. Psal. 96.

Dulcia cœlicolũm rectori carmina gentes

Ludite, qui fuit, est, semper eritq; Deus.

Soluite diuinis gratantia laudibus ora,

Hæc & opem ætheream narret, & illa dies.

Ferte per extremas Domini præconia terras,

Nesciaq; de factis nulla sit ora Dei.

Eob. Psal. 96.

In noua uocales dissoluite carmina linguas,

Et canite excelsio iubila grata Deo.

Quicumq; incolitis conuexæ climata terræ,

Laudibus assiduis dicite, ferte Deum.

Dicite quam tribuit nobis sine fine salutem,

Laudibus his debet nulla uacare dies.

Ipsius in toto populi miracula coetu

Gentibus externis commemorate decus.

Sib. Psal. 96.

Eia leta patri date carmina, laudibus eia

Inuictum populi concelebrate Deum.

Munera, ferte preces, incendite thuris odores,

Solennis extis & cumulate focos.

Pectore adite Deum, quod mens castissima, casto,

Hunc metuat tellus, horreat omne solum.

Solis ad occasum uulgantes solis ab ortu

Dicite, Sceptra tenet summus in orbe Deus.

Eob. Psal. 96.

O' populi, cunctæq; tribus, date munera laudum,
Ecce uirtutes, & decus omne Deo.

Ipsi debetur soli omnipotentia, iustum
Ipsius hoc munus nominis esse potest.

Arripite ergo alacres tam munera digna potenti,
Ipsius & properè pergite adire fores.

Ferte preces Domino magni inter limina templi,
Terribilem metuant omnia regna Deum.

Gentibus euulgate, tribus narra'te per omnes,
Solut habet rerum sceptra suprema Deus.

Sib. Psal. 98.

Huc agite, ò caret interiuu, qui nescit & ortum,
Et mare cum terris, & supera alta regit,

Voce Deo leta noua dicite nomina. —

Ibidem.

Plaudite terrigenæ, date cantus, fundite laudes,
Et similes chordis reddite uoce sonos.

Fila lyra, citharæ discrimine blanda, loquatur
Barbitos i'cta Deum, pulsa chelysq; Deum.

Cornua rauca polos clangant, lituiq; tenentem
Cantetur Domini gloria magna tuba.

Immensum reboet nitidum cum piscibus æquor,
Cum populis leto murmure terra tremat.

Obliquis resonent decliua fulmina ripis,
Et ducant montes, & iuga celsa choros.

Eob. Psal. 98.

Læta omnes ubicunq; Deo date iubila terræ,
 Psallite carminibus, plaudite, uoce, manu.
 Dulcisona Dominum cithara laudate canentes,
 Addite ad argutam uerba canora chelym.
 Clangite uoce tubæ resona, noua iubila regi
 Tollite, det latos buccina rauca modos.
 Diffona collisis mare murmura fluctibus edat,
 Ipsius & quicquid uasta lacuna tenet.
 Totius exultent culta, inculta omnia terræ,
 Quicquid & hæc rerum continet alma parens.
 Flumina cum iunctis manibus simul omnia plaudât,
 Vnanimi montes carmina uoce sonent.

Sib. Psal. 113.

Solis ad occasum, solis cantetur ab ortu,
 Illustre insigni nomen honore Dei.

Eob. Psal. 113.

Laus Domini primo Phœbi surgentis ab ortu,
 Inclita ad occiduas floreat usq; plagas.

Sib. Psal. 117.

Quos immensa tenet, quacunq; habitabilis undis,
 Quàm pontus liquidis spumeus ambit humus.
 Huc populi, lætæ gentes & adeste, parentis
 Et grati ætherei concelebrate decus.

Eob. Psal. 117.

Laudibus, ô gentes, Dominum celebrate quot usquã
 Cumq; capax magni circulus orbis habet.
 Nulla sit in cunctis adeò tribus abdita rebus,
 Quæ non gratifico prædicet ore Deum.

2 5 Sib.

Sib. Pſal. 150.

Quicquid habet uitam, cœleſtia munera, laudet,
Concelebret, ſpirat quicquid in orbe, Deum.

Eob. Pſal. 150.

Deniq; uitalem quæcunq; per æra ſpirant,
In Domini laudes carmina grata canant.

Flam. Pſal. 100.

Vrbes & agri cantibus

Sonate, læta maximo

Seruite mente numini:

Lætis adite plauſibus

Ad atria eius aurea,

Idem Pſal. 113.

Adeſte caſtæ uirgines, pueri integri

Adeſte, mecum laudibus

Efferte nomen numinis ſanctiſſimi,

Dum ſol per oras ætheris

Curu uolubili rotabitur, diem

Aegris ferens mortalibus.

Minora dum micabit inter ſidera

Luna occidente iam die.

Ab Indo ad ultima Britanni littora

Illuſtre ſit nomen Dei.

Fab. lib. 1. Ang.

Hæc uniuerſi concinunt,

Hæc ſinguli angeli ſonant,

Clanore, plauſu, iubilo,

Hos perſequentes canticis,

Nablo,

Nablo, coreis, tympano
 Pij quot estis undiq;
 Deum ueneramini, Deo
 Canite, ter almo, sancta q;
 Debuccinate nomina,
 Inflate uocis organa.

Idem lib. 2. Ang.

Moue lyram, altum persona
 Mentis secutus arduas,
 Vox omnis, omnis barbytos
 Magni crepet nomen Dei
 Eiusq; Christi filij.

Idem lib. 2. Milit.

Omnis lingua Dei cantet præconia, cuius
 Exuperant nostram tot benefacta fidem.

Micyl. lib. 5. Syl.

Huic igitur laudes cœlum, mare, sidera, tellus,
 Et quicquid toto uiuit in orbe, canant.
 Et sanctum æterno celebrent modulamine nomen,
 Dum cœlum stellas, dum uehet æquor aquas.

Ibidem.

Diuinum superi nomen celebrate parentis,
 Omnes quos grauibus sors premit atra malis.
 Nec cessate Deo præconia dicere laudum,
 Tempora dum cœlum, dum regit hora diem.
 Sed quàm lata patent magni confinia mundi,
 Inter fulgentis solis utramq; uiam.
 Aeternum Domini canite & memorabile numen,

Atq;

Atq; sub extremi sidera ferte poli.

Ibidem.

Qua patet extremum tellus habitata per axem,

Qua; per immensi litora uasta maris.

Aetherci laudem populi celebrate tonantis,

Gloria; in toto personet orbe Dei.

Deus satis celebrari non potest.

Fab. lib. 3. Ang.

Vt mille laudem uo cibus

Te, Christe, mille canticis,

Laudaro, non dignè tamen,

Satis Deum, ter optimum,

Ter maximum. nam maior es

Cum patre, cum spirabili

Aura, omnium mortalium,

Et angelorum laudibus.

Deo referende gratia.

Fab. lib. 1. Milit.

Quisquis opem rebus Domini est expertus egenis,

Is laudes toto pectore gratus agat.

Preces Deo accepta, non sacrificia.

Sib. Psal. 40.

Non tibi ferta placent, non uictima grata Creator,

Et pro peccatis hostia nulla litat.

Eob. Psal. 40.

Victima nulla tibi cordi est, libamina nulla,

Nulla holocausta tibi, nulla piacla placent.

Sib.

Sib. Psal. 50.

Non de profectis sacris ue rependo cremandis,
Te dare quæ nulla non mihi luce soles.

Non aram taurus, mollis ue ab ouilibus agnus
Imbuat, hædorum uiscera nulla peto.

Eob. Psal. 50.

Non sacra arguerim quæ tot mihi dona per aras
Sanguine fumantes exhibuisse soles.

Nam tua me coram toties holocausta feruntur,
Quorum nec ratio est ulla probanda mihi.

Ne mihi mactaris uibrantes cornua tauros,
Sanguinis hircorum nausea facta mihi est.

Sib. Psal. 50.

Scilicet, ô carpam taurorum membra, cruore,
Cymbiaq; hircino gutture plena traham?

Sacra Deo grates fer ritè, precesq; piorum
Soluere uotorum sit tibi cura fidem.

Tum duro auxilio me tempore posse, leuabit,
Et te nostra manus, et mihi gratus eris.

Eob. Psal. 50.

Nunquid carne aliqua taurorum uescar opima,
Poculane hircorum sanguine plena bibam?

Sacrifica Domino merita præconia laudis,
Ne uoti possis immemor esse tui.

Hæc faciens in rebus opem me tristibus ora,
Ipse feram, quo me magnificare queas.

Sib. Psal. 50.

Qui fert sacra mihi grates, qui uota, precesq;

Sincer

Sincera ponit mente profecta focis.
 Is cultum nobis, is summum prestat honorem;
 Et certo ad coelum lumine tendit iter.

Eob. Psal. 50.

A' quocunq; mihi maclabitur hostia laudis,
 Huic mea magnifice gloria culta satis.
 Atq; hæc ipsa uia est, per quam uestigia ducam
 Illius, ut saluus possit adesse Deo.

Sib. Psal. 51.

Ferrem sacra tibi, sed non tibi uictima grata est,
 Nec pro criminibus hostia cæsa litat.
 Victima grata tibi, mens quam peccata remordent,
 Sollicito pectus quodq; timore micat.
 Quo quicunq; tibi sacras se sistet ad aras,
 Et placet, & precibus quod petit omne tulit.

Eob. Psal. 51.

Nam neq; thure dato positas placaris ad aras,
 Victima, nec structo te mouet ulla rogo.
 Te tamen hoc ipso ueneratus honore fuisssem,
 Si uelles ista religione coli.
 Nunc tibi nulla magis cordi sunt sacra, nec ullum
 Gratius est anima se cruciante sacrum.
 Nec tu despicias afflictæ munera cordis,
 Commoda quod sine te nulla quietis habet.

Sib. Psal. 69.

Voce tuas grata laudes celebrabo, tibiq;
 Seruiet, & fama spiritus iste tuæ.
 Hoc mage quam camuris gratū tibi cornibus ingens
 Taurus

LIBER V.

338

Taurus erit, terram qui pede crebrò ferit.

Eob. Psal. 69.

Ipsè Deo dicam noua carmina, & esse fatebor,

Qui sit magnifico dignus honore coli.

Omnibus & titulis, & bobus cornibus auctis,

Officium Domino gratius illud erit.

Idem Eccl.

Grata Deo non sunt pingues holocausta per aras,

Nec sacra quæ stulti persoluere manus.

Sib. Prof. lib. 2.

Victa remollescunt precibus tua numina nostris:

Lotich. lib. 4. Carm.

Namq; preces casto pellentes pectore morbos,

Votaq; Pæonia fortius arte solent.

Fab. lib. 3. Oda 1.

Preces tonantem conciliant Deum,

Leuantq; pœnæ promeritæ malum:

Auertunt bella, famemq;

Et pestem dira minantem.

Ibidem 24.

Nec tu scis numerum, aut pondera spectas,

Thesauris Persarumq; Arabumq;

Pomposisq; aris, aut hecatombis

Ante serens puram thuris acerram,

Et gemitum attriti pectoris unum.

Idem Vict. cœl.

Non Deus aut ouium, aut hircorū sanguine gaudet,

Sed mandata eius qui facit, ille placet.

Sib.

Sib. Pſal. 4.

Non boue maſtato numen cœleſte, nec aris,
Sed fidei gaudet ſimplicitate coli.

Eob. Pſal. 4.

Sacra etiam, ſed iuſta Deo, nec iniqua feratis,
Sperate in Domino, ſpes rata talis erit.

Lotich. lib. Eleg. 7.

Vota mouent ſuperos (expertis credere dignum eſt)
Vota deos Hagi, ſi modò iuſta mouent.

Fab. lib. 1. Piet.

Quod ne queunt parue uires, tenuisq; facultas,
Hoc ſcio me ardenti poſſe parare ſi. e.

Aemil.

Propterea uobis dico, moncoq; fideles,
Vt quæcunq; dari cupitis per uota petatis,
Poſcite quæ uultis, tunc cuncta petita dabuntur.
Quærite quæſitum feliciter inuenietis,
Aethereas pulſate fores, reddentur aperte.
Nam quicumq; petit, res auferet ille petitas,
Quærens inueniet, pulſans mittetur & intro.

Ibidem.

Inſuper & noſtro patrem quæcunq; petetis,
Nomine poſcentes, uobis præſtabo fidelis,
Vt pater in nato iuſtum lucretur honorem.
Quicquid erit noſtro quod nomine cunq; petetis,
Perficiam certò, nec uos ſpes irrita faller,
Præſtita, ſed largo cum ſœnore cuncta reponam.

Stig.

NON

Non amat externo delubra sonantia cultu,
 Non amat imposito munera thure Deus.
 Officia ex animo, fidoq; oblata timore
 Respicit, & quorum est unica causa fides.

Micyl. lib. 5. Syl.

Nec tibi tum uitulus pedibus qui spargit arenam,
 Candidaq; aurata cornua fronte geret.
 Ad ductus patrio sacra ad penetralia ritu,
 Tam cadet ante aras uictima grata tuas:
 Quam mea que grata psallam tibi carmina lingua;
 Et quibus ipse tuum nomen ad astra feram.

Orantis officium.

Fab. lib. 3. Oda 2.

Qui uult ad cœli superas se attollere sedes,
 Cumq; Deo sacra uerba loqui cupit:
 Abijciat pauide quecunq; obstacula menti,
 Horror peccati in cutit, aut pudor,
 Accedatq; fide plenus, precibusq; fatiget
 Nunquam polliciti immemorem Deum.

Ibidem. 20.

Quis ergo clara uultum
 Letum tollet ad astra?
 Qui credit in parentem
 Verbo cuncta potentem,
 Suamq; nouit esse
 Vitam uulnera Christi.
 Qui sorte de piorum

DE TABVLA DEC. I.

Confors, numen utriq;
 Sequitur pij Fauoni
 Flantem coelitus auram,
 Nec carcerem, minasq;
 Oraq; maximam
 Horrens, finit seuera
 Se de sede moueri.

Negligentia in precibus fugienda.

Phil. lib. 1. Epigr.

Nos quoties curamq; precesq; remisimus ipsi,
 Ocia securis insidiosa nocent.
 Illecebra uacuas subeunt dulcedine mentes,
 Et facile in uitiam pectora prona trahunt.

Deus non contemnendus.

Fab. lib. 2. Milit.

Nam quicumq; Dei monitis non commodat aures,
 Eleuat & poenae cum leuitate minas:
 Aduocat ipse sibi uiolentam crimine poenam,
 Supra namq; malis est caput ira Dei.

Mortui non laudabunt Dominum.

Sib. Plal. 6.

Non tua facta cohors celebrat tumultata: quid autem
 Te'ne canet tenebris mors adoperta caput?
 Eob. Plal. 6.

Nam tua nec memorant uitali lumine casti

Facta,

Facta, nec inferna te colit aula domus.

Sib. Psal. 30.

Quid tibi mors fructus, quid mea fata serent?

Non poterunt, simul ac tenuem mutabor in umbram

Ossa minuta loqui teq; tuamq; fidem.

Eob. Psal. 30.

Quid tibi contulerint, quid ue utilitatis habebunt,

Si mea quis rapidae corpora mandet humi?

Ann' ue tuum sterilis celebrabit puluis honorem,

Num' ne tuam dicent ossa sepulta fidem?

Sib. Psal. 88.

Ergo' ne iam manes inter miranda patrabis,

Et dicens grates puluis et ossa tibi?

Ergo' ne carmen eris supremis ignibus ustis,

Busta celebrabunt teq; tuamq; fidem.

Scilicet obscurae referent tua gesta tenebrae,

Iusticiaeq; tuae mors erit ipsa memor?

Eob. Psal. 88.

Nunquid tu facies miracula lumine cassis,

Surget' ne in laudes turba sepulta tuas?

Num' ne tua in tacitis bonitas narrabitur urnis,

Num' tua in extrema perditione fides?

Nunquid in audaces tenebrae tua facta loquentur,

Nun' tua lethaeis iura ferentur aquis?

Sib. Psal. 115.

Cassa Deus nunquam te laudat lumine turba,

Immersam nigro quam premit umbra lacu.

Eob. Psal. 115.

340 DE TABVLA DEC. PRIMÁ

Nemo tuas laudes post ultima fata loquetur,
Nec nigra perpetua quæ loca nocte silent.

Flam. Pſal. 30.

Ecquid ſepulchra lingua condita poterit
Cantare nominis tui

Laudes? tibi ne doctâ dextra pſallere?

Idem Pſal. 6.

Quid me, oro, morte rapere tam citò iuuat:

Ecquid ſepulchro conditus

Tui memor ero, quid tuas amabili

Cantabo laudes carmine?

Si cæde me & lectum meum libidine

Contaminaui ſordida.

Buch. Pſal. 6.

Vbi ſeuâ duram mors manum iniecit ſemel,

Quis amplius meminit tui?

Quis noctis altæ obrutus caligine

Nomen celebrabit tuum?

TERTII PRÆCEPTI VIRTUTES,
eiusque repugnantia.

SABBATHVM.

Fab. lib. 2. Piet.

Luce ſacra requieſcat ager, ponatur aratrum,

Et Dominus ſeruo triſte remittat opus.

Micyl. lib. 5. Syl.

Septima lux Domino ſacra eſt, operiſq; negata:

Hanc uacua rebus ſœmina uirq; colant.

Verbum

Verbum Dei.

Sib. Psal. 18.

*Est uia recta Dei ratio sine crimine, uerbum,
Purius argento testa quod igne coquit.*

Eob. Psal. 18.

*Omnibus in factis Deus integer, omnia uerbo
Quæ facit, emuneto sicut ab igne facit.*

Sib. Psal. 19.

*Lex est sancta Dei, mentes reficitq; fidelis
Sermo Dei, reddit pectora docta rudes.*

*Lætificant moestos Domini decreta, salutis
Verba afflant animis, luminibusq; decus*

Eob. Psal. 19.

*Lex Domini immaculata, animas refrigerat ægras,
Indoctorum animos erudit atq; polit:*

*Aequa Dei mandata, animos & corda serenant,
Illustrant oculos lucida iussa Dei.*

Sib. Psal. 119.

*Ceu sax in tenebris uitæ præluceat eunti,
Vox tua, qua rara est semita trita pede.*

Eob. Psal. 119.

*Vt laterna pedes, sic me tua uerba gubernant,
Lampas ut extenta quæ face monstrat iter.*

Sib. Psal. 119.

Excocto tua lex est multo purior auro.

Eob. Psal. 119.

Non secus ac purgati igni tua iussa relucet.

Buch. Psal. 12.

— Quod ab ore fideli

Cunq; fluit Domini,

Auro purius est, duro quod fusile fecit

Septima flamma coquens.

Dum fex in fumos exploratore camino

Crassa abit in cineres.

Sib. Psal. 12.

Ter quater argento supremi sermo parentis

Purior est multo testa quod igne coquit.

Eob. Psal. 12.

Omnia quæ loquitur Dominus purissima uerba,

Et sunt argento candidiora nouo.

Argeto flammis cui quicquid adhæsit ademptum est,

Quod focus ipse probum terq; quaterq; probet.

Micyl. lib. 5. Syl.

Summa mihi præstat Domini solatia sermo,

Erigit ille animos, fessaq; corda leuat.

Mulcet & affectas longo discrimine mentes,

Et tuos quamuis per mala multa facit.

Verbi Dei uis.

Sib. Psal. 29.

Vox per inane Dei uolucres agit incita currus,

Fulmineo nubes diuidit igne Deus.

Et cuius decus omne polum ciet, in tonat æther,

Fit fragor, abruptis terra madescit aquis.

Vox uirtute Dei pollet, uox robore frangit

Omnia

Omnia magnifico comminuitq; Dei.
 Vox cedrosq; Dei, aërias euerit & ornos,
 Quæ celsum Libani circumiere caput.
 Subsilit Hermonius lasciu more iuueni,
 Aut media cornu quæ fera fronte gerit.
 Vox flammâsq; Dei, sæuos erumpit & ignes,
 Vox conquassat agros, & nemus omne Dei.
 Ceruarum partus Domini uox eicit, altæ
 Voce comas syluæ deposuere Dei.

Eob. Psal. 29.

Vox Domini super exit aquas, cui gloria soli est,
 Intonat ipse super flumina magna Deus.
 Vox Domini uirtute potens, uox magna, decensq;
 Omnia confringens, omnia concutiens.
 Vox Domini cedros confringens, franget & ipse
 Voce cedros Libani concutiente Deus.
 Vox Domini flammâs dirumpit, & excutit ignes,
 Desertum Domini uox trepidare facit.
 Vox Domini loca commouit deserta Cadessi,
 Qua loca Sinaici uerticis astra petunt.
 Magna Dei trepidas mouere tonitrua ceruas,
 Et sæctus grauidæ parturire nouos.
 Verba Dei uastas nudarunt arbore syluas,
 Amplius & solitas non habuere comas.

Verbum Dei omnibus notum.

Sib. Psal. 98.

Nulla adeò extremo tellus subducitur orbe,

344 DE TABVLA DEC. PRIMA

Nescia quæ sit opis de pietate tuæ.

Eob. Pſal. 98.

Ipsè suam Dominus notam dedit esse salutem,

Signaq; iusticiæ non adoperta iuæ.

Sib. Proleu. lib. 1.

De uirtute Dei nam quæ iam nescia tellus,

Nec loquitur laudes, talia uerba tuas?

Fab. lib. 1. Oda 18.

Tener infans placidæ dum ubera matris

Trahit, aures sibi sanctis resonare

Modilis sentit, & audit puer innuptaq; uirgo

Sacra passim recini carmina uatum

Fora, uici, plateæ, templa, theatra,

Variarum feriunt sidera dulcedine uocum.

Pede pressans tumidas rusticus uuas,

Et opimam subigens uomere terram

Apud armenta, sato uirgine, pastor canit hymnos

Operosæ uigilans nocte lucernæ

Mulier, psalmifona uoce laborem

Minuendo, fruitur cælo, animo elata beato.

Idem lib. 1. Milit.

O' quater & quoties non est numerare beatum,

Tempora quis toto uox sonat orbe Dei.

Verbum Dei manet.

Sib. Pſal. 22.

Diuinum cunctis nomen memorabitur cuius,

Gloria erit uenturum omnium in ore Dei.

Eob.

Eob. Pſal. 22.

Iuſticia ipſius in toto cantabitur orbe.

Sib. Pſal. 36.

*Nec tua cum bonitate tamen non maxime rerum**Ad cœlos ab humo pertinent uſq; fides.**Iuſticia inſtar habet montis tua, iura profundis.*

Eob Pſal. 36.

*Iuſticię rata iuſſa tuę ceu ſaxea, conſtant**Culmina ceu montes quos tua dextra tenet.**Immęſę tua iudicia aſſimulantur abyſſo.*

Sib. Pſal. 48.

Sunt rata dicta Dei, docuit nos exitus.

Idem Pſal. 93.

*Non fallunt oracla Dei certiffima uerbi,**Acternumq; tua eſt laude decora domus.*

Eob. Pſal. 39.

*Plena fide tua ſunt oracla ſancta: nec ulla eſt**Quę Domi par ſit facta decora tuę.**Perpetuos tua ſancta domus durabit in annos,**Extremum huic referent ſecula nulla diem.*

Idem Pſal. 111.

*Omnia firma manu fecitq; & uera potenti,**Illius haud unquam iuſſa perire queunt.**Hęc ſtant perpetuis non interitura diebus,**Ex uero ſiquidem condita firma manent.*

Sib Pſal. 111.

*Quod facit eſt rectum, quod agit iuſtumq; bonumq;**Quę rogat æternas ſunt rata iura dies.*

346 DE TABVLA DEC. I.

Robore firma sacro, certo stant omnia uerbo.

Non Domini ulla dies extenuabit opus.

Idem Psal. 119.

Non peritura manet diuini gloria uerbi,

Cum sole & luna lex tua semper erit.

Omne tuæ durant oracula legis in æuum,

Stat uerbo tellus maxima fixa tuo.

Omnia lege, tuis consistunt omnia iussis,

Et seruit mundi machina tota sibi.

Eob. Psal. 119.

Perpetuò tua uerba Deus firmissima constant,

Nec tantum in cœlis est ea certa fides.

Perpetuò tua promissis constantia stabit,

Non secus ac manibus condita terra tuis.

Stant, hodieq; manent quæ tu rata cunq; tulisti:

Imperio nam sunt subdita cuncta tuo.

Sib. Psal. 119.

Cuncta fluunt, nihil est toto quod perstet in orbe,

Sacra, Dei interitu munera, uerba carent.

Eob. Psal. 119.

Omnia sunt habitura aliquem cum tempore finem,

Mandati series est sine fine tui.

Sib. Psal. 119.

Non tua iusticia est numero finita perennes,

Est & erit ueri lex tua norma dies.

Perfugij dubijs arx munitissima rebus,

Hæc mihi qua æterno tempore tutus ero.

Decretis non meta tuis, non terminus æui,

Cognita

Cognita quæ fuerint si mihi saluus ero.

Eob. Psal. 119.

Iusticiæ decreta tuæ sine fine manebunt,
 Tempore perpetuo lex tua uera manet.
 Perpetuis tua sunt oracula certa diebus,
 Da mihi ut hæc possim noscere, uiuus ero.

Sib. Psal. 119.

Tam fundata scio firmo quæ robore, nullæ
 Subruere ut uires temporis illa queant.

Eob. Psal. 119.

Dudum certus eram tua dudum oracula noui
 Sic rata, quòd nullo sint peritura die.

Sib. Psal. 119.

Vis æterna tui sunt uerbi oracula ueri,
 Tempus in omne tuum iudiciumq; manet

Eob. Psal. 119.

Primæua rerum tua uerba ab origine constant,
 Iusticiæq; fides non peritura tuæ.

Sib. Acól. lib. 1.

Hoc coelum certisq; uides quæ sidera cœli
 Lapsibus æternas ire redire uias.

Hic sol qui lustrat terras hominumq; labores,
 Cynthius & nunquam quo prius ore nitet.

Lucidus hic aer, atq; aere purior ignis,
 Et terra, & liquidi cærule stagna maris,

Ad nihilum recident supremis omnia flammis
 Exitio mundum cum dabit una dies.

At ceu morte caret Deus, illius ore profecta

Sic

Sic uerba æternum non peritura manent.

Fla. Psal. 100.

Absumet ignis sidera,
Tellus peribit, at Dei
Mirabilis clementia
Et ueritas semper manent.

Fab. lib. 1. Ang.

Cœli crepabit machina,
Peribit æther arduus,
Tellus debiscet arida:
Sed ore prolatum Dei
Verbum manebit seculis
In terminum perennibus.

Idem. lib. 1. Oda 14.

— At prius in chaos

Orbis redibit, quàm leuem in aerea
Cœlestis oris uox fluat irrita.

Philip. lib. 1. Epig.

Sermo tuus nunquam per occidit irritus, & non
Spem fallit mentis, destituit ue piæ.
Nulla potest unquam tua dicta abolere uetustas,
Sic durat uerbo condita terra tuo.
Quodq; in defesso cursu cœlum omne pererrat,
Et sol formosum fertq; refertq; diem

Fab. lib. 2. Milit.

Verba Dei nunquam non conuenientia factis,
Aeterna perstant inuiolata fide.

Micyl. lib. 5. Syl.

Nam tua uera manent genitor promissa per eum,
Irrita nec uerbi spes cadit ulla tui.

Verbo Dei credendum.

Fab. lib. 1. Ang.

Quid hasitas mens, quid Deo
Tam lenta cessas credere?
Quod ipse mandat, ipsius
Statim auspicare numine:
Quod ipse dicit, crede, nec
Falleris in uita aut nece.

Idem Vict. Cael.

Quod iubet ipse Deus, non est contemnere tutum:
Perfice quodq; iubet, qua ratione iubet.

Amor audiendi uerbi Dei.

Sib. Psal. 63.

O' mihi si liceat uenerari numen in æde,
Qua pacti posita est conscia cista sacri.
Quam fortunatus, quam terq; quaterq; beatus,
Iunctaq; cum multis gaudia nostra forentis
Se tua maiestasq; daret, uirtusq; uidendam,
Et bonitas uita dulcior atq; anima.

Idem Psal. 85.

O' audire Dei liceat mihi uerba ferentis
Acternas pacis munera delicias.

Eob. Psal. 85.

Quod loquitur Deus, hoc tatum me audire iuuabit,
Pacis

Pacis quæ Dominus uerba loquetur cruentis

Sib. Pſal. 119.

Haurio anhelanti cœlestia pectore uerba,

Tantus amor legis, tanta cupido tuæ.

Eob. Pſal. 119.

Sicut anhelus eram gemitum de pectore ducens,

Vsq; adeò tua sunt iussa cupita mihi.

Flam. Pſal. 42.

O si niuea lux illa fulgeat mihi,

Cum liceat ad templum Dei

Adire, & hymnos numini augustissimo

Cum sancta gente dicere.

Eob. Pſal. 42.

Quàm uellem ex animo cœtu comitante honorum

Limina diuinæ læta subire domus.

Quàm cuperem lætas audire & reddere uoces,

Quæ celebri plausu carmina læta canant.

Quàm turbæ comes esse uelim festiua ferentis

Iubila quæ soli est turba dicata Deo.

Sib. Pſal. 42.

Nam mea uota: utinam turba stipante piorum

Ad delubra mihi fas sit adire Dei.

Vestibus & puris, plectro modulantis eburno

Luce sacra ad sanctos membra mouere modos.

Terrena præ cœlestibus non curanda.

Sib.

Sib.

Ergo tibi censes ideo data lumina uitæ,
 Nil ut agas: curis noctesq; diesq; fatigans
 Fulgenti ponas quàm uillas marmore, picto
 Murice luxurient sola strata, argentea eburnis
 Fulcra thoris niteant, ipsum Melibœa recurrentis
 Meandro uelet te purpura duplice, campus
 Accedatq; tuis qui proximus, ædibus ædes.
 Nec potius uerbo mentem conuertere cælo
 Diuino studeas, sanctum internoscere regem
 Et mundi discas, terrena ut labe piatus
 Ac scelerum purus mactati ab origine mundi
 Morte agni, lucis decurso munere, uita
 Mansura æternum summa cum pace fruaris.

Eob. lib. 2. Hero.

Est leue pro certa mortem contemnere uita,
 Vita quidem longa est, mors quotacunq; breuis.

Fab. lib. 1. Oda 15.

Nam quicumq; lucrum, uel laudem captat inanem,
 Quiq; fugacia præmia querit,
 Exiguo uerè gaudebit tempore: sed qui
 Perpetua & cœlestia malit,
 Ille animas inter sanctas, diuumq; senatum
 Aeterno ponetur honore.

Idem lib. 2. Oda 11.

Felicem ter & amplius
 Qui cœlestia cogitat,
 — Nec mortale nimis sapit.

Sacramen—

Sacramentum corporis & sanguinis Christi.

Vida lib. 2. Christ.

Iamq; Heros puras fruges, properataq; liba
 Accipiens, frangensq; manu partitur in omnes;
 Inde mero impleuit pateram, lymphaq; recenti
 Et laucis mixti diuim sacrauit honorem.
 Spumantemq; dedit socijs, mox talia fatur:
 Corporis hæc nostri, hæc uera cruoris imago,
 Vnus pro cunctis quem fundam sacra parenti
 Hostia, ut antiquæ noxæ contagia tollam.
 Vos igitur quoties positas accedere mensas
 Contigerit, sacrasq; dapes, libamina iussa,
 Tu ueris his nostri mæstum referetis honorem;
 Et nanquam istius abolefcet gloria facti.

Fab. lib. 2. Oda 3.

Nam porrigit ipse, iubetq;
 (Quid sumere tarde recusas)
 Partitum mandere panem,
 Pateramq; haurire cruoris.

Idem lib. 1. Hym.

Paschalis ignus interit,
 Se Christus agnus obtulit,
 Qui corpus atq; sanguinem
 Suis fruendum præcipit.
 In pane corpus porrigit,

Præbet

Præbet cruorem in poculo.

Hoc sit ut indelebilis

Signum perenne foederis.

Idem. lib. 1. Piet.

Discipulis Christus corpus dedit atq; cruorem,

Sub specie potus, sub specieq; cibi.

Aeterni pignus linquens moriturus amoris,

Nos alios uera iussit amare fide.

Ibidem.

Corpore deq; eius iussi, sacroq; cruore

Vsq; in beatæ regna uitæ pascimur.

Idem lib. 2.

Pasce fidem panisq; cibo, potuq; cruoris,

Altera cum Domino foedera facta meo.

Aemil.

Est cibus æternæ uerè caro nostra salutis,

Exhibet & noster uerissima pocula sanguis.

Quisquis edit carnemq; meam, bibit atq; cruorem,

Permanet unito uiuens in corpore mecum.

Atq; ego permaneo rursus coniunctus in illo.

Sic unum sumus unanimes, semperq; manemus.

Vincula nulla dies nostri dissoluet amoris.

Sicut ab astringero genitor me misit Olympo,

Æternum uiuens, & ego quoq; uiuo per illum.

Sic etiam qui me comedit, mansurus in æuum

Æternæ precium uitæ me propter habebit.

Hic est ille Dei panis, qui uenit ab alto,

Intima cœlesti satians præcordia succo.

A

Non

354 DE TABVLA DECA. I.
Non ueluti uestri ceperunt manna parentes
Acibere demissum, quos hinc sua fata tulerunt.
Sed uerè panem quicumq; comederit istum,
Acternum uiuet nullo moriturus in æuo,
Tantum præstabunt cœlestia fercula fructum.

BAPTISMVS:

Fab. lib. 1. Piet.

Has quoq; quos uitium tristi damnauerat Orcos
Ire q; natos, esse natos gratiæ
Fecit, & ad uiuas perduxit fluminis undas,
Sacroq; paruos imbuuit spiramine.

Idem lib. 1. Milit.

Non nostra Ebræo minuuntur corpora ritu,
Non acies saxi uulnera iussa facit.
Mens renouatur aqua uerbi uirtute: sed alter
In proprijs membris signa cruenta tulit.
Nam tuus ipse suo nos tinxit sanguine natus,
Participes regni fecit & esse tui.

Stig.

Eq; domo Domini leta scaturigine uiuus
Fons saliet, dulci loca latè arentia riuo
Humectans, unde ægra sitim restinguere, & omnè
Pectora fisa Deo poterunt abstergere labem,
Quacunq; extremas sitiens gens accolat oras.

POENITENTIA.

Sib. Psal. 51.

At sua damna tibi mens, quæ ratissima, cernens,

Et

Et nudus candor, simplicitasq; placet.

Idem Proseu. lib. 1.

Nam solet esse tuum non implacabile numen,
Si modò peccati pœnituisse uides.

Ibidem.

Saltem aliquis nostrum tendens sua brachia cœlo,

Numen adorasset supplice uoce tuum.

Vt nobis animos sese peccasse dolentes,

Quiq; emendarent facta priora, dares.

Aut tua uictu foret lachrymis clementia nostris,

Aut certè tantis pars bona dempta malis.

Idem Aeol. lib. 1.

Ille etenim clemens, nec inexorabilis ulli est,

Quem modò peccati pœnituisse patet.

Ibidem.

Mite Deus numen, quoniam peccasse fatentur,

Et pœnas inquit se meruisse dolent.

Nostra etiam ira pedem referat. —

Fab lib. 1. Ang.

Si lapsus est quis, insitum

Morbum & fatetur & dolet,

Hunc excipit Deus sinu,

Christus lacertis implicat,

Sacer salutat spiritus.

Gratantur huic turmæ aulicæ,

Commilitones impigri

Contra angelos apostatas.

Eob. lib. 2. Hero.

Felix errorem qui uidet atq; cauet.

Fab. lib. 2. Od. 6.

*Sæpe proposito in bono**Fixa mens, nec humi tenens**More lumina bestia**Alta cogitat, atq;**Ipsa se sceleris ream**Odit, ac nimium dolet,**Non tuum minuisse se**Pœnitendo furorem.*

Fab. lib. 1. Piet.

Non magis est, si quem pœnitet, ille nocens.

Idem lib. de Natali.

*Viuo ego, nolo tuam (ne uereâre) necem.**Nolo necem, uitam promitto, facillimus illi**Conuersum in melius qui reuocabit iter.*

Idem lib. 2. Milit. |

*Qui dolet atq; humili profitetur pectore Christum,**irati frangit mitia corda Dei.*

Ibidem.

*Pœniteat, clamet, suspiret, fidat, adoret,**Cui meritò læsi est ira timenda Dei.*

Idem Vict. Cœl.

*Non tamen in medijs cessabit gratia pœnis,**Nec grauis æternùm sæuiet ira Dei.**Cum ueniam posito supplex errore rogabis,**Et culpam fugiens postea gratus eris.*

Ibidem

Ibidem.

Supplicium ipse tamen placatus mitigat omne,
Cum sceleris fontes poenituisse uidet.

Ibidem.

Sæpe Dei populum gens opprimit impia bello,
Crimine cum populus desit esse Dei,
At quando iussas resipiscens currit ad aras,
Placat & iratum supplice uoce Deum.
Auribus esse nequit ad uota precantia surdis,
Sed fert speratam nil remoratus opem

Vid. lib. 4.

Insuper & cœlum completeret quanta docebat
Læticia, ætherei quanto gens incola regni
Acciperet plausu, si quis mortalibus oris
Iouentor scelerum, atq; pij contemptor & æqui
Iusticiam colere inciperet, rectumq; tueri.
Sicut ouem incautus pastor, qui è millibus unam
Amisit, seræ oblitam decedere nocti
Cum gregibus, ubi per rupes, perq; aspera tristis
Quæsiuit dumeta diu loca cuncta uolutis
Conuisens oculis, demum si fortè reposta
Pascens ualle inuenit, subito arripit illam,
Sublatamq; humero stabulis lætissimus infert.
Intranti dulces occurrunt oscula nati
Præripere, & reducè plausu domus excipit omnis.

Stig.

Nam quicumq; suæ deplorans pondera culpæ,
Cæritus ab hoc uno uindice poscit opem.

A 3 Ardentiq;

Ardentiq; fide Christo constanter adheret,
 illius & toto pectore iussa facit.
 Is sua uictori fert oscula qualia poscit,
 Is iungit placido pectora chara Deo.

Ministri Dei officium.

Fab. lib. Vict. cœl.

Cui Deus exhibuit cœlestia munera uati,
 Quemq; animi expertem noluit esse sui.
 Nil nisi quod cœlo docuit Deus ipse loquatur,
 Et domini faciat iussa seuera sui.
 Munera nec regum blandorum curet iniqua,
 Nec precio flecti pectora recta sinat.
 Quisquis auariciæ studet, aut popularibus auris,
 Hic uerè nunquam de pietate docet.

Stig.

Nemo potest unquam censeri iure sacerdos,
 Contra Euangelium qui fera bella gerit.
 Quiq; furens audet noua fingere numina, quiq;
 Sacra facit nulla tradita uoce Dei.

Ministri Dei non ledendi.

Fab. lib. Vict. Cœl.

Ledere re noli, uel dicto offendere sanctos,
 Quos fouet, uiq; oculos curat amatq; Deus.
 His quamuis aliquis cupiat maledicere, uerba
 Omnia in ipsorum uertit acerba bonum.

LIBER

LIBER SEXTVS,

DE TABVLA DECALO-
gi secunda.*Quarti præcepti uirtutes, eiusq;
repugnantia.*

PARENTES HONORANDI.

Fab. lib. 2. Milit. (rentes,

Quisquis amabit enim cum præceptore pa-
Huic tribuet uite tempora multa Deus.*Parentum officium.*

Sib. Acol. lib. 3.

*Mollibus ex animo natum qui diligit annis,
In sanctos mores erudisse studet.**Increpat, hortatur, laudat, monet urget, et instat,
Que facienda iubens, que fugienda uetans.**Vt simul atq; illi matura adoleuerit ætas,
Ipse serat curæ præmia digna suæ**Ibidem.**At tu cura tui uerè quem tangit alumni,**Dum pueri est ætas mollis et apta regi:**Ne uerò indulge, ne fortia frena remitte,
Stulticiæ ipsius stultior ipse fauens.**Infectus uitij ne quando adoleuerit, et iam**Que cupiet, credet cuncta licere sibi.**Colla iugo eripiat, disruptaq; loca relinquens,*

Mœroris patri sit tibi causa suo.

Ah quoties aliquis teneri corruptor alumni,
Vidit ubi sobolis facta scelestâ suâ.

Ah quoties genuit, quoties suspiria ducens
Fleuit, & heu seris ora rigauit aquis.

Principijs obsta, serò conuellitur arbor
Viribus immensum quæ stat adaucta solo.

Sed cape lora, ferosq; animos crescentibus annis,
Ipsius & multo uerberare terga doma.

Ille sleat potius, foedo quàm puluere canas
Deformes, miserâs dilaniesq; genas.

Ociâ dant uitij auctus, quæ uiuet ut ille
Da uacuo semper quod tueatur opus.

Fac artes primo rectas condiscat ab æuo,
Communis quibus hæc uita carere nequit.

Vtilis ut patriæ sit, & officiosus amicis,
Ac generis fiat gloria magna sui.

Fab. lib. 1. Piet.

Quinetiam insomnes noctes, uariasq; laborum
Acerbitates tolleranter perferunt.

Vt uictum hospitiumq; parent, certasq; relinquunt
Opes, egestatemq; deformem arceant.

Implantant uiridi uitæ præcepta sub æuo,
Docentq; sancta cum Deo loqui prece.

Nos prece cõmendantq; Deo, quæruntq; magistros
In educatione gnauè industrios.

Inuentisq; suam tradunt curamq; uicemq;
Defuntq; nullò nec loco nec tempore.

Ante

Antè sed in cœli stellas percurreris orbe,
Quàm per piorum facta eas patrum pia.

Idem. lib. Vi. cœl.

Disce parens autem quantum indulgentia damni

Quot mala, sanguineas quot parit illa nece?

Moribus infôrma natas, frenisq; coerce,

Hec ætas uitij luxuriosa suis.

In teneros uirgis, in adultas utere pœnis:

Atq; resiste, potes qua ratione, malo.

Nec tibi, nec patrie, nec charis deniq; natis

Infer mollicie maxima damna tua.

Parentum indulgentia.

Sib. Aeol. lib. 1.

Lenis at indulget nato quicumq; puelli

Nec lachrymasq; pati, nec gemitusq; potest.

Verbera quinetiam meritum defendit, & Eheu

Causa, inquit, fletus sum ferus ipse meis

Saxa gerit duro, solidumq; in pectore ferrum,

Immeritò nomen dulce parentis habet.

Sustinet immitti puerum qui cadere uirga,

Tristiaq; ætati uerba loqui teneræ.

Stultus, qui miseræ sobolis corruptor, & osor,

Quo sese natum credit amare, nocet.

Ibidem.

Blanda nocet teneræ menti indulgentia, iuncta

Verba pijs prosunt impertosa minis.

A s Parentum

Parentum uota.

Fab. lib. 2. Milit.

*Ad seros durant patrum quoq; uota nepotes,
Vatis enim sacri uox patris instar habet.*

Parentum gaudium.

Sib. Aeol. lib. 5.

*Praemia, leticiam: qua non implere parentis
Mentem, animumq; pij gratior ulla potest.
Quam si conspiciat natum uirtutibus auctum,
Nomen honoratos inter habere uiros.*

*Parentum amorem Christi
amor superat.*

Flam.

*Non sic & unicum & optimum
Amant parentes filium,
Ut ille nos: o centies
Beatus ille maximi
Iesu relictis omnibus,
Qui mente tota se tibi
In seruitutem dedicat.*

Idem.

*Quin mater & pater tuus
Te derelinquent, optimus
A dextera nunquam tua
Iesus recedet, omnium
Fidus comes discriminum.*

Et cum suprema uenerit
 Tibi dies te transferet
 In sancta regna coelorum,
 Fruaris ut uita simul
 Et sempiterno gaudio.

Fab. lib. 3. Od. 2.

Quod si etiam capiant genitricem obliuia nati,
 Quem tenerum uentre atq; sinu tulit.

Tu tamen excipies desertum, ulmisq; fouebis,
 Non fallax spes rebus in ultimis.

Philip. lib. 1. Epig.

Num poterit mulier curam deponere nati,
 Ut sobolem mater negligat ipsa suam?

Pone quod eueniat, genetricis ut exuat omnem
 Affectum mulier, seuior illa feris.

Ipsc tui nunquam tamen obliuiscar in æuum,
 Inq; mea tua sunt nomina scripta manu.

Fab. lib. VI. Cæl.

Non tanto affectu quicquam se diligit ipsum,
 Nos quanto omnipotens curat amore Deus.

Ibidem.

Immemor esse potest nati pater, at Deus ipse
 In natos mentem uult retinere patris.

Stig. lib. 1. Prec.

Huic Deus: An poterit curam deponere prolis
 Vlla parens, partum non miserata suum?

Si tam dura tamen, tamq; implacabilis ulla est,
 Ut possit sobolis non meminisse suæ.

ipse

*Ipse tui nunquam mutabo oblitus amorem,
Tu dilecta mihi filia semper eris.*

P R A E C E P T O R E S.

Fab. lib. 1. Piet.

*Virgea mandat eis, contemptaq; scepra, sed illi
Vix ullum in terris gratius extat opus.
O quoties uerbis non est efferre beatum,
Sedulus in tali munere quisquis agit.*

Ibidem.

*Ille meæ uitæ curam gerit, ille salutis,
Perpolit & lima pectus agreste meum.
Instillat placidas artes, præceptaq; sancta,
Nec finit in brutum degenerare pecus.
Luxuriam ueluti fœcunda in uite coercet,
Et docta carpit noxia quæq; manu.*

Scholastici officium.

Fab. lib. 3. Od. 12.

*Tum pium munus sedulus imple,
Seruaq; fidi dicta magistri.
Nec tuos unquam lède sodales,
Mentemq; cunctis exhibe amicam.
Hinc bonas artes dona superni
Flatus amore amplectere uero.
Ira, lites, mendacia, fraudes
Et contumaces pectoris ausus.*

Barbarus

Barbarus quæq; haud fert Scythia, longè
Ab cruditis moribus absint.

Idem. lib. 1. Piet.

Sint nitidæ uestes, facies sit lota, manusq;
Et facite arma libros ut sua quisq; ferat.
Nemo tamen properet qui non perlegerit antè,
Quæ discenda isto computat esse die.

In primis alacres ad uestros ferte magistros
Mentes, & studij continuatè uices,
In ludo linguis, animisq; fauete modesti,
Præsentemq; illic esse putate Deum.

Qui secum angelicas deducit mille cateruas,
Custodes teneri præsidiumq; gregis.

Ibidem.

In studijs primus labor est cognoscere Christum,
Muneris officium tum meminisse sui.

Ibidem.

Virtutes pietas in se complectitur omnes,
Hanc puer ex imo pectore paruus amet.
Præterea obseruet doctores recta monentes,
Inuigilet studijs tum sine fine bonis.

Tempora distribuat, cunctas bene colloquet horas,
Seq; piæ membrum cogitet esse scholæ.
Qui pius est, toleratq; sui qui sponte labores
Officij, ingenij præmia summa feret.

Ibidem.

Sis pius, & toto uenereris pectore Christum,
Officij facias munera sancta tui.

Obseruesq;

Obseruesq; pios doctores, more parentum,
 Atq; sodalicij membra modestus ames.
 In studio nullo deses frangere labore,
 Et fugias si quos senseris esse malos.
 Ignauum prauumq; Dei grauis ira sequetur,
 Optata assiduis dona dat atq; pijs.
 Ibidem.

In manibus codex, calamus dependeat aure,
 Scribere quæ iussus scribe, legenda lege.
 Sint instructa libris armaria, sitq; supellex
 Disposita, inq; suis condita quæq; locis.
 Deniq; nil facias, quo possit fide magistri
 Mens lædi, aut culpa tardior esse tua.

O B E D I E N T I A.

Eob. Eccl.

Nam qui mandato patienter obedit, ab omni
 Liber crit teiri colluione mali.

Fab. lib. 3. Ang.

Obedientia est Deo

Acceptior quàm uictimæ.

Sib. Psal. 81.

Qui tamen ô dictis utinam pactoq; manerent,
 Et sanctæ uellent carpere legis iter.

Quæ sibi defendit fisos, quàm fortiter hostes
 Illorum letho dextera nostra daret?

Quis odio Deus est, in eos nil iuris haberent,
 Felici faustos tempus in omne statu.

Pascentes

Pascentes florem farris, quæq; aspera saxa
Sudarent flauos dulcia mella fauos,

Eob. Psal. 81.

Quòd si me populus meus audiat, & mihi tritis
Gressibus Israel forsitan ire uolet.
Hostibus ipsorum mox frena ferocibus addam,
Multaq; iam uictis millia uicta dabo.
Et tunc qui Dominum sine causa odere rebelles,
Exciderent spebus turba profana suis.
Illi duxissent felicia tempora uitæ,
Si mea legissent mollia iussa sequi.
Illos tristitia pauissem farræ medulle,
Melleq; syluestris quod dare petra solet.

IN OBEDIENTIA.

Sib. Psal. 81.

Vera quidem moneo, sed paret nemo monenti,
Sancta q; non ullo pondere uerba cadunt.

Eob. Psal. 81.

Sed mea nec populus meus audit uerba, nec aures
Exhibet Israel, sed fugit, odit, abit.

Inobedientie pœna.

Fab. lib. Præca.

Qui placidi non uult dictis parère magistri,
Et negat his ipsis moribus esse Deum.
Illum ignominia, & paupertas stulta sequetur,
Et canescet inops, & sine laude senex.

Præterea

Præterea infamis defunctus munere uitæ
 Aethereas nunquam uiderit ille domos.
 Sed miserum obscuriq; lacus, & monstra manebunt
 Horrida, & ignito uortice semper aquæ.

Filius inobediens.

Sib. Aeol. lib. 3.

Vt duras nondum qui frenos ore momordit,
 Rectorem indomitus ferre recusat equus:
 Haud aliter quisquis puer indulgente parente,
 In mores coepit luxuriare malos.
 Non audit præcepta dein tractabilis ulla,
 Recta ferox odio uerba monentis habet.
 Ocia ceu furijs ætus contraria legum
 Mandatis, posito facta pudore facit.
 Sic & in æternum uitiorum gurgite mersus
 Exitium, patrio crimine præcipitat.

MAGISTRATUS.

Sab. lib. 6. Eleg. 6.

Namq; magistratus seu publica cura regendi.
 Est grauis, ac magnum sarcina pondus habet.

Sib. Psal. 82.

Esse Deos, ortus & summo ducere cælo
 Vos dixi, fortis sidere æq; uiros.

Eob. Plal. 82.

Sæpe ego dicebam, Quoniam dii scilicet estis,

Omnes

Omnes excelfo pignora cara patri.

Fab. lib. 2. Ang.

Omnis potestas de Dei

Pendet uoluntate & manu.

Imponit ipse frontibus

Regum coronas: ipse dat

Ensem, & rubentem purpuram.

Bonis ut augeant, decus

Dei, sacraeq; ecclesiae.

Malis, ut æmulas suas,

Feramq; plebem puniant.

Vesano & Herodi licet

Subdat tenellam infantiam,

Indigna pasuri gregis:

Parere sed tamen iubet

Simul bonis & improbis.

Namq; est potestas publica

Imago uiuentis Dei,

Nuu regentis omnia.

Idem. lib. 2. Piet.

Namq; magistratus pater est quasi publicus omnis,

Atq; uicem summi sustinet ipse Dei

Idem. lib. 1. Od. 3.

Seu principi bono regamur, seu malo,

Omnis potestas à Deo est.

Sanctoq; iussi non renitimur iugo,

Nisi ille mandet impia.

B

Æmil.

Aemil.

Scitis, et à nobis iam dudum audistis amici,
 Quòd proceres mundi regnent, commissa potestas
 Est quibus imperij, mundanaq; regna gubernent.
 Vnde etiam Domini subiecta à plebe uocantur,
 Atq; illis magni meritò tribuuntur honores.

Idem.

Reges ciuili in mundo dominantur honore,
 Et dominos qui sceptrata tenent suprema uocamus;

Magistratus officium.

Sib. Psal. 82.

Reddite ius miseris, normam præscribite, causis
 Oppressi iustis qua prohibente cadant,
 Tuti sint inopes, culpis absoluite sanctos,
 Turbaq; se uestra uindictet orba manu.

Eob Psal. 82.

Iudicijs inopes defendite, suscipite orbos,
 Adserite oppressos, iustificare pios.
 Reddite pauperibus ius, eripite insuper ipsos,
 Si quos in uinclis impius hostis habet.

Sib. Psal. 101.

Nil cum uirtutis mihi contemptore, nec ulla
 Nequicia est, que me non sinat esse bonum.
 Impia non mihi mens est, non mea tecta frequentat
 Improbus, aut ullo iunctus amore mihi est.
 Euerto quibus est scelerata calumnia cordi:
 Non sero qui stolidam mente superba tument.

Qui

Qui sint consilium nobis, iustosq; piosq;
 Quero, mihi famuli turba fidelis adest.
 Tectum aliud qui corde gerunt, aliudq; loquuntur,
 Sunt cunctis nostræ limina clausa domus.
 Abdere qui uerum gaudent ambage remota
 Pellimus, est uani gratia nulla uiri.
 Quid moror: excindo pessim scelerata patranes,
 Non manet urbe Dei me uigilante malus.

Eob. Pſal. 101.

Perfecto mea tota domus mihi corde regetur,
 In mentum ueriet res mala nulla mihi.
 Sectantem peruersa odi, nec aduntar illi,
 Secta comes lateri non erit ista meo.
 Flagitijs animus fractus procul inde faceisset,
 Nec leuis agnoscam facta maligna uiri.
 Qui uolet absentem uerbis traducere uitam,
 Hunc ego si possem perdere, certus ero.
 Ora supercilijs turgentem inflata superbis,
 Non aliquid mecum sortis habere seram.
 Obseruo si quos possem reperire fideles,
 Ut faciam partem sortis habere meæ.
 Simplicis ingenuo uitæ candore probatus,
 Ille mihi ex omni parte minister erit.
 Qui uarias falso concinnant pectore fraudes,
 Sit procul hinc, mecum non locus ullus erit.
 At qui uana leui loquitur mendacia lingua,
 Ante oculos stabilis non erit ille meos.
 Tempore cuncta breui tollam impia facta malorū,

Amplius omne scelus ne sit in urbe Det.

Fab. lib. 1. Od. 3.

Terris pater largire cunctis principes

* Tuæ fauentes gloriæ:

Qui te colant, qui te colentes diligant,

Nihilq; credant utile,

Quod non ad omnium salutem ciuium,

Bonumq; spectet publicum:

Sed esse patres, esse custodes gregis

Se Christiani cogitent.

Ibidem.

Dux ipse rursus in suas

Mentis paternæ cognitus, grauissimè

Onus laboris perferat.

Nec pro salute traditi sibi gregis

Vitam neget profunderè.

Idem. lib. 2. Od. 10.

Quiq; credidit suorum uitam, opesq; pauperum

Non tyrānos esse mandat, sed parentes & duces.

Idem. lib. 3. Od. 8.

Animo magno recta tueri

Digna ex ætulo principe uirtus.

Idem lib. 1. Mil.

Vos reges punite malos, defendite castos.

Innocuo damnum nec cumulate gregi.

Idem lib. 2. Milie.

In terris nihil est diuino principe maius,

Cui populi incumbit cura paternæ sui.

Quiq;

Quiq; professores ueræ pietatis honorat,
Inq; bonos confert munera sancta uiros.

Idem lib. Vi. Cæli.

Credita cui fuerit moderandi magna potestas,
Officium faciat cum pietate suum.
Obseruet regem uero studiosus honore,
Nec bona communi præferat ulla bono.
Non alijs obsit, nec se nimis efferat, & quos
Ingenuæ nouit simplicitatis amet.
Inuideatq; datum non cuiquam toruus honorem,
Nec paret insidias, perniciemûc struat.

Ibidem.

Ergo quos regum Deus ad latus ipse sedere
Fecit, & ex humili duxit ad alta loco.
Consilijs patriam, meritis adiungite regem,
Atq; Deum uita conciliate pia.
Vos autem populi quibus est commissa potestas,
Ante oculos dominum semper habete Deum.
Namq; Deum spernens, iniustaq; facta capessens
Corruet, & dannis occidet ipse suis.

Philip. lib. 5. Epig.

Dextra tenet gladium, seruat manus altera librum,
Signa decent reges scilicet ista bonos.
Illa quidem intentat sceleratis ciuibus arma,
Et terret stricto dextra mucrone malos.
Expendit iusto prius hæc examine causas,
Quam nudata sinat colla ferire rei.

Sab.

Namq; Deus celsa reges in sede locauit,
 Ac tantis opibus, tantis & honoribus ipsos
 Auxit, iusticiæ quo sint, legumq; ministri
 Attenti & caueant, ne turpi cedat honestum,
 Neue relaxentur scelerato frena furori.

Idem.

Ardua magnarum si quando negocia rerum
 Sunt tractanda, uiris prudentibus utere, ne quid
 Inconsultus agas, nec te dulcedine captum
 Fallat, & illecebris ad inertem blanda uoluptas
 Desidiam, mollis traducat & ocia uita.

Eob.

— Sic decuit uigilantem principis esse
 Pro se proq; suis animum, nec inertia noctis
 Totius in mollem conuertere tempora somnum,
 Cui populi, cuius commissa negocia curæ
 Publica sunt uigili. —

Stig.

Vt summum est igitur ueros defendere cultus,
 Functio quo non est gratior ulla Deo.
 Virtutem propriam sic principis esse decebat,
 Noticiam in populis amplificare Dei.
 Inde etiam Diui, cæliq; uocantur alumni
 Sinceræ cultus ut pietatis alant.
 Huc oculos referat, animusq; hæc uerbaprehendat,
 Qui populos iusta sub ditione tenent.

Imperia

Imperia diuinius constituuntur.

Fab. lib. 2. Ang.

Non regna fortunæ bonum,
 Ut finxi error ethnicus.
 Non sceptrâ gesserunt mali
 Casu, Nero & Maxentius.
 Nec factus est rex Dauides,
 Quod patre rege natus est.
 Nec impedit quod occupant
 Sceptrum Israelis, uiribus
 Peca & Baesa turpiter.
 Omnis potestas de Dei
 Pendet uoluntate & manu.

Idem lib. 3. Ang.

Regnis & imperijs Deus
 Adest, & unus diuidit
 Fasces, tiaram, purpuram,
 Vnusq; mirandis modis
 Depræliatur prælia.

Imperijs unus optimè præest.

Stig.

Heu malè funguntur regnandi munere plures,
 Qui regat utilior pluribus unus erit.

Respublica felix.

Eob. Eccl.

Felicem patriam cui dat sapientia regem,

Et qui cum sit opus strenuus esse potest.
 Cuius tempestiua serunt conuiuia primi
 Vt ualeant, luxu non ut inerte fluant.

Respublica infelix.

Eob. Eccl.

Heu patria infelix puerum sortita tyrannum,
 Cuius avara duces fercula manè uorant.

Fab. lib. Vi&. Cœl.

Sæpe mali culpam pendet respublica regis,
 Cum spreto aggreditur facta superba Deo.

Philip lib. 4. Epig.

Vnius ob culpam sæpe urbs dabit integra pœnas,
 Iusticiam spretis uiolat qui legibus, inde
 Supplicium iratus de tota Iupiter urbe
 Sumit, & immittit miseris pestemq; famemq;.
 Strata iacent uaria morientia corpora clade,
 Aut cecidit fugiens uictorem exercitus hostem,
 Auulsiq; solo merguntur in æquore muri,
 Fluctibus aut medijs pœnas dabit obruta puppis.

Princeps malus.

Fab. lib. i. Milit.

Summa ubicunq; malis rerum commissa potestas,
 Cum uirtute perit religionis honor.

Idem. lib. Vi&. cœl.

At dum magna petunt, inbiantq; aliena Simones,
 Flagitio euertunt astra solumq; suo.

Siue

*Sive datur templis illos regnare. foroq;
Iura opibus, leges utilitate probant.
Aut sacra prostituunt, aut publica comoda produnt,
Inq; bonos pugnant seditione uiros.
Cumq; ipsi teneant & opes, sceptrisq; fruuntur,
Pauper ubiq; caret, iustus ubiq; iacet.*

Eob. lib. 1. Hero.

*Mortua crede loco pietas est mortua in illo,
Caesar ubi malus est, pax ubi nulla bonis.*

Idem Eccl.

*Grade frequensq; malum princeps ignarus & excors,
Qui loca non equo diuidit equa gradu.
Quos nunc extollit, deiectos esse decebat,
Despicitur sapiens, praemia stultus habet.*

Lotichius.

*Quandoquidem curam princeps ubi negligit equi,
Sunt mutae, ueluti defuncta cadauera, leges.*

Fab. lib. 2. Od. 3.

*Princeps tropaea rara ponit ignauus,
Homoq; nullo exercitus malo torpet.*

Consiliarij pij.

Fab. lib. 1. Od. 3.

*Et cum nec unus cernat unquam singula,
Nec solus ex se dux sapit.*

Dei timentes, atq; cordatos uiros

Pericla fortes spernere,

Puras habentes a pecunia manus,

Adiunge amicos regibus.

Idem lib. 3. Od. 19.

Vt bonus sit fortè princeps,

Veriq; amans & æqui,

Nec peritos ac fideles

Sit nactus idem amicos,

Publica in statu beato

Res non potest manere.

Idem lib. 3. Ang.

Rursus à malo sit omni

Procul remotus ille,

Qui facit plus imperantem,

Quàm purpuram & placentum.

Qui timens Dei, irretortus

Dona abijcit nocentum,

Quiq; pollet erudite

Mentis sagacitate.

Consiliarij impij.

Fab lib. 1. Od. 3.

Pestes at illas, qui cruore pauperum

Instar Labanis uisitant.

Qui iura condunt, nulla seruant, qui fouent

Malos, premuntq; innoxios.

Qui ueritatem blanda per mendacia

Migrare cogunt exulem,

E' Christiani, non dans impijs locum,

Expelle principis domo.

Leges, siue iura.

Sab. lib. 5. Eleg. 6.

*Sunt etiam leges urbani uincula coetus,**Ni fuerint leges qui status orbis erit?**Iuraq; ciuilibus sunt propugnacula uitæ,**His sine nulla queunt mœnia pace frui.**Plurima defendi sine turribus oppida possunt:**Nulla regi certo sed sine iure queunt.*

Philip. lib. 2. Epig.

*Hæc moneo ciues, nec fabula uana putanda est,**Leges atq; Deum spernere crede nocet.**Sed placidam retinet pacem reuerentia iuris,**Peccanti quæ non parcere lenta solet.**Hæc prohibet turpem luxum, frenatq; rebelles:**Crescere nec patitur semina sparsa mali.**Iudicis emendat fraudes, uiolentaq; facta**Nasci inter ciues dissidiumq; uetat.**Deniq; uita hominũ tranquilla & honesta manebit,**Seruandi leges dum pia cura manet.*QVINTI PRAECEPTI VIRTUTES,
cuiusque repugnancia.

CRUX FERENDA

Ioan. Gigas.

*En iacet in paleis sub inani & paupere tecto**Seruator, Mariæ filius atq; Dei.*

Non

Non sunt Assyrijs exculpta palatia nimbis,
 Sed parua est magni pompa puerperij
 Cur homo multiuiga peccati mole grauatus
 Abnuitt hæc regis symbola ferre sui?

Sib. Psal. 119.

Gaudeo uexari uitæ per multa pericla,
 Vt discam legis scita uerenda tuæ.
 Auri contulerim cui non ego mille talenta,
 Aut quas terrarum sustinet orbis opes.

Eob. Psal. 119.

O' bene me passum tot iniqui incommoda fati,
 Nam tua lex facta est notior inde mihi.
 Iusticiæ doctrina tuæ mihi carior auro est,
 Hac etiam argentum uilius instar habet.

Fab. lib. 1. Milit.

Abest afflictio nunquam, —
 Ac bona cum damnis fert sua quæq; dies.

Idem lib. 5. Hym

Iter per arduam crucem
 Iustis ad astra panditur.
 Vitam quis amittit, Dei
 Ob nomen, in coelo inuenit.

P A T I E N T I A.

Eob. Eccl.

Quæ Deus humanæ seu sint bona seu mala uitæ,
 Immittit placido pectore ferre decet.

Ibidem

Ibidem.

Vir bonus est, animo qui sustinet omnia magno.

Ibidem.

Aduersas animo fer patiente uices.

Idem. lib. 3. Hero.

*Ferre decet patienter onus, quod ferre necesse est,**Qui iacet inuitus, durius ille iacet.*

Idem lib. 6. Syl.

*Aurea degenerem superat patientia fastum,**Si meruit certam littera sacra fidem.*

Fab. lib. 3. Milit.

*Sape seras humiles mollit patientia mentes,**Et si angunt blandæ ferrea corda preces.*

Idem lib. 2. Milit.

*Namq; homini uirtus patientia magna fideli est,**Pectore quæ forti scit tolerare malum.**Inq; Deum sperans, spinas uelut inter acutas**Eminet, & roseum tollit ad astra caput.**Sublatis manibus perstans, & lumine inherens,**E' solo pendet sola relicta Deo.*

TACITURNITAS.

Eob. Eccl.

*Et cessasse loco saepe, simulasse docendo**Pluribus occlusit limina certa malis.*

CONCORDIA.

Sib. Psal. 133.

*Ecce pios inter quàm res concordia dulcis,**Quàm*

Quam felix fratrum pace quieta domus?
 Assyria Aronis ceu spirant tempora nardo,
 Quae fluit in barbam uestis & inde sinus.
 Sic gratos iactat concordia mitis odores,
 Sic dulcis socium suauiter afflat amor.
 Hermonius qualis subiectos stillat in agros
 Ros, tua fecundat qualis & arua Sion.
 Vbertim ditat pax aurea corda, suosq;
 Cultores omni prosperitate beat.
 Quo pax & positus habitat concordia telis
 Degit eo, coeli qui regit astra, loco.

Eob Psal. 133.

Quae ligat unanimes felix concordia fratres,
 O' quales fructus utilitatis habet.
 Consona fraterno si uita sit omnis amori,
 Qui uerè dubitet dicere pacis opus?
 Tam sanctam sequitur pacem iucunda uoluptas,
 Quam pius aethereo nectare pascit amor.
 Non secus ac liquidus stillantia balsama succos,
 In sacra pontificum tempora fusa fluunt.
 Inde sub extremis ita deflua uestibus haerent,
 Dulcis ut in toto corpore spiret odor.
 Sicut & acrius Libani de montibus humor,
 Vbere fecundam rore Siona facit.
 Talis ubi est, interq; manet concordia fratres,
 Ipse bonum praesens influit omne Deus.
 Nam uitam tribuit meritis caelestibus auctam,
 Illa est diuitijs non redimenda quies.

Flam.

Flam. Psal. 133.

O' quàm bonum est pacis insolubili

Fratres ligari unculo.

O' qualia bona, & quanta secum gaudia

Apportat alma charitas.

Quales odores spirat unguenti liquor;

Stillans Aaronis sacro

E' uertice aureas ad oras uestium:

Tales odores candida

Pax, atq; amoris mutui concordia

Asil. nt piorum mentibus.

Vt ros Sionis decidens iugum, & auis

Hermonis alti pascua

Fœcundat: ita quas incolit domos pia'

Pax, ditat omnibus bonis.

Nam degit ubi pax, & beata charitas,

Ibi cœlitum degit pater

Fab. lib. 2. Ang.

Nam rara diuersissimis

In moribus concordia est.

Idem. lib. 3. Oda 15.

Luna si solem aureum haberet hostem;

Præuia auroræ reliqua astra stella,

Cœli ingens caderet globus:

Templa sic & publica res periret,

Ac scholæ turpem traherent ruinam;

Ni cuncti unamines forent.

Idem

Idem lib. 1. Milit.

Non maius decus est, nec cultus gratior illi,
 Quàm casti mores, & sine lite domus.
 Vt sine lite tamen degatur, munere fungi
 Quemq; suo uera cum pietate decet.

Idem.

Cœli soliq; machinam
 Tenet & regit concordia.

Idem lib. Car.

Terram, profundum, sidera
 Consors alit concordia.

Micyl. lib. 2. Syl.

Nam neq; sic aurum, nec lucida gemma resulget;
 Nata sub Eois sit licet illa plagis:
 Ceu thalamos iunctos inter concordia fulget,
 Mutua quam stabili uincit amore fides.

Idem lib. 5. Syl.

Optima cunctarum longè est concordia rerum,
 Quæ parit innumeris gaudia mista bonis.
 Namq; uelut Solymis redolent nascentia terris,
 Atq; salutifero balsama rore fluunt.
 Balsama quæ sacro stillant Aaronis ab ore,
 Atq; replent totum corpus odore senis.
 Aut uelut arentes reficit ros humidus agros,
 Excelsa Libani si quis ab arce uenit.
 Lethali quoties exurit Sirius æstu,
 Campos & flammis proterit arua suis:
 Sic hominum tenues reparat concordia uires,

Et

Et secum multis commoda rebus agit.

P A X .

Sab. lib. 6. Eleg. II.

Pace nihil melius, nil pace salubrius orbi,

Terrarum omnipotens qui regit astra dedit.

Pace Dei cultus, legumq; uerenda potestas,

Et sacra musarum gloria pace figet.

Pace frequens adfert Hymenæus gaudia sponsis,

Educat & castus pignora casta thorus.

Pace suas mercator opes, sua rura colonus

Possidet, absq; metu carpit & hospes iter.

Tunc resonant citharæ, tunc salibus apta iuuentus

Ad numerum coetu ducit ouante choros.

Micyl. lib. 2. Syl.

Non illa melius quicquam uidet arduus æther;

Non illa quicquam dulcius orbis habet.

Ac uelut in media cum sol æstate uirentes

Exurit campos, & sitit omne solum.

Si quando arentes nox alma resuscitat herbas;

Et cadit in siccos roscidus imber agros.

Vita satis redit, & morientia gramina surgunt;

Et reuocant uires torrida præta suas:

Sic hominum quoties stabili concordia pace

Res tenet, & iungit mutua corda fides.

Florescunt pietas, ius, æquum, fœdera, leges:

Non illis hostes, nil fera bella nocent.

Concordia Deo placet.

C

Micyl:

Nam pater ex alto qui cœli uertice regnat,
 Qui tenet imperio cuncta creata suo.
 Diligit è cunctis, placidoq; fauore tuctur,
 Mutaa quos pacis iunxit amore fides.
 Illis ex alto fortunam præbet olympo,
 Et cumulat multa prosperitate domum.
 Illis è natos, è pignora cara nepotum,
 Multaq; magnarum gaudia donat opum.
 Et regit euentus, è cursus dirigit omnes,
 Et mala depellit numine cuncta suo.
 Dum placidam uitæ contingant tempora metam,
 Et ueniat sero grata senecta pede.

Ibidem.

Summus enim liquidus qui cœli regna gubernat,
 Qui regit è terras, è freta longa pater,
 Respicit ex alto concordés æthere mentes,
 Et iunctas firma pacis amicitia.
 His largitur opes, è longæ tempora uitæ,
 Auget è optata prosperitate domum.
 His dulcés uuas è letas præbet aristas,
 Et quodcunq; boni commoda pacis habent.

BENEFICIUM.

Phil. lib. 3. Epigr.

Si quis beneficium daturus est ciuibus
 Id gratius fit liberali pectore,
 Et sponte cum datur: datum morosius
 Lenteq; non habebit ullam gratiam.

LIBER VI.

387

INVIDVS.

Eob.lib.4. Syl.

Nil miserabilius rebus mortalibus ortum est,

Sic semper ardente inuido.

Ardet & occulto miseræ cadet igne medullas,

Cupido non tantum furit.

Sæpe graues misero flammæ minuuntur amanti,

Hic igne nunquam liber est.

Non maiora aliquis dederit tormenta Perillus,

Non impius Mæzentius.

Et tantum res mira sibi nocet, & duntaxat

Se carnifex cui scerat.

Aspice quàm toruo distortquet lumina uultu,

Vt fictiles larvæ solèt.

Quales ire ferunt furias nocturna mouentes

Lethargicis insomnia.

Aspectum metuit uitam sine crimine agentis,

Vt glauca solem noctua.

Idem.

Nimirum hæc natura est mæstissime liuor,

Ad uitia exultas, ad benefacta doles.

Cumq; quod arrodas, nihil obtigit, effluit aeger

Sensibus & tristis pectore uulnus alis.

Heu quanto steriles depascere igne medullas,

Dum furis, & soli carnificina tibi es.

SUPERBIA.

Fab.lib. 1. Ang.

Cælo nihil serenius

C 2

Nihil,

DE TABVLA DEC. II.

Nihil paradiso pulchrius.
 Homo paradiso, & angeli
 Cœlo superbia excidunt.
 Qui plura sumit quàm Deus
 lubet, ministrat dæmoni,
 Amittit & quæ possidet,
 Concessa dona cœlitus.

Eob.

Altius erectum grauius cadit, omne superbum
 Inuisum superis, pietas gratissima cœlo .

Fab. lib. 2. Milit.

Nemo suos ortus, aut magna exordia tollat
 Iusticiæ iactet munera nemo suæ.
 Nam Deus antetulit maiori sæpe minorem,
 Iunior ut primas nunc Ephraïmus habet.
 Isaaco Agarides, ut fratri cessit Esauus:
 Nam modò contemptus, postea summus erat.

Ibidem.

Extrema pereunt in paupertate superbi,
 Quæq; mala immeritis sunt meditata luunt.

Idem lib. Vi. Cœl.

Non cohibere suas humana superbia uires,
 Sed Dominus clemens & bonus esse solet.

I R A.

Eob. Psal. 37.

Ira animæ mors est, iram fuge, mitte furorem:
 Ne malè commotus, tu quoq; forsan agas.

Sib. Psal. 37.

Ira suum caue te faciat, peccare timentem

In culpæ facinus cur furor acer agat?

Eob. Eccl.

Nunquam degenerem citò commoue aris ad iram

Stultum namq; frequens arguit ita uirum.

Fab. lib. 3. Ang.

Mouere rupes, esculos

Euertere, æquor sistere,

Laboriosum sæpius

Minus, rigentis flectere

Quàm pectus aut sensus uiri.

Eob.

Ira animis lethale malum procul absit, ab illa

Mors sæpe ingenijs, corporibusq; uenit.

Turbat enim cæcâq; animum caligine uersat,

Et sensus tota cum ratione rapit.

Sicut enim tactæ ferro candente lacunæ,

Sic motu calidi sanguinis ira fremit.

Hinc subitis fractos accendit febribus artus,

Sæpius his etiam deteriora facit.

Fab. lib. 1. Milit.

Discors ira, nocens, et nimis acre malum est.

BELLVM.

Sab. lib. 1. Eleg. 11.

At nihil est peius, belloq; nocentius adfert

Omne malum belli perniciosus amor.

Bella timore Dei mortalia pectora soluunt,

Bellicus euertit publica iura furor.

C 3

Bella

Bella nouenarum studijs inimica sororum,
 Terrificis cogunt cedere pleetra tubis.
 Bella nouas uiolant uiolante libidine nuptas,
 Dira uerecundo bella pudore uacant.
 Bella suis uiduant crudelia ciuibus urbes,
 Eruta bellorum moenia clade ruunt.
 Nullus opes auget, nullas locat aduena merces,
 Nullus agit belli tempore tutus iter.
 Fertile nemo solum patrij tunc conserit horti,
 Tunc sterili squalent arua relicta situ.

DISCORDIA.

Philip. lib. 3. Epig.

Vana sonans affert se uas discordia caedes,
 Incedit passim mala lis, & inania garrit.

Fab. lib. 2. Milit.

Inter discordes non est Deus, agminaq; odit
 " Dissona, quae uerus non sociauit amor.

Micyll. lib. 4. Syl.

Namq; ut in humano cum pugnāt corpore membra,
 Quolibet officium destituente suum;
 Paulatim solito priuantur robore nerui,
 Inq; magis uirtus deficit, inq; magis.
 Sic quoq; cum morbo discordia seuior omni
 Nos premit, & fines euolat ipse suos.
 Labitur, & ualidos quondam Germania uires
 Deterit, inq; dies peior it inq; dies.

TYRANNVS.

Sab. lib. 4. Eleg.

Sanguine

Sanguine nam pascunt animos, & cede tyranni,
Quos fera plus hominum bella saluē iuuant.

Tyrannis nulla diuturna.

Strocius lib. 3. Aeol.

Deficiunt uiolenta breui, moderataq; durant,
Seruanturq; bonis artibus imperia.

Fab. lib. 3. Od. 8.

Licet innumero septa latrone,
Diuturna tamen nulla tyrannis.

Lædenti ignoscendum.

Stig. lib. 1. Prec.

Ille suis ueniam nequicquam erroribus orat,
In quem sic hebetis cadit obduratio mentis,
Nesciat ut læsus lædenti ignoscere culpam.

Fab. lib. 3. Od. 1.

Tibine speras, ac precibus tuis
Deum futurum propitium, aut bonum,
Si nunquam crimina lapsa, &
Erranti sponte remittis?

SEXTI PRAECEPTI VIRTU-
tes, eiusq; repugnantia.

CONIUGIUM.

Sib. Psal. 128.

Innumera coniunx faciet te prole parentem,
Ceu uitis, fructu foeta subinde nouo.
Ut rami, mensam circum tua pignora, oliuae,
Quas tibi læticias, gaudia quanta ferent?

Ecce Dei certè talis fortuna colentum,
 Talia totq; Deo dedita corda manent,
 Eob. Psal. 128.

Aemula certabit grauibus tua uitibus uxor,
 Quæ repserè domus per latus omne tuæ.
 Quàm multus placidæ succrescit palmes oliuæ,
 Tu quoq; tam multa prole beatus eris.
 Gaudebis propriæ spectans conuiuia mensæ,
 Delicias mensæ pignora chara tuæ.
 Hæc bona prouenient Domino peccare timenti,
 Has tam præclaras semper habebit opes.
 Eob. Eccl.

Quare commodior uisa est mihi uita duorum,
 Quos una æquali iungit amore fides.
 Nam sociata fides ingentia commoda præstat,
 Et mala quæ ferimus plurima sæpe leuat.
 Nam si de socijs alter cadat, erigit illum
 Alter, & abiectum non finit esse diu.
 Et forsitan periturus erat, nisi subleuet ipsum,
 Et ferat optatum fidus amicus opem.
 Si duo conueniant in eodem corpora lecto,
 Frigida uix aliquo membra calore rigat.
 Rarò unus potuit uires uicisse duorum,
 Et grauiora triplex robora finis habet.
 Sib. Aeol. lib. 1.

Coniunx delicia tuæ, racemis
 Sicut pampineis grauata uitis
 Fœcunda in numeris tibi beabit

Domum pignoribus, tuam sedebunt
 Quæ, fructus ueluti tenelli oliuæ,
 Ad mensam tua gaudia uoluptas
 Dulces gaudia filij parentis,
 Dulces filiolæ patris uoluptas.

Flam. Psal. 128.

Vxor pudica bene regit domum, & optimis
 Exornat ipsam liberis.

Fœcunda uitis instar, apta diligens
 Quam curat arte uinitor.

Proles nouella crescit, ut uirentibus
 Oliua pulchra ramulis.

Et mensa turba garrula circumdata
 Cumulat parentis gaudia.

Hec est piorum uita, eosq; talibus
 Remuneratur premijs

Summi benignitas patris.

Lotichius.

At caro desponsa uiro, sua pignora mater
 Spectat, & optato genetricis nomine gaudet,
 Et thalami cunctos solatur honore labores.

Buch. Psal. 128.

Instar palmitis, uberi
 Prouentu grauidi, & coma
 Cingentis uiridi domum
 Te coniux hilarabit.

Ceu plantaria fertili
 Pubescunt oleæ solo,

Iucundo tibi liberi

Cingent agmine mensam.

Fab. lib. a. Milit.

Nec uarios uni iungis, sed ut unus ab una
Pendeat, & iussis stent tamen ambo tuis.

Ibidem.

Sit procul à tædis leuitas temeraria sanctis,
Sit procul à casto uita proterua thoro.
Principiò sit cura Deum, mox deinde parentes
Consulere, atq; operi mentem adhibere sacro.
Pòst aderit Deus ipse uolens facilisq; roganti,
Et faciet consors sit sine lite domus.

Si quid & acciderit (quæ possunt multa) molesti,
Vertet in optatum tristia cuncta bonum.

Et uictum & natis dabit incrementa tenellas,
Seruabitq; suum maximus autor opus.

Ne trahat à sancto modò diffidentia uerbo,
Nec cesset summum lingua uocare Deum.

Sermones conferre Deo, atq; audire loquentem
Verum est, & tali uult ratione coli.

Fab. lib. Epitha.

Scilicet haud illa quicquam felicius hora,
Qua uenit in thalamum casta puella uiri.
Et nihil est uita mortali letius illa,
Quàm par concordì pectore ferre iugum.

Idem. lib. Car.

Mortale durat omne

Vindo genus iugali.

Tellus per hoc stat ingens,
Cœlum per hoc repletur.

Stig.

Coniugium humana quædam est Academia uitæ,
In qua nemo satis se didicisse putet.

Micyl lib. 2. Syl.

Hæc quoq; enim magni est sententia certa Tonantis,

Cætera qui uersat numine cuncta suo.

Vt quos iusta fides casto sociavit amore,

Nulla semel iunctos soluat amore dies.

Sed placidè expectent postremi temporis horam,

Dum sociæ claudant ultima fila dææ.

Ibidem.

Nulla uiro uitæ solatia, nulla laborum,

Deficiunt luctu tecta, domosq; nouo.

Ac tutum non est, sociæ sine uiuere quenquam,

Et ueniunt uiduo noxia multa thoro.

*Amor coniugalis, amori paren-
tum anteferendus.*

Fab.

Est aliquid caros non neglexisse parentes,

Et pietas talis præmia magna feret.

Sed neq; te genitor, nec te dulcissima mater

Coniugis à dulci flectat amore tui.

Hoc probat ipse Deus, qui quos hac lege ligauit,

Humana solui conditione uetat

Liberi

Liberi procreandi.

Philip.lib.Epig.

*Causamq; quare procreamus liberos,
Hanc esse præcipuam putandum est, ut Dei
Noticia luceat futuris seculis:
Semperq; custodes sient superstites
Cœlestium legum, atq; templorum Dei.
Qui in patria tueantur has res optimas,
Et disciplinam ciuium, & mores bonos,
Non impia feritate deleri sinant.*

PVDICITIA.

Philip.lib.3. Epig.

*Vt cum de Statua facies formosa remota est,
Non decus in reliquo corpore truncus habet:
Sic reliqui mores spreti sine honore iacebunt,
Ni sint ornati laude pudicitie.*

Micyl.lib.2. Syl.

*Optima dos uitæ probitas, moresq; pudici,
Et species meritò quæ ualet illa ualet.
Cetera sunt uani ludibria pleraq; mundi,
Ac subitò quouis impete uicta ruunt.*

Pudor uincit ornatum.

Lotich.

*Sed pudor & probitas, & honestas regia cultum
Vincit, & exuperant castæ reuerentia famæ.
Sordet enim nisi coniunctum uirtutibus aurum.*

Bonus maritus est datus
 Custos, paterq; coniugis,
 Illamq; iudicat sui
 Partem tenacem pectoris.
 Non asperis conuicijs,
 Sed mollibus sermonibus,
 Connubiorum assuescit
 Parere sanctis legibus.
 Absens tenet, praesens colit
 Amica lecti foedera.
 Bonisq; natos erudit
 Cum literis, tum moribus.
 Seu lata lux effulserit,
 Iniqua seu sors presserit,
 Non ille ponit coniugis
 Curam pudicæ mutuam.

Ibidem.

Sic bonus uxorem uera pietate maritus
 Diligat, ut partem nouerit esse sui.
 Vxorem nam quisquis amat, se diligit ipsum,
 Se dominum uxoris, seq; scit esse patrem.
 Non rigidi uultus, non seui pectoris ira
 Coniungunt animos conciliantq; fidem.
 Sed faciles mores, & blandæ gratia linguæ
 Sunt duraturæ uincula amiciciæ.

Stig.

Stig.

Vt sua saluifico curæ est ecclesia Christo,
 Sic uxor curæ sit quoq; casta uiro.
 Hanc amet excepto cupiens ante omnia Christo,
 Hanc amet excepto ceu bona summa Deo.
 Multa quidem emendet, condonet plura maritus,
 Qui non uult dura conditione frui.
 Nec mutet rigida sua iura tyrannide mentis,
 Consortem uitæ sed sciat esse suæ.

Mariti pœna à Deo imposta.

Stig.

Cum dederis iussis deceptæ coniugis aures,
 Fregeris & legis iussa uerenda meæ.
 Eiq; mea uetitos gustaueris arbore fructus,
 A qua debebas abstinuisse manus.
 Non tibi sponte ferat mater sua munera tellus,
 Sed merito culpæ sit maledicta tuæ.
 Inde arumnofo quæras alimenta labore,
 Donec erunt uitæ tempora longa tuæ.
 Carduus & spinis squalens paliurus acutis,
 Dira tibi sterili semina fundat agro.
 Cœna tuam attenuet semper parcissima mensam;
 Herba famem uilis, sistat & unda sitim.
 In sudore tui capies tua prandia uultus,
 Commoda sed proprio parta labore feres.
 Donec in exigua cineres mutabere terræ,
 Mortale è cuius corpore corpus habes.

V X O R.

Fab.

Fab. lib. Car.

Vxor decoro sobria

Que gloriatur nomine

Colit Deum, colit uirum,

Natos alit, regit domum.

Spiras, monile, purpuram

Nihil moratur, aureum

Amat pudorem, gemmeam

Amplectitur modestiam.

Mores uiri putat sibi

Legem, uolens obtemperat,

Nouit tegitq;, si qua sunt

Sui mariti crimina.

In tristibus solatium,

In prosperisq; gaudium,

Aduersa fert constantia,

Ornat secunda gratia.

Stig.

Fida sua debet coniunx parere marito,

Ut paret Christo turba beata Deo. |

Namq; uir uxoris caput est, & regula uitæ,

Ut caput es populi Christe benigne tui.

Utq; uni seruit communio subdita Christo,

Atq; illum studio non simulante colit:

Omnibus in rebus sic uxor amare maritum

Debet, & huic dura fronte negare nihil.

Micyl. lib. 3. Syl. |

Non lædas prudens dicto, factoue maritum,

Sine

Siue domi fueris, siue secuta foras.
 Nec temerè obsistas illius garrula dictis:
 Sed quæcunq; idem iusserit, ipsa probes.
 Ac si quando ira uel uino præcipatus,
 Facta dabit meritis non ita digna tuis.
 Hoc quoq; dissimules, aut si tolerare molestum est;
 Blandicijs uincas aspera corda tuis.
 Si fuerit læsus, lætas cape sedula uultus,
 Mutuaq; amborum gaudia corda leuent.
 Si fuerit tristis, uoces imitare dolentis,
 Et faciem obducta tu quoq; ueste tege.
 Deniq; quicquid erit quod uel iuuat, aut premat ipse;
 Ipsa uiri uotis obsequere usq; tuis.

Vxoris pœna à Deo imposta.

Stig.

Ipse ego te uario Deus exercebo dolore,
 Quando feres uteri triste tumentis opus.
 In medio sobolem paries enixa dolore,
 Semper erunt partus tempora mœsta tui.
 Ipsa tuo cedes danti præcepta marito,
 Ille tuæ rector conditionis erit.

Vxoris ornatus.

Fab. lib. Carm.

Non calamistratis incedere crinibus ornat
 Vxorem, aut uaria ducere syrma stolæ.
 Nec pictæ mitræ, nec torto circulus auro,

Nec

Nec tenerum claudens mollis aluta pedem:
 Sed placidi mores, & criminis inscia uita,
 In charumq; fides, obsequiumq; uirum.
 Hic quondam priscis ornatus in Heroinis
 Extulit illarum nobile ad astra decus.

Uxor & liberi donum Dei:

Sib. Psal. 127.

Est cœleste uxor donum secunda, Deoq;
 Pignora contingunt præmia, dante, thori.
 Eob. Psal. 127.

Illius est munus numerosæ gratia prolis,
 Nonne uides fructus, hoc decus ille dedit.

Uxor mala.

Eob. Eccl.

Dum meditor, uideo mulier quod acerbior ipsa
 Morte sit, atq; omni durior exitio.

Quæ uenatorum similis, sed pluribus una
 Tendens occultis retia compedibus.

Illius incauti laqueis captantur amantes,

Illius ignauos uincula dura ligant.

Retia corde gerit, manibus sua uincula neçtit;
 Ingenio, forma, blandicijsq; nocens.

Dilectum sibi peste Deus seruabit ab illa,

Istos peccator concidit in laqueos.

MENS IEIUNA:

Eob. lib. 4. Syl.

D Ieiunium

402 DE TABVLA DECA. II.

ieiuna mens consulta rerum est,
Nox sine iudicio est, merumq;

LUXVRIA.

Eob. lib. 2. Syl.

Ingenium uis multa cibi suffocat, & aufert,
Appositam mortem luxuria omnis habet.

LIBIDO.

Fab. lib. Carm.

Libido Spartam perdidit,
Libido Troiam diruit,
Nihil proteruum & impium
Deus tuctur & iuuat.

VOLVPTAS.

Fab. lib. 2. Milit.

Difficile est fugisse, sed est fugienda uoluptas,
Claudere quæ cæli lucida regna solet.

EBRIETAS.

Eob. lib. 2. Syl.

Vt taceam famæ qualem denigret honorem,
Hei mihi quantum animis, corporibusq; nocet.
Ingenij exhaurit uires, animiq; uigorem,
Siq; quid est clari luminis omne rapit.
Corporis eneruat robur, succumq; iuuentæ
Exprimit, ut uites humida præla nouas.
Omne decus formæ perimit, fugitq; colores,
Laruarum similes uultibus esse facit.
Inde tot ærumnæ malè sani corporis, inde
Tot lædunt stomachum, tot nocumenta caput.

Inde

Inde manus tremula, pallor, timor, anxia mentis
 Conditio, & nunquam tuta animi requies.
 Hinc matutinas exhalant ora mephytes,
 Deformat putres pendula bucca genas.
 Hinc semper grauibus stillantia lumina guttis,
 Hinc ruga & scabie semper arata cutis.
 Hinc male consistens titubantis inertia linguae,
 Verbaq; inaudaci semiloquuta sono.
 Nocturna infestant furiales tempora somni,
 Et lemurum miscent, Eumenidumq; choris.
 Horrida saepe etiã huic comes est Epilepsia morbo,
 Quaeq; citò in mortem membra Apoplexis agit.
 Quid referam quantis animam post fata ruinis,
 Quamq; grauet poenis intolerabilibus?
 Tot uitiorum enim genitrix, tot causa malorum,
 Toxicæ pestifera seminat atra manu.
 Iurgia, furta, doli, fraudes, iniuria, caedes,
 Incestus, stuprum, raptus, adulterium.
 Fastus, auaricies, luxus, gula, liuor & ira,
 Pigrities, ista sunt sata iacta manu.
 Probra, nefas, rixas, discordia, bella, rapinas,
 Sentina si nescis, illius esse scias.
 At poterit Veneris tolerari blanda uoluptas,
 Illius & forsan cura futura fuit.
 Triste malum hoc postquam radices altius egit,
 Quò magis euulsum est, hoc magis hæret humo.
 Adde quòd illa animos ita conficit improba pestis,
 Ut nihil egregium, præcipuumq; petant:

404 DE TABVLA DEC. II.

Sed uelut Asphalti mens tacta bitumine stagni
Langucat, & miseris defluat ægra modis.
Tum capit stupidos demens uecordia sensus,
Tum spes destituunt, & ferit ossa pauor.
Flamma uelut nebula fumi compressa residit,
Ebria mens proprio munere cassa iacet.

Ibidem.

Has tamen una potest omnes effingere formas,
Omnibus in uicium doctior ebrietas.

Idem.

Immodici sensus perturbat copia Bacchi,
Inde quis enumeret quot mala proueniant?
Corporis exhaurit succos, animiq; uigorem
Opprimit, ingenium strangulat atq; necat.
Sed prius in sicca gaudebit piscis arena,
Bacche oblite modi quàm tua damna canam.

SCORTATIO.

Fab. lib. 2. Milit.

Nemo libidinibus maculatus, prole beata
Aut longo generis stemmate letus erit.

Amor illicitus.

Eob lib. 1. Syl.

Flamma latès amor est, sapidumq; per ossa uenenū,
Tormentumq; iuuans, exitiumq; placens.
Qui simul icta leui penetrarit corda sagitta,
Quem tetigit memorem non finit esse sui.
Hinc oblitus amans proprii uesanus honoris,

Esse

Esse sibi licitum dedecus omne putat.

Dumq; exempla nequit uotis per honesta potiri,

Fraude intentatum nil sinit esse sua.

Thuringæ potius messis numerabis aristas,

Quàm quot possideat crimina turpis amor.

Vt taceam gemitus, lachrymas, suspiria, noctes

Sollicitas totas, sollicitosq; dies.

Num rationis agit puer hic obliuia? & altos

A se ipsis animos degenerare docet.

Consilia euertit, iustum auersatur & odit,

Exiguo magnas tempore perdit opes.

Sunt comites huic tempestas, infamia, morbi,

Stulticia in prima sede pudenda sedet.

Mors quoq; nonnūquā, quis enim tot nescit amantiē

Saxa, ignes, laqueos, flumina, tela, cruces?

Est puer, at puerum quisquis deuincit amorem,

Hic decus ex meritis Hercule maius habet.

Fab. lib. 2. Milit.

Non secus Aetnæis ut pingue bitumen in antris,

Ardet: sic iuuenes feruidus urit amor.

Qui nisi sis præsto, nulla medicabilis herba

Perfurit, & morbis interit ipse suis.

Scip. lib. 3.

Heu semper miseris mortalia dedita curis,

Quàm facile à recti declinant pectora cultu,

Cùm furor insanus, cæciq; cupidinis ignes

Per uenas serpant imas, atq; ossibus hærent,

Ardua nec ratio obsistit, nec cernitur ægris.

406 DE TABVLA DEC. II.
Turpia quàm percant foedi mox gaudia luxus.

O C I V M.

Fab. lib. Vi&t. cœl.

Siue sacerdotes ducant, siue ocia reges,
Publica momento res cadit inde breui.

L I V O R.

Scip. lib. 3.

Prò recti ueriq; comes quàm semper iniquus
Est liuor, carpi refugit quàm cæca cupido.

SEPTIMI PRAECEPTI VIR-
tutes, eiusq; repugnantia.

A V A R V S.

Sib. Psal. 10.

Laudat auarus opes, quas dum modò congerat, iras
Possè sibi terræ ferre, poli& putat.

Eob. Eccl.

Sunt qui cuncta hominũ fugiunt consortia, tanquã
Ad se pertineant commoda nostra nihil.

Qui neq; coniugij carissima pignora fructus,
Nec sociæ quicquam conditionis habent.

Et tamen haud aliter dueros obiêre labores,
Quàm si multa hominum millia alenda forent.

Quorum nulla sitim sedauerit unda nec Hermi,
Nec fluuio fului diues arena Tagi.

Ibidem.

Magnarum quem uexat opum uesana Cupido,
Nunquam erit, aggestis ut satur esse queat.
Nec fructum ex illis feret unquam diues auarus,

Quid

Quid precor hoc etiam uanius esse potest?
 Nulla graues capiunt opulenti somnia curæ,
 Dormire hunc etiam non patiuntur opes.

A V A R I T I A S

Sib. Psal. 62.

Non auri capiat uos ergo dira cupido,
 Non ardor prædæ pectora sollicitet.
 Futilior sitis ne futilitate caterua,
 Et uestrum pondus quàm sit inane minus.

Eob. Psal. 62.

Omnia sectari uanissima parcite rerum,
 Nec uos commoueat diuitis aura lucri.
 Si fluxu rerum uos copia diues inundet,
 Diuitias prono parcite corde sequi.

Fab. lib. Vi. cœl.

Heu seruare modum nescit furiosa cupido,
 Quæ gestit partis addere plura bonis.

Micyllus.

Quò non aggreditur, quid nõ amor audet habèdi,
 Quiduè intentatum dira cupido finit.

Perfodimus terras, manes penetramus ad imos,
 Penè etiam Stygijs bella mouemus aquis.

Non nos undosi mouet inclementia Ponti,
 Nullaq; Symplegas, nullaq; Scylla tenet.

Non iras Boreæ, seuumq; timefcimus Austrum,
 Insani ferimur qua uia cunq; patet.

Quin etiam nisi fata urgent, nec sidera tuta,

D 4

Tutaq;

Tutaq; nec coniunx regia Iuno feret.
 Omnia tentamus, contendimus ultima quæq;
 Tanta fames cæcos, tanta cupido trahit.

Idem.

O' miseros homines, quid plena conditus arca
 Thesaurus iuuat, & multo congestus aceruo?
 Non hic usus opum, sed qui sapientius illis
 Vtitur, has genio partes, has sumet amicis.
 Multaq; cognatis faciet bona multa poetis,
 Atq; hominum reliquis, quorum res poscet & usus.
 In primis superum donis uenerabitur aras,
 Hospitioq; lubens acceperit urbis egentem
 Et patriæ, atq; iterum placidè dimittit euntem.

ELEEMOSYNA.

Sib. Psal. 37.

Nam pigra quod miseris fuit eius gratia nunquam,
 Munera fert soboles uberiora datis.

Eob. Psal. 37.

A'sidue miseretur enim, & bona plurima confert,
 Et genus ubertas ipsius alma fouet.

Sib. Psal. 41.

Felix cui dolor est miseri dolor, afferet illi
 Naturæ rebus tristibus author opem.
 Arcebit damnis, hosti decurrere uitam
 Dum dabit optatam, non sinet esse iocum.
 Quod si fors iaceat defectus membra uigore,
 Et spes iam uena deficiente cadat.
 Ipse Deus præsens ægro, medicando dolores
 auferet,

Auferet, & fracti corporis omne malum.

Eob. Psal. 41.

Felix ille, uirum duris qui rebus egentem

Sustinet, & meritis officijsq; leuat.

Illum si qua graui mala sors afflauerit austro,

Et rota fortunæ deuia perdiderit.

Illum restituet Dominus, memor omnibus ipsum

Pauperibus clausas non habuisse manus.

Huic Dominus tribuet longæuæ tempora uitæ,

Terrenas illo dante tenebit opes.

Illius haud unquam dominabitur hostis auarus,

Omnia, sed uiuus per mala uictor erit.

Idem Eccl.

Ne tua sit constricta manus, da largiter omni

Cui sit opus, prompta quisquis egebit ope.

Ignoras etenim mala quæ uentura trahantur,

Quid'ue hodierna ferat, crastina quid'ue dies.

Fab. lib. 2. Milit.

Nam quicumq; Dei sustentat, alitq; ministros,

Hic ipsi præstat munera tanta Deo.

Ibidem.

Vilia pauperibus qui non alimenta negauit,

Pauperiem nullo sentiet ille die.

Nec bona cum fructu lucrosius ulla locantur,

Quam Deus in membris quæ capit ipse suis.

Ros. lib. 2. Christ.

— Nulla hostia tantum

Grata, inopes quantum pietas quæ respicit, & quæ

Succurrit miseris, qui morbo, alijsq; premantur
Casibus. —

Micyl. lib. 4. Syl.

Inde tuo siquis studio, aut ope postulet uti,
Debita cui rerum fors alimenta negat:
Esse uelis alijs talis, tibi qualis es ipse,
Et mala uicini damna putare tua.

Vir bonus & pius.

Eob.

Qui bonus est, quacunq; studet ratione mederi,
Et uitia ut fuerint maxima parua uocat.

Sib. Psal. 112.

Mutua dat miseris uite quorum indiget usus,
Munificaq; bonus porrigit æra manu.
Omnia iudicio facit, & ratione gubernat,
Iniustumq; cauet proripiatur iter.
Diuini metuit fines transcendere iuris,
Nec uis constantem deiicit ulla loco.
Nomen ab orbe feret, longum quod duret in æuum,
Illius memor est semper, eritq; Deus.
Pectore non fracto casus expectat acerbos,
Auxilio fretus presidioq; Dei.
Nil metuit, nulla re perturbatur, in hostes
Et tandem cernit recidere omne malum.
Officij q; sui quia nulli munera claudit,
Munera iusticiæ nõ peritura feret.
Munificus titulis, pulchro cum alatus honore,

Et

LIBER VI.

411

Et celfo feriens uertice signa poli.

Eob. Pfal. 112.

Qui bonus est facile ingenua pietate mouetur,
 Vicino tribuens mutua pensa suo.
 Hic suo iudicio dispendet cuncta fideli,
 Quæq; gerit recta munera lege geret.
 Stabit enim nulla fati ratione mouendus,
 Nullaq; posteritas non memor huius erit:
 Non ille insidias meditantis murmura linguae,
 Non metuit famæ damna ferenda suæ.
 Pectore enim didicit Domino confidere forti,
 Cui nisi de cælo spes rata nulla fuit.
 Pectore fortis erit, metuet nil donec in hostes
 Fortunam aduersam uiderit isse suos.
 Pauperibus dispergit, opes largitur egenis,
 Perpetuas igitur iustus habebit opes.
 Stabit honorata sublimis in arce honorum,
 Præcipuo cornu tollet honore suum.

Philip. lib. 4. Epig.

Vir bonus afflicto facilis succurrit amico,
 Et quacunq; potest sedulitate iuuat.
 Aerq; non ægrè dat mutua ferre petenti,
 Ac opibus largè subuenit ille suis.
 Nec sibi diuitias per fraudem, aut querit honores,
 Nec cuiquam iniustas inijcit ille manus.
 Sic quando exitium fortuna inimica minatur,
 Illius semper uult meminisse Deus.

Et

Et quia securè esse Deo confidere nouit,
 Non huic incutiet nuncia fama metum.
 Mens immota uelut, magno cum robore quercus,
 Constat, & in Domino spemq; animumq; locat.
 Vir quoq; multa pius confert in pauperis usum,
 Est fiet miseris portus & aura uiris.
 Ille potest semper dubijs succurrere rebus,
 Isq; malis uictus cedere nescit homo.

Vir malus.

Eob.

Contrà qui malus est, quæ per se parua fuerunt,
 Maxima persuasis ut uideantur agit.

A M B I T I O.

Phil. lib. 2. Epigr.

Nam cernere hac licebit in tragœdia
 Nil esse peius ambitione, quæ omnia
 Diuina, humana, iusq; & fas uertere solet.
 Quæ florentissimis quibusq; ferè fuit
 Exitio ciuitatibus: quæ deniq;
 Tum plurimum nocet, cum in templa irruperit,
 Vbi hoc tempore sæuam exercet tyrannidem.

Labor irritus sine Dei benedictione.

Sib. Psal. 127.

Ni Deus ædificans qui mundum temperat omnem,
 Atq; suum nunquam deserit autor opus.

Ni

Nil Deus ipse struat, frustra tectumq; laremq;

Artificum solers cura laborq; parat.

Ni uigil ipse Deus muros & moenia seruet,

Excubitor frustra moenia miles obit.

Ante diem incassum reteggit quàm lucifer alnum,

Surgitur & durum continuatur opus.

Incassum exerces seruos ad lumina, uictum

Et propter curis nox uigilanda uenit.

Quos amat obscuro somnus dum uelat amictu,

His dat larga Dei dextra fauentis opes.

Eob. Psal. 127.

Ni Deus ædificet, frustra domus illa paratur,

Quam uolet humanus constituisse labor.

Ni Deus inuigilet, frustra custode tuentur,

Qui seruant uigiles moenia celsa uiri.

Ante reuersuram nil prodest surgere lucem,

Integras noctes nil uigilare iuuat.

Anxius es, metuisq; famem, nimiumq; laboras:

Falleris, est soli cura tradenda Deo.

Cui uolet ille dabit, ueluti per somnia quicquid

Humanæ ratio carnis habebit opus.

Idem Eccl.

Se licet immodicis mortalia pectora curis

Vexent, ut fructum quem libet inde serant:

Non tamen inueniunt quod quæsiuere, nec ullum

Hinc operæ precium commodioris habent.

Flam. Psal. 127.

Nisi coniugem Deus bonam, & agrum

Fertilens

Dulcesq; donet liberos:
 Frustra laboret, si quis hæc studio suo
 Sese paraturum putat.
 Nisi ciuitatem, & ciuium concordiam
 Defendat optimus pater
 Et ciuitatem & ciuium concordiam
 Frustra tuentur principes.
 Frustra ad labores ante lucem surgitis,
 Frustra laboratis diem
 Totum, labores nisi Deus uestros suo
 Fortunet ipse numine.

Philip. lib. 1. Epigr.

Quod struis & cælo certas educere molem
 Frustra erit, hoc condant ni Deus autor opus.
 Quod uigilas, urbemq; tuo uis Marte tueri,
 Falleris, excubias ni Deus intus agat.
 Et quanquam gratos somnos abruperis ante,
 Quam reuehit clarum lucifer ipse diem.
 Longa dies quamuis tristi consumpta labore est,
 Ac operæ partem nox quoq; sera trahat.
 Nil tamen assiduæ profunt curæq; laborq;
 Si non aspirent numina summa tibi.

Ibidem.

Nullius est felix conatus, & utile nunquam
 Consilium, si non detq; iuuetq; Deus,

OCTAVI PRAECEPTI VIRTUTES,
 eiusque repugnantia.

Bona

Bona nominis existimatio.

Eob. Eccl.

Sunt optanda magis puræ bona nomina fame,
Nobilis unguenti quàm preciosus odor.

Idem.

— Facilis reparatio rerum

Famæ difficilis. —

VIR IVSTVS.

Sib. Psal. 37.

Differit ore pius sapienti uera, Deoq;
Dissplicitura tacet, complacitura docet.
Lex mentis diuina eius latet abdita fibris,
Et pede non dubio quò gradiatur habet.

Eob. Psal. 37.

Labe carens ex ore fluit sapientia iusti,
Linguaq; curabit nil nisi uera loqui.
Ille gerit legem Domini sub corde sepultam,
Illi sub pedibus lubrica nulla uia est.

Iusti florent:

Sib. Psal. 52.

Ast ego ceu uiridis succrescam palmes oliuæ,
Coelesti auxilio fretus in æde Dei.

Eob. Psal. 52.

Ipse autem similis uiridanti semper oliuæ,
Quæ sit diuinæ pars quotacunq; domus.
Perpetuò in bonitate Dei spem semper habebo.

Nec

416 DE TABVLA DEC. II.

Nec mihi spes istas finiet ulla dies.

Sib. Psal. 72.

Clarebunt iusti, felicia tempora, lunæ
Vtcrius uariæ lumina pacis erunt.

Eob. Psal. 72.

Ipsius unanimes florebut tempora iusti,
Vlla salutiferæ tempora pacis erunt.

Pax erit hæc iustis totum diuturna per orbem,
Donec erunt lunæ cornua nulla super.

Sib. Psal. 92.

Aeternum iustus, uelut ardua palma uirescet,
Vt cedrus Libano tollet ad astra caput.

Qui sunt sacrata præsentis numine, summus
Rexq; paterq; orbis quam colit, æde sati:

Aula florentes, cruda, uegetaq; senecta
Diuina, fructus foetificando dabunt.

Eob. Psal. 92.

Iustus ut aeriæ florebit brachia palmæ,

Crescit ut in Libani collibus alta cedrus.

Inferti in Domini templo quicunq; uirescunt,

Atria florebut per spectosa Dei.

Quinetiam uiridem ducent in flore senectam,

Pinguis in ipsorum corpore succus erit.

Sib. Psal. 112.

Florebut natiq; pij, iusti q; nepotes,

Sanctorum curat pignora sancta Deus.

Diuitijs illi plenis domus alta nitebit,

Nec bonitatis erit, iusticiæue modus.

In tene-

In tenebris surgit rectis lux alma, bonisq;

Munere clementis iustificiq; Dei.

Eob. Psal. 112.

Posteritas præclara uiro nascetur ab illo,

Huius erit toto semen in orbe potens.

Huic bona cunctarum non deerit copia rerum,

Nullus iusticiæ terminus huius erit.

Per medias tenebras orientur lumina iustis,

Munifici summi pro pietate Dei.

Iusti fulgebunt.

Vida lib. 4. Christ.

Cernere erit liquidas longè fulgere per auras

Corpora clara hominū, quibus atræ obnoxia morti

Abluet omnipotens pater, æternumq; manebunt,

Amplius haud rerum subiecti casibus ullis.

Iusti non derelinquuntur.

Sib. Psal. 37.

Et uigui primæ florens lanuginis annis,

Et iam parte æui deteriore premor:

Nec iustum parvæ uidi stipis æra, tremente

Illius aut natos ore rogare cibos.

Eob. Psal. 37.

Et puer ipse sui quondam, & iuuenilibus annis

Integer, & nunc me curua senectæ premit.

Nunquam ab eo uidi desertum tempore iustum,

Ipsius aut aliquo semen egere cibo.

Iusti non confunduntur.

Sib. Pſal. 25.

Non pudor ora notet quorum tibi dedita corda,
 Contingant portum uotaq; sancta suum.

Eob. Pſal. 25.

Nam tibi fidentium nemo confunditur unquam.

Sib. Pſal. 34.

Scilicet adcurrunt ad eum quicumq; renident,
 Freta Deo nunquam uenit in ora pudor.

Idem Prof. lib. 2.

Qui Domino fidunt fractus licet irruat orbis,
 Tuto illo semper uindice turba manet.

Iusti affliguntur.

Sib. Pſal. 34.

Affera multa cadunt, circumstat turba malorum.

Eob. Pſal. 34.

Multa uiro semper ueniunt incommoda iusto.

CONSTANTIA.

Fab. lib. 2. Piet.

Nemo pius autem sedes, et regna uidebit,
 Qui non ad finem permanet usq; tuus.

Lingua.

Sib. Pſal. 64.

Exitio petulans erit ipsis lingua magistris,

Et

Et scelera in proprium sunt reditura caput.

Eob. Psal. 64.

Ipsis exitium sua friuola lingua parauit,
Omnibus ut fierent risus & opprobrium.

*Consilium malum consultori
pessimum.*

Sib. Psal. 9.

-arte

Induit in fraudem se malus ipse sua.
Consilij malus ipse suis evertitur, o res
Condi imo cunctis peccatore digna pijs.

Eob. Psal. 9.

Incidit in foueam quam gens inimica parauit;
Capti sunt laqueo quem posuere mali.
Per sua perdetur scelera impius, & sua uerbis
Est uanis alio poena futura loco.

Sib. Psal. 10.

Impius in miserum uocat agmina conscia clades;
O utinam pereat fraudibus ipse suis.

Eob. Psal. 10.

Quin proprijs inuoluatur fallacibus hamis;
Quosq; alijs studuit sepe parare, dolis.

Fab. lib. Vi et. cœl.

Quos struit ambitio, uel quos mens perfida casses;
Est mala in authoris fraus reditura caput.

Ibidem.

E 2

Nectere

420 DE TABVLA DEC. II.
Nectere quod si quis fraudem tentabit iniquam,
Artibus interimet seq; suosq; malis.
Inq; scrobes alijs multo molimine fossas,
Prospera promittit cum sibi cuncta ruet.

Mendacium.

Sib. Psal. 119.

Horreo mendaces peius serpentibus atris.

Flam. Psal. 120.

Dolosa lingua quem tibi fructum feret?

Quid turpibus mendacijs

Lucrabere præter odium Dei miser

Et omnium mortalium.

Qualis sagitta milite à fortissimo

Contorta, qualis ignea

Nutrita uis iuniperi olentis caudice:

Talis uenenata impij

Lingua est. —

Sib. Psal. 120.

Quid tibi labra ferent fructus, quid ex ora scelestæ

Hostis, quid lucri subdola uerba dabunt?

Lingua uenenata est, ueluti lita felle ualentis

Militis in pugna torta sagitta manu.

Aut quæ iuniperi prunis uis ignea seuit,

Et crepitante furens cuncta sonore cremat.

Eob. Psal. 120.

Quid tibi contulerint uanæ mendacia linguæ?

Quid rogo perficiet lingua dolosa tibi?

Id quod

*Id quod acuta uiri potuerunt tela potentis,
Quod de iuniperis torrida pruna potest.*
Fab. lib. 2. Hym.

*Integritatem callida
Sæpe opprimunt mendacia.*

Homines mendaces & improbi.

Sib. Psal. 52.

*Corde nefas uersas, concinnas pectore fraudes,
Ferro & acuta magis lingua secante nocet.
Deliciæ tibi falsa loqui, mendacia cordi,
Fallere amas, miseris uerba dedisse iuuat.
Damna studes ut des nil tale timentibus, ore
Insidiasq; bonis, perniciemq; struis.*

Eob. Psal. 52.

*Perniciem tua lingua nocens meditatur, acutum
Ceu ferrum, ueri nescia, fraudis amans.
Pessima quæq; bonis præfers mendacia ueris,
Nec tibi iusticia est, nec tibi nota fides.*

Sib. Psal. 36.

*- Non corda Dei timor impia tangit,
Est numen sine re, numen inane malis.
Se trudent operas inter, sua facta celebrant
In crimen iustos, inuidiamq; uocant.
Exitiosa docent, fingunt mendacia, mores
In sanctos moniti nec rediisse student.
Nocte dolos diro uersant in pectore, prauas
Insistuntq; uias, nec pudet esse malos.*

E 3

Eob.

Eob. Pſal. 36.

Sæpe graues imo gemitus de pectore duxi,
 Quod ſit egens meritis impius ante Deum.
 Quod non ſigna Dei præ ſe ferat ulla timoris,
 Per mala blanditus quæ facit ipſe ſibi.
 Donec digna odio quæ perpetrat ipſe probentur,
 Dum ſibi plus nimio per ſua facta placet.
 Friuola uaniloquo mendacia gutture iactat,
 Nec fieri melior, nec bonus eſſe ſtudet.
 In propria ſemper meditatatur iniqua cubili,
 Ambulat iniuſtum per mala tutus iter.

Sib. Pſal. 53.

Errat in ore quidem ſtultis, ſed pectus inane eſt,
 Aurea qui nutu temperat aſtra Dei.
 Omne nefas audent, foedo mens corpore multo
 Foedior eſt, reſtas nec ualet ire uias.

Eob. Pſal. 53.

Vſq; adeo quosdam rabies agit impia, ut auſint
 Dicere, qui uideat non ſuper-eſſe Deum.
 Execrabilibus perierunt cladibus omnes,
 Prodigæ quos miſeri uita laboris habet.

Sib. Pſal. 56.

Quæ loquor aut facio, captant, foecunda nocendi,
 Et fraudum ſtudio pectora concutiunt.
 In foedus coeunt, auidi me perdere, ſurtim
 Obſeruant noſtros corde furente pedes.

Eob. Pſal. 56.

Artibus aſiduis mea uerba euertere tentant,

Nil

Nil nisi conantur posse nocere mihi.
 Insidijs coeunt mea dum uestigia seruent,
 Ut uitæ abrumphant languida fila meæ.

Sib. Psal. 58.

Vt quod est æquum, uerumq; ambage remota,
 Dicere nemo queat, dicere nemo uelit.

Tempore mens longo turpes agitata per usus,
 Est nobis, pollens nequitiæq; sua.

Vestra opera fiunt, quæcunq; iniusta patrantur,
 Impuræ faciunt ad scelus omne manus.

Impius errorem secum fert matris ab aluo,
 Et mendax primi crimina lactis habet.

Crudeli certans uirus sub corde ueneno
 Fatiferum, uibrat quod nepa seua, gerit.

Aut obturatis quæ negligit auribus assis,
 Quos magico diros saga dat ore sonos.

Eob. Psal. 85.

—Imò animis uersatis in qua malignis,

Designant uestræ friuola facta manus.

Defluxère mali retrò, pessumq; abierunt,

A' primo uitæ tempore quisq; suæ.

Defluxère retrò mendacia uana loquentes,

A' primo exortus tempore quisq; sui.

Horum persimilis furor est serpentibus atris,

Tale sub infido pectore uirus habent.

Corde uenenatum referentes aspida ficto,

Qui clausas aures ne capiatur, habet.

Incantatoris ne uoces audiat, aures

E 4

Obstruit,

Obstruit, instantis ne cadat ore magi.

Sib. Psal. 62.

Fingere falsa iuuat, fraudes, mendacia cordi,

Blandaq; compositis abdere uerba dolis.

Eob. Psal. 62.

Illis sola placent mendacia, laudibus ora

Plena ferunt, odij pectora uirus habet.

Sib. Psal. 64.

Asperat ut saxo gladios, & acuminat ira

Fortis, in armatos cum parat ire, uiri:

Sic linguas acuere suas, sic spicula uoces

Fisa, quibus figant pectora sancta Deo.

Non expectatis nil quicquam tale timentes,

Demittant se uulneribusq; neci.

Decruere nefas, non apparentia tendunt

Retia, & haec aiunt qui notet, ecquis adest.

Illis insidiae cordi, fraudiq; doloq;

Ingenij uires explicuere sui.

Eob. Psal. 64.

Qui tanquam gladios linguas acuere dolosas,

Quorum sunt grauibus tela parata dolis.

Vt uel insidijs feriant quem perdere quaerunt,

Qui neq; peccatum, qui neq; crimen habet.

Lethiferas iaciunt neruo stridente sagittas,

Et capiti intentant absq; timore meo.

Consilia inter sese agitant obnoxia fraudi,

Et nisi perfidiae non habitura locum.

Nam mihi componunt laqueos, & retia neclunt.

Quae

*Quæ nullos hominum posse uidere putant.
Insidias toto meditantur pectore, quantum
Fraudibus inuentis quisq; ualere potest.*

Sib. Psal. 116.

Omnis homo fallax. —

Eob. Psal. 116.

Mendax omnis homo est, falsus & omnis homo est.

Sib. Psal. 120.

*Ore fero, sed nil ipsi nisi bella loquuntur,
Et sine nulla illis sanguine præda placet.*

Fab. lib. 2. Vict. cæli.

*Stat diuturna malis nullius gratia facti,
Et meritum uentis est magis omne fugax.*

Tempora nec quærunt quis uerè uita beata,

Atq; Dei, parta pace, colatur honor:

Sed quibus impure peragant nequissima uitæ

Ocia, & in luxu uiuere turpe queant.

Sophismata.

Phil. lib. 1. Epigr.

Non ego præstigijs inuoluo sophismata cæcis,

Namq; pios non hoc ludere more decet.

Non aliam sensit grauiorem Ecclesia pestem,

Nec res ulla magis perniciosa fuit,

Quàm structæ insidiæ uerbis confusaq; dicta,

Turpiter & fūco dogmata mixta nouo.

Mores seculi corrupti.

Sib. Psal. 12.

426 DE TABVLA DEC. II.

De sancta restat pars exiguissima turba,
 Et perijt pietas, interiijtq; pudor.
 Cana fides terras fugiens, candorq; reliquit,
 Et recti studium, nudaq; simplicitas.
 Vera loqui pudor est, mendacia dicere laudi
 Ducitur, est summum fallere posse decus.
 Sunt in melle sitæ lingue, s' à pectora felle
 Vertitur ambigua fasq; nefasq; uia.
 Eob. Psal. 12.

Defecere boni, ueri & pietatis amantes,
 Non est in cunctis gentibus ulla fides.
 Friuola concinnant linguis, & uana loquuntur,
 Turba malis socios fallere docta dolis.
 Blanda susurrantis texunt mendacia linguis,
 Et quæ uox loquitur pectora falsa negant.
 Sib. Psal. 12.

Impietas floret, pereunt legesq; fidesq;,
 Sceptra gerunt quoties imperiosa mali.
 Idem Psal. 14.

Deflexere uia cuncti de tramite, quisq;
 Carpsit iterq; suum, deseruitq; Deum.
 Eob. Psal. 14.

At retrò stolidis abierunt passibus omnes,
 Pestis enim miscri omnibus una fuit.
 Non fuit ex illis quem possis dicere iustum,
 Qui bene uixisset non fuit unus homo.
 Sib. Psal. 55.

Emendat mores nemo, Deumq; timet.

Vim faciunt pacis studiosis, foedera rumpunt,
 Frangere pacta iocus nomen inane fides.
 Ora fluunt succo pressi mage dulcia lactis,
 Corda gerunt bellum, praelia pectus habet.
 Sunt lita, quæ fantur pingui uelut unguine uerba,
 Cum sint quæ dico spicula felle madent.

Eob. Psal. 55.

Nulla quidem spes est mutari posse malignos,
 Qui Dominum toties irreuerenter habent.
 Iniecere manus in amantes foedera pacis,
 Pacta profanarunt relligiosa Dei.
 Ore ferunt pacem, butyro quod mollius esset,
 Sæua tamen tacito pectore bella mouent.
 Lenia uerba oleo quouis magis ore loquuntur,
 Illa tamen gladij, fortis acumen habent.

Sib. Prof. lib. 1.

Non usquam doctrina tui sanctissima uerbi
 Quæ nobis cælo prodita, pura sonat.
 Non est qui populo uenientia fata resignet,
 Non est qui uerum præmonuisse queat.
 Sacra facit nemo, sed enim nec sustinet ullus
 Hoste uetante, aris munera ferre tuis.
 Iura silent, opibus quicunq; instructior, ille
 Cuncta potest, æquum non ualeat, arma ualent.
 Libertas patriæ uirtute, et fortibus ausis,
 Claraq; bellando gloria parta iacet.

Idem Aeol. lib. 2.

Scilicet omne malum, scelus omne erupit in æuum,

Hoc

Hoc nostrum, ferro durius & chalybe.
 Victa iacet uirtus, uitijs iuuenesq; senesq;
 Artibus inuigilant uir mulierq; malis.
 Fraus, Venus, ebrietas, et amor dominatur habendi:
 Est nomen pietas, nomen inane fides.

Ibidem.

Cura uoluptatum priorem, quàm cura scholarum,
 Et plus doctrina filua moneta placet.
 Scire decus nullum, nummus iuuat, arca referta:
 Quo dum sit, queso bardus inersq; uocer.
 Quod facit ad reditus charũ est, uenerabile nomen
 Musarum spretum, pro nihiloq; iacet.

Flam. Psal. 12.

Mendacio iam turpi pulsa ueritas
 Recessit alma ab urbibus,
 Fidesq; sanctusq; pudor, & soror illius,
 Sinceritas amabilis.

Quòd si quis unquam blandiatur, & omnia
 Loquatur ore dulcia,
 Tu uerò ab illo potissimum caue.

Buch. Psal. 12.

Nuda fides hominum fugit commercia, uana
 Cum socio loquitur.
 Quisq; suo blanda exercens mendacia lingua
 Corde scelus meditans.

Eob. lib. 3. Hero.

Inde sed ut redeas, & in hæc deformia casu
 Incurras, Christum secula nosse neges:

Tam

Tam pudor & probitas, & mutua gratia fratrum
Extincta, euerſam deſeruere fidem.

Luxus opum, fraudes, amor immoderatus habendi
Inueſta, hic regnum pro pietate tenent.

Idem lib. 2. Syl.

Quippe iacet ſtudia, ingenijs laus omnis adæpta eſt,
Non eſt ingenuis artibus ullus honor:

Sed uelut indoctæ ſunt facta opprobria plebi,

Dicuntur ſacris eſſe uenena libris.

Atq; adeò nuſquam magis hæc ſentina malorum,

Non alibi peſtis ſædius iſta furit.

Ibidem.

Quinetiam acceſſit uicioſo gloria mori,

Peccatoq; boni nomine uenit honor.

Venit honor uicio, uirtus iacet, ocia regnant

Mollia, dum uentri uiuimus, atq; gula.

Improba dum nimio facimus conuiuia luxu,

Inq; malos mores prodiga turba ſumus.

Languit omnis honor ſtudiorum militie,

Armaq; dura prius, mollia facta iacent.

Fab. lib. 2. Oda 12.

Disciplinam uulguſ odit, atq; legum uincula

Spernit, artibusq; uiuit deditum turpiſſimis.

Impios amare cultus, & ſequi idololatrias,

In Deum cœli, impieq; dicere in Chriſti crucem,

Sabbatumq; polluiſſe, pœnæ ludus factus eſt.

Spreta charitas parentum, tincta ſede dextera,

Et fides thori ſoluta, cum dolis calumniæ

Frauus

Præuus omnis appetitus, heu merentur præmia:

Idem lib. 2. Hym.

Non tuta uera est sanctitas,

Despecta nuda ueritas.

Phil. lib. 2. Epigr.

*Nam pleriq; gulæ sectantur commoda, & ipsam
Vincere contendunt Sybarim, pars pallet amore
Accumlandi auri, studioq; senescit habendi:
Ambitioq; capit multos fascescq; superbi,
Et leue fallacis uulgi studiumq; fauorq;.*

Idem lib. 3. Epigr.

*Hæc uita gaudet improbis potissimum;
Tenet sed assentator primas omnium.
Viuuq; longè iucundissimè omnium:
Deinde sycophantæ proximus est honos.
Audire enim calumnias dulce admodum.
At tertius conceditur locus inuido,
Artes nocendi qui scit astutissimè.*

Fab. lib. 1. Milit.

*Aspicis ut numerosa, uelut paliurus in agris;
Impietas miris crescat adaucta modis.
Quæ mundi studijs, & auaro dedita uentri,
In coelis nullum iudicat esse Deum.
Dumq; canes in agris, & equos & retia curat,
Fit fera syluiuagas usq; sequendo feras.
Nec uultum in templis, nec munera iussa tuetur;
Et uendit uili sacra Deumq; cibo.
Parui facit benefacta Dei, promissaq; ridet,*

Ostendens

Ostendens ipsum, nomen inane Deum.

Ibidem.

Mollicies, luxus, saliaris copia mensæ,

Ociâq; ad uetitos ingeniosa iocos.

Ebrietate ferox, mens impietate superba,

Vitaq; honestatis prodiga, fraudis amans.

Deprauatorum libertas improba morum,

Corpus & impuris molle libidinibus.

Clausa manus miseris, auris quoq; clausa petenti,

Lingua pudore carens, uita timore uacans.

Ponere nequitiae tutum leuitatis asylum,

Spernere iura hominum, spernere iura Dei.

Perdidit & reges, & magnas perdidit urbes:

Nam iustus non fert improba facta Deus.

Idem lib. 2. Milit.

Cur eget eximius qui fert tua sacra minister,

Et data uirtuti præmia porcus habet?

Nónne uides quot alat nudata Ecclesia uentres,

Dignos in Stygijs quos uehat orcus aquis?

Idem lib. Vi. cæl.

Non inopes curare, Deum contemnere, leges

Negligere, iniuste uiuere, ludus erat.

Contemptus recti, tumidæq; superbia mentis,

Improbitasq; nouis luxuriosa malis.

Et nimis impuræ probrosa licentia uitæ

Laudi erat, & sceleri continuasse scelus.

Si quis inauditas promebat criminis artes,

Siue uoluptatis fortè recentis opus.

Flagitij—

432 DE TABVLA DEC. II.
Flagitij' ue nouum genus introduxerat, atq;
Moribus addiderat publica damna malis:
Ingenij laudem, primosq; ferebat honores,
Integritas illo maxima culpa loco.
Quiq; alibi infames, hac improbitatis asylum
Urbe frequens tota constituere sibi.

Ibidem.

Ac nisi doctrinae mansissent semina sanctæ,
Tempora non essent hæc meliore loco.
Nec meliore loco nostri sunt tempora seclii,
Quo tenet in cursu libera frena furor.
Nam uexare pios, blasphemam soluere linguam;
Cumq; sacris ipsum dispoliare Deum.
Ledere non meritum, lasciuam ducere uitam,
Omne patrare malum, præmia laudis habent.

Aemil.

Heu mihi quàm uerè nunc ferrea uiuitur ætas,
Quàm non ulla tenet pectora pacis amor.
Exulat acta procul rigidis concordia bellis,
Vtq; prius terris non habet illa locum.
Omni dissidio, seu isq; tumultibus ardent,
Germana posuit castra Gradius humo.
Cernimus innumeris periturum cladibus orbem,
Tendit in antiquum machina rupta chaos.
Nec tantum populos discordia seu a fatigat,
Qui minus ingenij, plus leuitatis habent.
Ipsi etiam reges communia sacra professi,
Quosq; ligat generis relligiosus honor.

Mutua

Mutua neglecto moderamine praelia miscent,

Lurida cognato sanguine pallet humus.

Ioan. Gigas.

Vsq; adeo hæc ætas ueri non commoda fructus

Cernit, & insano lumine cæca furit.

Stig.

Dedecus antè fuit, propè nunc malè uiuere laus est;

Dum tædet gratis quemlibet esse probum.

Tam fuit haud aliàs uaga & inconsulta iuuentus,

Nescia uoce regi, nescia iure regi.

Et placet, & tantùm laudatur frigida uirtus,

Vlterius precij nil habet illa sui.

Innumerisq; licet sua præmia deferat ultrò,

Nil agit, & clausas exulat ante fores.

Quæq; fuit quondam domina & dux unica uitæ;

Vix nunc est famulæ digna tenere locum.

Nam quid de sancto pietatis honore loquamur,

Heu mihi uix nomen sustinet illa suum.

Luxuriæ & leuibus maior pars dedita curis

Viuiumus, & coelo turba pudenda sumus:

Plus bona lucra uigent, & opum furiosa cupidò,

Quàm sinceræ aliquis religionis amor.

Micyl. lib. i. Syl.

Aspicio miseras omni sine honore Camœnas

Ante leues uulgi turpe iacere pedes.

Nam quotus est, aliquem ueterum qui noscere uatè

Nunc uelit, aut dignum laude poema putet?

Ah quotus est studio qui uel Demosthenis ora,

Vel tua Marce pater, liberiore colat.
 Cum Latijs æquè uideas sordescere Græcos,
 Hei mihi barbariæ quanta fenestra patet?

Ibidem.

Nemo est in magno, quotquot nunc uiuimus, orbe,

Qui facere officium cogitet ipse suum:
 Aut qui priuato discrimina publica lucro
 Ante uel exigua ponere parte uelit.

Pars titulos querunt, et magnæ nomina prædæ,
 Et pudet in media uiuere plebe uiros.

Pars uocat in dubium seculi monumenta prioris,
 Sideraq; ingenio subiicit ipsa suo.

Extremos ratibus currit mercator ad Indos,
 Et penetrat cunctos per freta longa sinus:

Dum cumulet largo patrimonia sera nepoti,
 Atq; idem centum iugera bobus aret.

Ast alius ficto fabricatur nomine causas,
 Et neclit uarios arte doloq; modos:

Vt miserum euertat tectoq; domoq; clientem,
 Adijciatq; suis arua aliena focis.

Extractis alij peragunt conuiuia mensis,
 Et nimias inter luxuriantur opes.

Nec curant æui uenientia fata futuri,
 Nec si quis uindex aspicit ista Deus.

Sed pariter monitus rident hominumq; Deumq;
 Et cœlum nugas et phlegethonta putant.

Idem lib. 4. Syl.

Scilicet ex omni mundus iam parte senescit,

Intereunt

Intereunt urbes, intereunt homines.
 Rarefcit uirtus, omnis iacet ardor honefti,
 Corruptit mores ipfa fenecta bonos.
 Ceffauit pietas, rectum ceffauit & æquum,
 Et ftat in extremo iam ruitura fides.

Ibidem

Nã quis adhuc Musas amat, aut quis tẽpore noftro
 Digna referre cupit facundæ præmia linguæ?
 Haud facile inuenies, neq; enim uelut antè solebant,
 Mortales faciunt, quæ laudem facta merentur.
 Sed pariter cunctos fcclerata pecunia uicit,
 Ac taciti fub ueste manus clauduntq; premuntq;,
 Dum quisquam intentis oculis circumfpicit aurum;
 Vnde ferat, quantumq; ferat, nec donat amico,
 Vel quantum recidit deterfa erugine quisquam:
 Sed propius quàm fura genu mihi fcilicet inquit:
 Si petis & dederis tute, ipfe ego fumere malim.

Ibidem.

Spreta iacet pietas, & cum pietate Camœnæ;
 Musarum ad turpem res rediẽre famam.
 Nil iuuat ingenuas animum coluiffe per artes;
 Cultorem uictus non leuat ulla fuum.

Idem lib. 5. Syl.

Nam quid non facimus, quid non audemus iniqui?
 Vita eft omnigenis noxia nofta malis.
 Impius hic aris libat fua uota prophanis,
 Et facit ex ligno quodlibet effe Deum.
 Alter adulterijs totam contaminat urbem,

Nulla illi mulier, nulla puella sat est.
 Defraudant alij uiduas, inopesq; colonos,
 Inuaduntq; dolis arua aliena suis.
 Nil tutum superest usquam, genus omne malorum
 Consequimur, nostrum uertimus inq; caput.

Amici inconstantes.

Sib. Psal. 38.

Vulnera diffugiunt cernentes nostra propinqui,
 Absistitq; procul quisquis amicus erat.

Eob. Psal. 38.

Longè aberant à me quando affligebar amici,
 Et plagæ stabant è regione meæ.

Sib. Psal. 41.

Quin me calce petit meus & conuictor, amoris
 Quiq; mihi longo sædere iunctus erat.

Eob. Psal. 41.

Ille etiam quem toto animo constanter amabam,
 Qui mihi plus alijs uisus amicus erat.

Cui mensæ socium tribui communis honorem,
 Ille tulit partes deseruisse meas.

Ille mihi insidias posuit, quibus implicet, ut sit
 Quæ premat innocuum noxia pœna caput.

Sib. Psal. 69.

Fratribus excidimus, nec eadem matre creati,
 Nosse nolunt me: sed sim quis, & unde, rogant.

Eob. Psal. 69.

Iudicor esse meis alienus fratribus, & nec

Vt faciem nossent sustinuere meam.

Sib. Psa. 88.

Visere prostratum nemo dignatur amicum,

Turba procul luctus quæ tenet, omnis abest.

Quin & conuictus qui nostri membra fuerunt,

Heu sortis miseræ tempora dura latent.

Eob. Psa. 88.

Nunc procul esse omnes fecisti, qui mea possunt

Auxiliatrici damna leuare manu.

Nullus amicus adest, procul hinc abiere propinqui,

Non secus ac omnes nox tenebrosa tegat.

Mens conscia sceleris.

Eob. lib. 3. Hero.

Conscia præteriti sceleris præsentia semper

Mens timet, & proprio fracta pudore iacet.

Et licet in melius mors abiere nefandi,

At tamen & durum est & meminisse dolor.

Sicut enim quem nulla premit sentina malorum,

Nulla sub erecta nubila fronte gerit:

Sic malè quem tacito mens conscia fune flagellat,

Lucida uix audet tollere ad astra caput.

Mens conscia recti.

Eob. lib. 6. Syl.

Nam sibi quæ constat, quæ mēs sibi conscia recti est,

Nulla leuis uulgi murmura uana timet.

NONI ET DECIMI PRAECE-
pti uirtutes, eiusq; re-
pugnantia.

LEX DEI.

Fab. lib. 1. Ang. 13.

Edicta quæ nemo potest

Nec corde nec facto exequi.

Phil. lib. 1. Epigr.

Lex immota manet, peccatum punit & odit,

Proponitq; iræ plurima signa Deus.

Fab. lib. 2. Milit.

Nemo potest legis propria uirtute rigorem

Ferre, Deo coram perditus omnis homo est.

Spektandus legis tantum est impletio Christus,

Quem uidere fide. spe tenuere patres.

Idem lib. Vi. cœl.

Lex ligat, & duris constringit pectora nodis,

Et nos in certam proijcit illa necem.

Nam non est hominum legem qui compleat ullus,

Mandataq; colat qui pietate Deum.

Iudicio legis laqueati, tradimur hosti,

Et meritas pœnas improba uita subit.

Sic igitur uinctis est præstò numinis aura,

Quæ captæ soluit uincula seua manus.

Peccatum originale.

Sib. Psal. 1.

Infelix cœtus corrupto semine, cuius

Protinus

Protinus heu uitium concipiente fui.

Eob. Pſal. 51.

*Nec nouus hic dolor eſt, primū hoc mihi uirus ad-
Tēpore quo matris iā rude pōdus erā. (heſit,
Sib. Pſal. 106.*

Peccauēre patres olim, peccauimus ipſi:

Heu creti turba, turba nocente nocens.

Vida lib. 4. Chriſt.

Vix auido arreptum pomum ſœdauerat ore,

Cum pater imbri potens iam ſulua è nube tonare

De ſuper auditus, ſœuasq; indicere pœnas

Iratus, quas ille olim, quas omnis ab illo

Progenies lueret, lucis uentura ſub auras.

Fab. lib. 1. Oda 6.

Sed nos dura premit culpa, ſed heu heu nimis impro

Aetas acta tot in criminibus, matris ab ubere (bè

Tum mens & ſcopulis durior, & ſurdior equore,

Contemprixq; quod hoc iā reuocas tēpore, luminis

Verbi Chriſte tui. —

Idem. lib. 2. Oda 2.

Ac quod uenenum cerulam draco notatus aluum

In uiscera intus condidit fructum arboris puella

Eluſa fraude, dum metit, manu alleua fideli.

Idem lib. 2. Hym.

Sumus parentum nos quoq;

Mali malorum filij,

Et optimum ac leniſſimum

Patrem reliquimus Deum.

Idem lib. 3. Hym.

Nudusq; egensq; Christe sum
 Per me honorum, cumq; me
 Primi parentes insuper
 Nudum reliquerint tibi.
 Tu spiritu tuo indue
 Vesti fauore patrio.

Idem lib. 1. Piet.

Quicquid homo est, prauum est, animus, natura uo-
 Factaq; ab eterno sunt aliena Deo. (luntas,
 Talis & à patrio (miscrum) producitur ortu,
 Cùm uitæ fragilis lumina prima uidet.

Ibidem.

Non de progenie, non de uirtute parentum,
 Dei timentes procreantur liberi.
 Nam nimium nostri corruptus seminis ortus,
 Origo cunctis una, nempe debilis.
 Luce Deoq; carens, primoq; à germine praua,
 Emissa prauis scilicet de surculis.

Idem lib. 1. Milit.

Immundum prima nobis ab origine pectus,
 Matris ab ipso utero perdita massa sumus.

Idem Vict. cœl.

À primis serui peccati nascimur annis,
 Mancipiumq; feri dæmonis omnis homo est.

Stig. lib. 1. Prec.

Illam quidem antiquam iam pridem ab origine labem
 Pressa trahens, oculis quædam uestigia cernit

Mandata

Mandata ueneranda tui: sed uiribus impar,
Nequicquam propria uirtute placere laborat.

Peccatum causa malorum.

Sib. Psal. 44.

At fors hæc meruit legis uiolatio, sanctum

Et scædus genitor non habuisse tuum.

Idem Psal. 90.

Hoc facit ira tui tumidi grauis ira furoris,

Illæ breuæ ætatis sæuior arctat iter.

Lumina ponis enim tua quæ peccauimus ante,

Crimen et obscuri pectoris omne notas.

Hinc fugit offensi gressu properante dolorem,

Et dicto citius uita caduca perit.

Eob. Psal. 90.

Sic iræ feruore tuæ consumimur, et nos

Ante diem feruens opprimit iste furor.

Nostra uides delicta oculo uigilante, nec ullum

Occultum reliquis te latuisse potest.

Iratum quoties te nobis fecimus ipsi,

Ceu nebulae nostri deperiêre dies.

Tum nostri tacitis labuntur cursibus anni,

Quam citò quæ loquimur uerba perire solent.

Idem Psal. 107.

Ob scelera et sua facta affligitur impius omnis,

Et stulti pœnas quas meruêre luunt.

Sib. Psal. 107.

Quies, quòd eos tenuit peccandi stulta libido,

Defectis morbo corpore languor habet.

Ibidem.

Nam steriles propter facti delicta, colentum

Nec fruges agri, mitia dona ferunt.

Idem Prof. lib. 1.

Ipsè Deus iustus, nec es horum causa malorum:

Exilij causa est maxima quisq; sibi.

Crimina fecerunt, Solomonia diruta templa,

Hostis & est nostros quòd populatus agros.

Crimina fecerunt, iunctis quòd turba lacertis

Abstracta, ingemuit rura, laremq; suum.

Vid. lib. 4. Chr.

Continuò ingenti caelo sunt addita claustra,

Impia tum primùm proles exorta repentè,

Et subitò tellus scelere est imbuta nefando:

Emersit fraus, emerfit malesuada libido.

Hinc durus generi humano labor additus, hinc fons

Curarum, & tristis patefacta est ianua lethi,

Morbiq; & dolor, atq; fames, & turpis egestas,

Cum genus humanum curis sine degere posset,

Plurimaq; in terris uiuendo uincere secla.

LIBER SEPTI-
MVS, DE HEROIBVS
in Dei Ecclesia.

Heroes.

A D A M.

Fab. lib. 5. Hym.

Adam Dei factus manu
Primus pater mortalium,
Dolo colubri perditam
Fide recepit gratiam.

Idem lib. 2. Piet.

Scilicet illusus blando sermone colubri,
Humanum primus perdis Adame genus.
Rebus & inducis nostris lethumq; malumq;
Acterniq; iram damna suprema Dei.

Idem lib. 1. Milit.

Primus Adam captus mendacis fraude colubri,
Certam in promisso semine sperat opem.

Idem lib. 2. Oda 14.

Quæ bona primus habebat Adam,
Culta tenens, dominusq; loci
Pomiserentis, & imperio
Cuncta regens animata suo.
Sed subito Deus esse cupit,
Heu mihi, quod fuit antè lutum.

Noscere

Noscere uult bona, uultq; mala.
 Flere queri, lachrymare, mori.
 Parce precor scelerare manus,
 Pectore nec nimis alta sapi.
 Omnis enim nisi iussa facis,
 Posteritas tua facta luet.
 Cur agitas noua consilia?
 Ecce superbia tollet enim
 Hæc ea, quæ tibi, quæq; tuæ
 Dat bona, candida simplicitas.
 Antè soli dominator eras,
 Si sitis aut erat orta fames:
 Innocuas tibi sylua dapes,
 Innocuam dabat hortus aquam.
 Mox tamen exul, egenus, inops,
 Querere cogere orbe casam,
 Graminaq; et frutices minuens,
 Exiguo coquis igne cibum.
 Dumq; in agris alimenta paras,
 Sæpe per arida membra madens
 Sudor ijt, neq; cura die
 Desuit, aut tibi nocte dolor.

ABEL.

Fab. lib. 1. Milit.

Quiq; perit, telo fraterno cæsus Abelus,
 Gaudia perpetuæ leta salutis habet.
 Idem. lib. 5. Hym.

Tu prime martyr Abele
 Manu infideli concidis:
 Sed te manent cœlestia
 Vitæ beatæ præmia.

Aemil.

Heu scelus ante aras, & conscia sacra deorum,
 Fraternalis cæsus frater ab ense cadit:
 Sic pia cum linquit rabidos concordia fratres,
 Impia legitimum non habet ira locum.

ENOS.

Fab. lib. 1. Milit.

Doctus Enos spargit doctrinæ semina late,
 Cumq; pia celebrat posteritate Deum.

Idem lib. 5. Hym.

Mœsto patri, mœstoq; ævo
 Optata præstans munera,
 Instaurat Enos inclytæ
 Tristem ruinam Ecclesiæ.

HENOCH.

Fab. lib. Prec.

Larides prima nascentis origine mundi,
 Sincera gratus religione Deo.
 Fertur in æthereas ipso cum corpore sedes,
 Demonstrans ævo se meliore frui.

Idem lib. 1. Milit.

Raptus ad æthereas Enoch cum corpore sedes,
 Præcessit uitæ nos meliore iter.

Idem

DE HEROIBVS

Idem lib. 5. Hym.

Deo placens per arduum
 Sublatus Henoch ætherem,
 Expers necis, uitæ docet
 Restare longæ gaudia.

MATHVSALAS.

Fab. lib. 1. Milit.

Mathusalas longæue senex, cui degere soli
 Concessum est uitæ secula penè decem.

Idem lib. 5. Hym.

Quotquot fuere, quotquot erunt
 Annosior Mathusala:
 Cui ne perire cernevet
 Orbem, ipsa mors uictoria.

NOA:

Fab. lib. 1. Milit.

Iusticiæ præco, lacerati ab imagine mundi
 Erudisti natos in pietate Noas.

Ibidem.

Lamechidesq; Noas præco pius, esse feroci
 Diluuium populo nunciat ante fores.

Idem lib. 5. Hym.

At præco iustus enatat
 Vndis Noa à furentibus:
 Ab orbe seruauit gregens
 Deus piorum condito.

Stig.

Stig.

Immoderata uidens humanæ crimina uitæ,
 Diluuiò statuit perdere cuncta Deus.
 Continuò raptis descendunt nubibus imbres,
 Fontibus exundant flumina uasta suis.
 Iamq; homines pecudesq; feris merguntur in undis,
 Omnia cæruleo gurgite pontus habet.
 Auspice sola Deo medijs seruatur in undis,
 Quæ uehit innocuum firma carina senem.

Ibidem.

Cum Deus elueret pluuijs ultricibus orbem,
 Omnis et immixtis terra nataret aquis:
 lactatum rapidas cara cum prole per undas
 Transfuit incolumem lignea capsâ Noem.

Patriarchæ.

SEM.

Fab. lib. 5. Hym.

Sem partus optimus Noæ,
 Cultor patris, cultor Dei:
 Fert pro pudore, et patrio
 Longæua amore præmia.

Idem lib. 1. Milit.

Egregij proles Semus obseruanda parentis,
 In casto castus mansit amore Dei.
 Cumq; suo nato celebratus, cumq; nepote,
 Sustinui spretum religionis opus.

E E E R.

Fab. lib. 5. Hym.

Et Eber indens posteris
 Nomen, suo de nomine,
 Regit senili turbidam
 Authoritate Ecclesiam.

Fab. lib. 1. Milit.

Idola eiecit rigida pietatis Eberus,
 Cuius adhuc populus nomina clara tenet.

P E L E G.

Fab. lib. 5. Hym.

Exempla Peleg aspicit
 Confusionis horrida,
 Thareq; gaudens in suo
 Factus celebris filio.

Idem lib. 1. Milit.

Mutantur Pelegi mutatis tempora linguis;
 Secula natus eo, nec meliora uidet.

A B R A H A M.

Fab. lib. 2. Piet.

In tua Thariades, qui uiscera sustulit ensi,
 Et fidei merito dicitur esse parens.
 Talem de iamiam morituro uiscere natum
 Credidit, è medio surgere posse rogo.
 Nec sua spes illum post secula multa sefellit;
 Sustinuit fidum spes animosa senem.

Idem Vict. cœl.

Thariades

Thariades Sodomam per uernas liberat urbem,
 Et regum inuadere agmina quinque fugat.
 Restituit patriæ populum, populoq; salutem,
 Ereptasq; manu uindice reddit opes.

Idem lib. 5. Hym.

Abram patri, Abraham Deo
 Dictus, probatus, cognitus
 Senex fidelis omnium,
 Pius pater credentium.

Idem i. Oda i.

Credidit, atq; fide cōstans Abraham, tremēte curuus,
 Producit ex anu senex, potentem,
 Egregiumq; animi natum, subitoq; iussus illam
 Mactare stirpem, spemq; posterorum,
 Susulit intrepidus telum: datur ecce uox ab alto,
 Ensem recondas, iam satis probastū
 Pectora fida Deo. —

Stig.

Vnus erat teneris Abrahamo filius annis,
 Quiq; senectutis dulce leuamen erat.
 Hunc, Deus explorans certum fidentis amorem,
 Offerri sacros præcipit ante rogos.
 Quid tibi tunc animi fuit, ô Abraham, futuri
 Cui mundi sobolem sponderat ante Deus?
 Ibat et ingentes uersabat pectore curas,
 Sola fides animi triste leuabit onus.
 Iamq; auferre manu caput à ceruice uolentem,
 Angelus accepto retrahit ense senem.

Atq; illi obijciens hærentem in uepribus hircum;
 Cœpta iubet strucllo soluere uota rogo.
 Tunc Deus excipiens totus uelut igne probatum,
 Diuino celebrem fecit honore senem.
 Illius & nasci uoluit de semine Christum,
 Reddita quo cœlo uindice turba sumus.
 En ita fortunam felix formatur in omnem,
 Qui didicit stabili fidere mente Deo.
 Dexter adest, quamuis longum differre uidetur;
 Fidentem nescit deseruisse Deus.

Fracast. lib. 2. Ioſ.

—Illic diuina secutus

Iussa Abraham, puerum in syluas ducebat Isaac
 Mactandum: puer illignis onerabat aſellum
 Fascibus, ipse pyram genitor, uittasq; parabat.
 Ille idem dextram uicina in parte leuabat,
 Crudelemq; ensem: demissus lumina Isaac,
 Et flexis genibus ferituro colla parenti
 Præbebat. cœli demissus ab arce uetabat
 Nuncius, & dextram sublatam ensemq; tenebat.

Vid. lib. 1.

Hic natum senior nudo Isaacen ense petebat,
 Infelix pater, exequitur dum tristia iussa.
 Aspiceres illum toto iam corpore niti,
 Dextram attollentem, nondum respexerat, & iam
 Nuncius ecce aderat, cœli demissus ab arce,
 Iussa ferens primis contraria. uictima iuxta
 Pascebat, pueri ignari pro cæde parata,

Candidus

LIBER VII.

451

Candidus & uillis aries argenteus albis.

ISACVS.

Fab. lib. 5. Hym.

*Patris sarissam sustinet
 Obedienter Isacus,
 Non insciens fide Deum
 Posse excitare mortuos.*

IACOBVS.

Fab. lib. 5. Hym

*Nil malorum non tulit
 Iacobus, exul, seruiens,
 Deiq; plenus spiritu,
 Futura posteris canit.*

Idem lib. 2. Oda 3.

*Quid non acerbi fortis ille luctator
 Tulit Iacobus, tela dum fugit fratris;
 Quæritq; sedes anxius peregrinas?
 Auunculiq; lustra bis duo seruus,
 Fructum laboris sæpe postulat frustra.
 Dulcis necem Rachelis, atq; Deboræ,
 Raptumq; Benjaminis, orbitatemq;
 Chari Iosephi, mente qua putas hausit?
 Nonne infideles Sichemis datas dextras;
 Tot innocentes ense delitos? nonne
 Dinam stupratam, & ingredi patris uiuæ
 Ausum thoros Rubenæ: mortui Iudam*

G 2

Nati;

DE HEROIBVS

Nati, nurum hic, nouercam ut ille spurcarat.
 Aures seniles uulnerasse credendum est?
 Acuo trementem uix gradum ferens, terra
 Deo iubetur cedere è Palestina.

Idem lib. 2. Piet.

Macides moesto carpens sub pectore somnos,
 Cum Syrios iussu patris adiret agros:
 Vidit ab excelso caelorum culmine scalam,
 Et per eam superos ire, redire choros.

Fracast. lib. 1. Ios.

At pater ut notam, maculisq; & sanguine uestem
 Conspersam uidit: Quis te charissime Ioseph,
 Quis diuum ut tecum morerer spes una senectæ
 Gnate meæ, quis casus ait tam dirus ademit?
 Heu mala te syluæ fera sustulit, ite per alta
 Vos nemora, & si quid misero de corpore restat,
 Omne afferte mihi, saltem ut suprema sepulchri
 Dona feram: uel & ipse feris laniandus in altis
 Proripiar syluas, dabitur gnatoq; patriq;
 Mors eadem: hæc dicens scædatos puluere canos
 Vellebat, lacerosq; sinu excidebat amictus.

Ibidem.

At pater hæc postquam audiuit: Pro Iupiter, inquit,
 Est'ne adeò infelix alius pater, occidit unus
 Gnatorum, est obses alius, subducitur alter
 Cum reliquis, simul ut cuncti moriantur & ipse
 Expectem, ferat hæc nostras crudelis ad aures
 Nuncius, ô prius hæc miseram dij demite uitam.

IOBVS.

Aemil.

Dum gaudet fruiturq; bonis, nescitq; dolorem,
 Et uera Dominum Iob pietate colit.
 Igne greges rutilo, natos perijsse ruina,
 Hostili pecudes agmine fama refert.
 Protinus in tristem uertit sua gaudia luctum,
 Dilacerat uestes, dilaceratq; comas.
 Plectitur ulceribus per saucia membra cruentis,
 Pascitur in toto corpore seua lues.
 Accedunt rigidi uix unus & alter amici,
 Et geminant uerbis aspera damna suis.
 Deniq; felici fidijsima tempore coniunx
 Sustinet afflictum deseruisse uirum.
 In stipula residens plorat sua funera solus,
 Mixtaq; cum lachrymis tristia uerba mouet.
 Sed tamen hos casus patientia ferrea uincit,
 Officio mentem continet illa suo.
 Sic decet in medijs mortalia corda periculis
 Stare, nec infirmam destituisse fidem.
 Tum Deus afflictis aderit, ueramq; salutem
 Afferet, & uera nos reuelabit ope.
 Felix quem tali patientia robore firmat,
 Hec uirtus caelo, non aliunde uenit.

IOSEPHVS.

Fab. lib. 5. Hym.

Iosephus in lacu Deo

G 3

Calum—

DE HEROIBVS

Calumniâq; & uinculis
Fidens, gerit mox aureum
Monile, byssum regiam.

Ibidem

Iosephus ereptus lacu,
Thoro & proteruæ fœminæ,
Regit Canopum, & barbaros
Docet Pelusi principes.

Idem lib. 1. Milit

Iosephus Nilo, Christus toto afferat orbi,
Alter pane fouens, sanguine at alter opem.

Ibidem.

Venditur externas tristis Iosephus in oras,
Nec fida inclamet nomina cuius habet.
Fert fratrum impietas mendacia dicta parenti,
Natum hac ueste uides interijisse tuum.
Causa latet, iacuit uestis lacerata per agrum,
Sanguineo immanis dente notata seræ.

Fracal. lib. 1.

—Prò Iupiter, ille

Quem tanta in fatis promissa, & tanta manebant
Imperia, argenti bis deno uenditur asse.
Mancipium infelix. Iam curuo terga camelo
Excipitur, Nili ignotas iam fertur in oras.

Ibidem.

—Primus Ioseph

In fratres conuersus ait: Mea somnia fratres
Audite: illa quidem mira, & nisi me omnia fallunt
Auguria,

Auguria, haud uani speciem referentia somni.
 Namq; sub auroram cum sese sidera condunt,
 Casura iam nocte, & solus nunciat ortum
 Lucifer, ipse meas spicas offerre uidebar
 Sacras ante aras, pariter uos ponere uestras.
 Sed nostri cœlum fascēs se tollere in altum,
 Et rutilam insignes latè diffundere lucem.
 Vestri autem obscuro, & humiles summittere sese,
 Vtpote adorantes nostros.—

Ibidem.

Post paulo in somnis aliud quid pondere maius
 Perspexit: nam se sublimi in sede locatum,
 Sub pedibus solem ac lunam, stellasq; minores
 Vndiq; adorantes diuinos reddere honores.

Ibidem.

Assensere omnes dictis, puerumq; reuinctum
 Ad puteum flentem ducunt, hic fune ligata
 Arboris ad truncum pendentis desuper altæ
 Demittunt pauitantem intrò, fundoq; relinquunt
 Suspensum.—

Ibidem.

Quin magis ut fidas animis, tibi magna parantur
 Imperia, & tempus ueniet cum uera uidebis
 Somnia uisa tibi, cum te fratresq; paterq;
 Supplice adorabunt fletu, misereberis illis,
 Neue perire fame miseros patieris iniqua.
 Quin ipsos, gnatosq; illorum, ipsosq; nepotes
 In partem imperij, atq; in tua regna uocabis,

Ingens ut tandem populus succrescat, arenæ
 Instar, quem Deus Aegypti de parte superba
 Deducet tandem, & pedibus super æquora siccis
 Pertransisse dabit, mox hæc in regna reducet,
 Lacte nouo quæ regna fluent, & melle perenni.

Patres.

IVDAS.

Fab. lib. 5. Hym.

Iudas amore cognitus
 Dei leonis seruidi
 Virtute, genti de suo
 Nomen relinquit nomine.

PERES.

Fab. lib. 5. Hym.

Qui gratulantur nuptiis,
 Peris precantur gloriam
 Domus, & huius pronepos
 Magni Aaronis fit socer.

SALMON. BOOZVS.

Ibidem.

Non abiicit gentes Deus,
 Iungit Syram qui Salmoni,
 Arabem Boozo coniugem,
 Ignobiles potentibus.

ISAIVS.

Fab. lib. 5. Hym.

Isaius

Isaius omnes educat
 Fortes ad arma filios:
 Sed Dauidem, gratum Deo,
 Gregi pusillum præficit.

Duces:

M O S E S.

Fab. lib. 5. Hym.

Moses papyreto iacens
 Dux excitatur, & mare
 Virga secans, Aegyptios
 Vidit perire principes.
 Vidit cohortes inuidas
 Et turbulentas, uiscere
 Telluris haustas, & nigris
 Viuas receptas sedibus.
 Cum fratre frater sicuti
 Miscet loquelam, cum Deo
 Sic uerba sæpius facit,
 Sina atq; Orebo montibus.
 In morte uiuens, Thaboris
 Apostolos in uertice
 Confirmat, & Christo suæ
 Diuinitatis testis est.

Ibidem.

Moses per undas, & loca
 Deserta ducit, subditam

G 5 Gentem

Gentem Deo, deq; omnibus
Certus triumphat hostibus.

Ibidem.

Moses Prophetarum decus,
Legis minister factus est.
Scriptis, sed æternum Dei
Idem celebrat filium.

Idem lib. 1. Oda 1.

Nempe fide Pharium transit pelagus, minace fluctu
Moses, sequentes copias tyranni,
Arma, uirosq; uidens mersos rapido interire ponto.
Tum pertinaces ense continente,
Proterit indomitas gentes, populumq; sistit illa
Fluente dulci lacte, melle terra.

Idem Vi& cœl.

Periuri nullo Pharaonis frangere monstro
Duriciem Amramides, & fera corda potest.
Ac licet haud uno pugnaret in Hamide terra
Prodigio, auditus non tamen ille fuit.
Sanguineis mutat currentia flumina riuus,
Exitium muto fert grauis unda gregi.
Educat ranas, turpes foedoreq; lendes,
Et uermem ignotum gentibus antè malum.
Sternuntur pecudes scabie, cadit hulcere uulgus,
Ignito tegitur grandinis imbri solum.
Inde nocens uastat saltus, agrosq; locusta,
Et tenebræ ex oculis eripuere diem.
Nil sine clade fuit, percunt hominesq; feraq;
Syluaq;

Sylvaq; quicquid habet, terraq; quicquid habet.

Ibidem.

Aequoreas uirga Moses ut percutit undas,

Montani scopuli fixa stat instar aqua.

Gens calcat siccum (uisu mirabile) marmor,

Eripitur placido perq; sonora pede.

Ros. lib. 2. Chr.

Ipsæ suæ gentis stat maximus ante Deum dux,

Ex primo Moses Acherontis limine missus,

Infernaq; domo, gemini cui uertice surgunt

Lucentes radij, placido cui dulcia uultu

Lumina, & os placidum, et læta constantia frontis.

Scire suum genitor dederat, cui maximus olim

Consilium, secumq; loqui, populoq; recepto,

Reddere mandata, & sanctarum munera legum,

Portentisq; nouis diuinam ostendere mentem.

Ille hominum priscam scribens ex ordine prolem,

Et uarios per tot collegit secula mores,

Factaq; quot mundi primo distabat ab ortu.

Vt patrum antiquas sedes, promissaq; regna

Viderit, ex medio conspectu, oculisq; suorum

Migranti uita sublatus nube recessit.

Vida lib. 1.

Hic etiam Pharijs dum ciues ducit ab oris

Post longa exilia in patriam, promissaq; regna

Legifer auxilijs fretus cœlestibus heros.

Orta lues populum errantem miseranda repente

Serpentum afflatu letho dabat, atq; iacebant

Corpora

Corpora tabifico passim morientia morsu,
 Dux uerò in medio campi suspendit ahenum
 Ingenti è malo colubrum, stratosq; iubebat
 Dirigere huc aciem intentos, lignumq; tueri:
 Quæ miseris erat haud dubiè uia sola salutis.

CALEBVS.

Fab. lib. 5. Hym.

Virtus Calebi uiuida

Durat senili in corpore,
 Non saxa plebis horruit,
 Contos Gigantum aut pailuit.

Inuictus ore, pectore,
 Fatur facitq; fortiter,
 Fideq; monstrat posteris,
 Quàm sit bonum sequi Deum.

IOSUA.

Fab. lib. 5. Hym.

Te Iosua omnium ducum

Virtute felicissimum,
 Sol audijt, iussu & tuo
 Decliuis orbe constitit.

Annis moratus paruit,
 Deditq; militi uiam:
 Triginta & unus, sunt tuo
 Macrone reges mortui.

Terris dedisti limites,
 Et erudisti principes:

Vtrunq;

Vtrunq; doctor optimus,
Bellator inq; territus.

Idem Vict. ccel.

Nunides ueniens tumidas Iordanis recessit ad undas,
Ambulat intrepido per uada sicca pedes:
Mox adiens clausis trepidantia mœnia portis,
Spectat casuras Hierichuntis opes.

SALMON.

Fab. lib. 5. Hym.

Salmon salutis prodigus,
Perlustrat hostilem plagam:
Et fune missus mœnibus
Dignam hospitiæ fert gratiam.

Iudices.

OTONIEL.

Fab. lib. 5. Hym.

Præter Calebi filius,
Gener Calebi factus est
Otoniel, qui Chusanem
Euphratis ad ripam fugat.

EHUDVS.

Ibidem.

Ehudus ense traiecit
Pinguem Moabum, & occupans
Iordanis armatus uada,

Hostes

Hostes minaces contudit,

Idem Vict. cœl.

Colloquij specie Moabitida uenit in aulam;

Ac regem clausum solus Ebudus adit.

Anceps cui lateri furtim pendere sinistro

Pugio, in hostilem sica parata necem.

Rex fortè æstiuis carpebat solibus umbram,

Grande saginati nil nisi uentris onus.

Aenea traicitur per fartum cuspis omasum,

Propensumq; acies rumpit aqualiculum.

DEBORA VATES.

Ibidem.

Ducem Chananiùm quid iuuant

Currus, & arma? uincitur

Deborâ ductu qui tuo,

Caditq; dextra foemina.

Idem Vict. cœl.

Agmina sparguntur latis palantia campis,

Sifera nec currus, nec moderatur equos.

Ac pedes effugiens, secreta Iahelidis intrat

Tecta, atq; hospitij iura fidemq; petit.

Comiter excipitur, dapibus pro tempore sumptis;

Inuadit fessi languida membra quies:

Heberis, à magno ducens primordia Mose,

Irruit, & facinus non muliebre facit.

Inscia sopiti figit per tempora clauum,

Et calidam multo sanguine spargit humum.

Heberis exultat, collaudat facta Baracus,

Extollit summum sancta Debora Deum:

GIDEON.

Fab. lib. 5. Hym.

*In Midianitas feros**Iussu Angeli exit Gideon,**Et ante inauditam refert**Ollis tubisq; gloriam.*

Idem lib. Vi. c. cœl.

*Midian aspiciens orientis lumina solis,**Bella Palæstinis aspera mouit agris.**Hunc contra tumidumq; minis, opibusq; potentem**Induit excitis Gideon arma uiris.**Ipse, iubente Deo, gens Israelitica ferret**Agmina ne forti se superasse manu.**Dimittit trepidos, animosaq; pectora tentat,**Fluminis ad ripam pulcher Harode tui.**Deligit hinc iuuenes tota de gente trecentos,**Et triplici eximios in statione locat.**Fert manus hæc uacuam facibus splendētibus ollant,**Illæ grauem rauco quæ sonat ære tubam.**Vt sonuere tubæ, strepitu rumpuntur ut ollæ,**Lampas, & ut flammam plurima nocte uomit.**In se conuersis ruit insanabile dextris**Vulgus, datq; citæ terga inhonesta fugæ.**Loquides sternit palantes: quattuor ille,**Et capit, & captos sustulit ense duces*

IEPHTHA.

Fab. lib. 5. Hym.

Audi Ammon, æqua flagitat.

DE HEROIBVS

Te Iephtha, sed spernens Deum
Succumbis, ereptis tibi
Lugens bis urbibus decem.

SIMSON.

Fab. lib. 5. Hym.

Simson Philistæos agros
Qui uulpe uastat milite,
Tandem potentes satrapas
Euertit, unaq; occidit,

Idem lib. Vict. cœl.

Zargites, rapta Tymnatide, concitus ira
Vulpe Philistæos igne q; perdit agros.
Tradere captiuum quem plebs Iudæa iubetur,
Ut damni poenas penderet ille dati.
Quid facerent? Domino quia mandabatur ab hoste,
Adducunt uinctum terga manusq; uirum.
Lucida lætantum ferit ingens sidera clamor,
Illudit capto uir mulierq; uiro.
Spiritus æthereo Simsonem robore firmat,
Vincla manu, sicut ignibus usta fluunt.
Arripiens asini malam tum fortè repertam,
Mille uiros una deijcit ipse necesse.
Victor abit, facti signantur nomine terræ,
Ipse ægro sitiens gutture quærit aquam.
Emittens fontem dens malæ finditur unus,
Heroi fesso uitaq; mensq; redit.

HELI.

Fab. lib. 5. Hym.

Heli

Heu lenitas Heli tua,
 Qui filijs stultè impijs
 Perdis fauendo Ecclesiam,
 Tuamq; subruis domum.

Idem lib. Vict. cœl.

Oblata Helides dum dona recenset ad aras,
 Sacrificusq; Dei seruat uterq; domum.
 Non tota Dominum iuuenes sunt mente secuti,
 Numina quæ colerent, uenter & olla fuit.
 Plurimaq; addentes lasciuæ opprobria uitæ,
 Iratæ facti fabula plebis erant.
 Ut rumor patrias indignus perculit aures,
 Aduocat & natos uoce monente rogat.
 Non tantum, nati, pudor est admittere crimen,
 Ut populo exemplum sitis uterq; mali?
 Quod si quis factis homines offendit iniquis,
 Iudicijs hominum conciliatur amor.
 Sed quis componet duræ certamina litis,
 Ingens offensi cum furit ira Dei?
 Ista senex surdas natis cantabat ad aures,
 Nil mouere preces, nil ualuere minæ.
 Sume animum, & legis mandatas exige pœnas,
 Desine & indulgens amplius esse pater.
 Pœna tibi ante pedes: nō longum occumbit Ebraeus,
 Sæua Philistæo bella parante duce.
 Arca Dei in populi Helidis comitantibus agmen
 Aduenit, afflictis rebus ut addat opem.
 Occisis rapido ter denis millibus ense,

H

Capta

Capta in barbaricum ducitur arca solum.
 Occumbunt fratres, sella resupinus ab alta
 Cervice effracta concidit ipse parens.
 Alteriusq; uxor nati, curuata dolore,
 Immaturum utero flebilis edit onus.

S A M V E L.

Fab. lib. 5. Hym.

Nil à Deo unquam Samuel
 Frustra petiuit, militem
 Strauit Tyri, qui fulmine,
 Regemq; Amalechum manu.

Ibidem.

Sanguis parentis optime
 Samuel, repulsa interritus
 Saulem ungit atq; deiecit,
 Dat scepra digna Dauidi.

Idem lib. 1. Piet.

Fungitur Helcamides contemptus munere paruo,
 Claudens sacrarij ac recludens ostium.
 Audijt ille tamen Dominum sibi nocte loquentem:
 Nam diligentes, & pios amat Deus.

Ibidem.

Excitat hic puerum Samuelem, ut destruat Heli
 Domum propage nobilem, sed impiam.

Reges.

S A V L.

Fab. lib. 5. Hym.

Saul

Saul antè clitellarius,
 Rex à Propheta inungitur,
 Submissus & quod accipit,
 Regno superbus excidit.
 Sib. Epin. lib. 1.

— Quid nunc tibi Saule furenti,
 In me profuerunt spicula missa manu?
 Et uiuo, & dominor, tu quid tibi sceptris perennis
 Fungebas regni, sed renuente Deo.
 Cesus ab ipse tua dextra cadis, omnia tecum
 Vertis & imperium remq; domumq; tuam.

DAVID.

Fab. lib. 5. Hym.

Greges modò qui pauerat
 Dauid, coronam regiam
 Gestat, secundum cor Dei
 Vir omni maior carmine
 Ibidem.

Salus decus gentis tue,
 Seu sunt gerenda praelia,
 Pulsanda seu templis chelys,
 Vatesq; rexq; maximè.
 De cuius ortu prodijt
 Conceptus à flatu sacro,
 Natus puella uirgine,
 Christus, salus fidelium.
 Sib. Psal. 78.

Secstantem Isacidem pecudes, & uallibus imus,

Est ubi Ephrataeo Bethla uetusta solo.
 Eduxit caulis, & celsa sede locatum,
 Iussit honorata sceptrata tenere manu.
 Thariadas cura quò pasceret usq; fideli
 Quod facit, & faciat tempus in omne precor.
 Eob. Psal. 78.

Et sibi dilectum Dauidem elegit, & ipsum
 Ex ouium caulis ad sua sacra tulit.
 A foetis, uterosq; ferentibus abstulit illum,
 Pasceret ut populum dux Iacobe tuum.
 Sicut & acceptum non falso pectore pauit,
 Et uera duxit cum ratione gregem.
 Sib. Epin. lib. i.

Paruus eram patrios pascens in montibus agnos,
 Quà stat Ephrataeo Bethla uetusta solo,
 Mittor in imperium magnum Samuele uocante;
 Fortibus & ponor fratribus ante meis.
 Flam.

Eram paterna abiectus in domo puer,
 Cunctisq; fratribus meis
 Minor, pusillum in monte pascebam gregem.
 Hic ego sub umbris arborum
 Dum leta tondet gramina pecus, maximi
 Laudes canebam numinis.
 Sonora tangens fila citharæ, quam meæ
 Paruæ laborarunt manus.
 At ille sanctus coelitum rex & pater,
 Qui summa tangit fulmine

Corusco,

Corusco, humoq; gaudet ima tollere,
Suum repente nuncium

Ad parua misit tecta, qui meum sacro
Liniunt unguento caput.

Abiecit ille uiribus præstantia
Fratrum meorum corpora.

Nec forma quicquam profuit, nec asperis
Spectata uirtus prælijs.

At ego pusilli paruulus custos gregis
Ad regium decus efferor.

Sib. Eucha. lib. 1.

Dauides patria paruus regione, meosq;
Abiectus fratres & puer inter eram.

Pastor Ephraëis sectabar montibus agnos,
Carpebat placidum gramina leta pecus.

Ipse, laborarat quam dextera nostra, mouebam
Inter oues citharæ fila sonora meæ.

Sacra Dei laudes aptans, & carmina neruis
Cantabam certo mystica uerba pede.

Ad Dominum quis'nam, quis talia rettulit' audit
Ipse Deus, fallit quem nihil, ipse Deus.

Ille suum uatem Iessæas misit ad ædes,
A' paruus ouium me stabulisq; tulit.

Tempora nostra sacro quo tingeret unguine, regni
Isacidumq; mihi sceptrum tenenda daret.

Abiecit fratrum præstantia corpora: pulchra
Forma nec, aut uirtus profuit ulla uiris.

Vastabant fines numerofo milite nostros,

Arua Palæstini qui tenuère soli,
 Progreditur castris immani mole Goliath,
 Et sædo nostros prouocat ore duces.
 Contemnitq; Deum lingua petulante, nec ullus
 De tot Thariadis audet adire uirum.
 Indolui, quamuis puer, & non utilis armis,
 Proq; tuo summo nomine bella Deus.
 Nec mora, qui fuerat cæloq; Deoq; minatus,
 (Tam facile est paruus uincere magna Deo.)
 Contorto agrestis deiectus uerbere funde,
 Voluitur immunda sanguinolentus humo.
 Eripui collo caput, execrantia uerba
 Vnde, tot insanae prodierantq; mine.
 Sic ultus laudesq; tuas, populumq; creator,
 Nec dicam uictor carmina grata tibi?

Fab. lib. 1. Oda 1.

— Pastor quoq; regius, gigantis

Suis puer nulli timendus armis,
 Saxa pedumq; tenens dextra, furiasq; uimq; spreuit,
 Imparq; membris aenei Goliath.
 Sed fidei gladio uictor caput abscidit superbum,
 Egitq; plenum gloriæ triumphum.

Ibidem 9.

Isai des constansq; fide, princepsq; repertus,
 Amans Dei, gratus Deo.

Idem lib. 2. Oda 3.

Non est minora passus Isai natus,
 Qui bis petuus lancea exijt telum,

Quiq; exul hosti credidit Gethæo se
 Saulem, Absalona, Agitophelum, Golian,
 Sibam, Semeium, cum Doege Nabalem.
 Vnus tot hostes sustinens, et à plebe
 Saxis petitus, à Gigante romphæa.
 Quanto sacerdotum dolore percepit
 Cædem? suorum quo tulit luem planctu
 Grassante peste: quàm molesta nati mors
 Fuit tenelli, tum dolendus incestus,
 Cladesq; mox secuta turpis Ammonis.
 Plangens gemensq; per fido pios fletus
 Dat Absoloni: neu ueniret ad canæ
 Letus senectæ limen, extitit causa
 Noui tumultus contumax Adonias.

SALOMON.

Fab. lib. 5. Hym.

A pace dictus filius,
 Non copia, aut scientia
 Tulit parem, sed coniugi
 Idola struxit impiæ.

Idem. lib. 1. Oda 9.

Isaideq; satius, quo nil sapientibus unquam
 Sol orbe uidit igneo.

ELIAS ET ZEPHONIAS.

Fab. lib. 5. Hym.

Audite gentes, credite,

H 4

Vobis

DE HEROIBVS

Vobis adest regnum Dei,
 Quod Thecutes, plaudite,
 Zephaniaſq; nunciant.

Idem lib. 1. Prec.

Igneus eripuit magno cum turbine currus
 Thesbitem, ut cœli uiuus adiret iter:
 Scilicet ut cunctis eſſent notiſſima ſeculis
 Exempla, æterno nos ſuperſeſſe Deo.

Roſ. lib. 4. Chriſt.

Magnus ab auroræ tractu, & felicibus hortis
 Quos ſouet Eoi placidos clementia cœli
 Helias uates, tulerat quem turbine altum
 More ruens currus cœleſtis ad æthera flammæ,
 Vltima labentis uenturum ad ſecula mundi
 Miſſus adest, placidoq; Dei ſe ſiſit ad ora,
 Submiſſus uultu: non qualem inuictus habebat,
 Dum ſcelera argueret, dum terris tolleret imbres.

GADVS ET NATHAN.

Ibidem.

Gadus reprehendit Dauidem,
 Eiusq; Nathan filium.
 Vngit, modo quem litteris
 Formarat, atq; moribus.

ZACHARIAS IOIADAE, SEV
 Barachie filius.

Fab. lib. 5. Hym.

Vt uiuat, ut regnet Ioas,

Fidus

Fidus sacerdos efficit:
Sed rex merentis optime
Pium necavit filium.

I O N A S.

Ros. lib. 3. Christ.

— Qualis diuinus Amathi

Aequoris in medijs submersus filius undis:
Quem Pelagi vasto depasta est bellua hiatu,
Et terræ incolumem effulsit lux tertia quando
Reddidit, & sicca seruatum eiecit arena.

Vida lib. 6.

Dum uirgo sedet ac miratur inane sepulchrum
Artificumq; manus, uidit ipso in marmore fictum
Littus arenosum, porrectum in litore piscem
Fluctiuomum, ingentem, nant æquore qualia in alt.
Mole noua ignaros nautas terrentia cete:
Monstrum turpe, atrum spaciosi bellua ponti.
Cuius ab undiuomo uates imperditus ore
Redditus, acrias rursus ueniebat ad auras.

HAGGAEVS ET OSEAS.

Fab. lib. 5. Hym.

De pace dicet, inferos
Mortemq; uictor uinciet
Haggæus hoc solatium
Ingens, Oseasq; edidit.

A M O S E T M I C H E A S.

Fab. lib. 5. Hym.

DE HEROIBVS

Manu Michæas ceditur,
Amos flagellis, uerba quòd
Malis loquentes libera,
Non parcerent hypocritis.

ISAIAS.

Fab. lib. 5. Hym.

Non Isaiam regia
Iuuit bonum propinquitas,
Quem serra perditissimi
Secat Manasse lignea.

Phil. lib. 1. Epigr.

Consilio patrias Esaiæ. rexit habenas,
Et trepidis portus ciuibus ille fuit.
Depulit Assyrium Solymis à moenibus hostem,
Victori ponens clara trophæa Deo.
Iamq; senex centum uitæ consecerat annos,
Cum serra scissus uictima & ipse fuit.

IOEL ET HEZECHIEL.

Fab. lib. 5. Hym.

Fundet sacratum spiritum
Vero Ioelis carmine,
Lethoq; functa, Hezechiel
Est testis, ossa colliget.

MICHEAS, ZACHARIAS.

Fab. lib. 5. Hym.

Audite, Bethla dux gregis
Verbo Michææ prodiet,

Zacharias

LIBER VII.

475

*Zacharias quem prospicit
Asino sedere pauperem.*

IEREMIAS ET OBEDVS.

Fab. lib. 5. Hym.

*Obedus infantum gregem
A cæde seruat impia,
Ieremiasq; patriæ
Vidit ruinam, & questus est.
Ibidem.*

*Plagas, speluncam, vincula
Ieremias domu tulit,
Captamq; solatus foris
Plebem, lapidatus interit.*

VRIAS.

Idem lib. 5. Hym.

*Vates quòd Vria pij
Causam tueris fortiter,
Aegyptio tractus solo,
Graui feriris uulnere.*

DANIEL.

Fab. lib. 5. Hym.

*Cum regibus thronum simul
Daniel tenebat Persicis,
Dans debitum regi & Deo
Laudem atq; cultum altissimo.*

Idem lib. 1. Oda 9.

Quo retinente tremunt rabidi Daniela leones,

Iubasq;

Iubasq; ponunt horridas.

Aemil.

Reddere cum regi diuinos nollet honores,
 Sincerae Daniel religionis amans:
 Mittitur in medios celsa de rupe leones,
 Praebet ut rapidis membra trahenda feris.
 Legibus hoc aule proceres statuere prophanis,
 Sors inuisa quibus prospera uatis erat.
 Conseruare suos caelestia numina norunt,
 Inq; Deo iustis nulla pericla nocent.
 Nil ieiuna fames uati, nihil ira leonum
 Obsuit, haec illi numen obesse uetat.
 Angelus ad rupem ueniens pernicibus alis,
 Innocuas uati praecipit esse feras.
 Quinetiam panem, uitaeq; alimenta ministrat,
 Nec defecta fame membra perire sinit.
 Innocuo uati nulli nocuere leones
 Omnis in optatos uertitur ira iocos.
 Leniter assiliunt, lasciui more catelli,
 Blanditias cauda qui trepidante facit.
 Sic trepidus uates medio seruatur in antro,
 Auspice quem stabile mente professus erat.
 Lux erat ad rupem magno rex agmine uenit
 Moestus, ut ab sumpti cerneret ossa uiri.
 Inuenit incolumem, quem uiuere posse negarat,
 Eductumq; lacu dicere cuncta iubet.
 Iussa facit, populoq; Dei benefacta recenset,
 Et qua seruatus sit ratione docet.

Numinis

Numinis agnoscit miracula summa, Deumq;
 Rex pius accepta religione colit.
 Nec mora: legati terras mittuntur in omnes,
 Qui Dominum iubeant cum Daniele coli.
 At mœsti proceres uastum iactantur in antrum;
 Ut pro fallaci præmia lege ferant.
 Vnguibus arreptos lacerant in frustra leones,
 Flebilis effuso terra cruore madet.
 Sic odio quicumq; bonis conantur obesse,
 Structa suis manibus damna subire decet.

MALACHIAS.

Fab. lib. 5. Hym.

Mittet Ioannem nuncium,
 Vitæ parantem semitam.
 Stat Christus in templo, pius
 Non decipit Malachias.

REGES GENTIVM AD EC-
 clesiam ueram aggregati.

SARDANAPALVS ASSYRIVS;
 rex Niniues.

Fab. lib. 5. Hym.

Submisit aures sceptraq;
 Rex delicatus hospiti
 ionæ, monentemq; audiens
 Deum, trementi parcitur.
 Seruatur urbs dum poenitet:

Sed

DE HEROIBVS

*Sed prisca uita crimina
Redintegrans, hostilibus
Paulo interit post ignibus.*

MERODACHVS ASSYRIVS, CO-
gnomine Stultus.

Ibidem.

*Hinc Merodachus patrios
Mores sequens, à satrapis
Ecclesiam quòd liberat,
Stulti notatur nomine.*

DARIVS PERSA.

Ibidem.

*Darius è lacu extrahit
Sanctum prophetam, proq; eo
Flet excubans: à bestijs
Pravi uorantur amuli.*

CYRVS PERSA.

Ibidem

*Nutritus à cane (ut ferunt)
Reddit Deo & templo decus,
Genemq; donat liberam
Serubabeli principi.*

ARTAXERXES I. PERSA.

Ibidem

*Felix Ebræa coniuge
Rex, punit hostes nominis
Dei, & per Esdra reddidit*

Legem, hostias, connubia:

ARTAXERXES II. PERSA, CO-
gnomento Longimanus.

Ibidem.

Vrbis iubet Longimanus
Purgare sacra iugera,
Et adiuuat Nehemiam
Portas struentem sumptibus.

Apostoli.

PETRVS.

Vida lib. 4. Christ.

Tu quoq; magnanimo cui nunc ea copia fandi
Sub tecto, atq; amplis tendis super aethera dictis.
Omnes irritas uentos, omnesq; procellas,
Hinc atq; hinc circumfusus ubi uideris hostes,
Me capto, queres latebras, iaciesq; salutem
Mendaci in lingua, pedibusq; fugacibus acer.
Atq; ubi curriculo mediam nox humida metans
Attigerit, ter me tibi notum ille ipse negabis
Futilis, incutietq; metus tibi foemina inermis.

Fab. lib. 1. Hym.

Vitam paratus ponere,
Sui magistri pro nece,
Et ense primam fortiter
Petrus cohortem sustinens.
Capti magistri tristis

It pone

It pone per uestigia.
 Sublata spes est, masculo
 Inane pectus sanguine.
 Te nosse, Christe, pernegat,
 Verbo puella territus.
 Galliꝫ rauco carmine
 Leo fugatur feruidus.
 Verbi memor quod dixerat,
 Vultuꝫ Christi concitus,
 Guttis dolendo pallida
 Humectat ora grandibus.

Vida lib. 2. Christ.

Interea casu Petrus percussus, iniquo
 Prosequitur moerens, longeꝫ; obseruat amicum.
 Iamꝫ; sub ingentis deuenerat atria templi
 Tecta sacerdotis magni, solusꝫ; sedebat
 Tristis, inops animi, ante fores nocturnus apertas.
 Olli serua, domus cui curæ ianua herilis,
 Id quod erat rata: Tūne etiam fugis, inquit, & isti
 iunctus eras scelerum consors, ideoꝫ; per umbras
 Explorator ades, quando omnia nocte quiescunt?
 Dirigit Petrus ad uocem formidine turpi,
 Oblitusꝫ; sui est (quæ uita tanta cupido?)
 Nec iam scit subita turbatus imagine rerum
 Quid faciat, quò se uertat, quas aduocat artes.
 At chari nomen tandem abiurauit amici,
 Pro quo sponte neci modò se deuouerat ardens.
 Quinetiam quò se tegetet succedere tecto

Hostile

Hostili tulit, & famulis se immiscuit amens.
 Nec latuit tamen: illum omnes inimica tueri
 Suspectum, & latebras uerbis urgere fouentem.
 Terq; adeo obiectum nomen, patriamq; magistri
 Audierat, ficto ter dissimulauerat ore.
 Cum matutino mediæ iam noctis ab actæ
 Edebant cantu cristatæ signa uolucres,
 Auroram in tectis solitæ acri uoce uocare,
 Tū monitus uerborū, Heros quos extrema canebat,
 Ingemuit, rupitq; imo suspiria corde,
 Et penitus duris tristia dolor osibus arsit.

Aemilius.

Hæc equidem tibi uera loquar: cum iunior esses
 Ipse tibi placito cingebas ilia ritu,
 Quoq; animi ferret sententia liber abibas.
 At senior factus non tantum iuris habebis,
 Sed cogere tuas alijs extendere palmas,
 Hic aliquis longo tua corpora fune ligabit,
 Inuitumq; trahet, quò non tibi prona uoluntas.

Idem.

Tu mihi Petrus eris, petramq; ego nixus in istam
 Aedificabo meam (quæ sacra Ecclesia) gentem:
 In qua firma mei stabit confessio uerbi.
 Et ualidis adeo firmabo uiribus illam,
 Ut uis nulla hominum, nec porta potentis Auernæ
 Præualeat contra, uictamq; euertere possit,
 Stabit in æternos, sed non superabilis, annos,
 Numine freta meo, uerbo fundata potenti.

At tibi Petre dabo clauēs, cœlestia regna,
 Vt referare queas, & firmo claudere nexu.
 Quicquid & in terra uerbi uirtute ligabis,
 Hoc erit in cœlo firma ratione ligatum.
 Sic etiam in terra uerbo quæcunq; resolues,
 Sedibus æthereis eadem resoluta manebunt.
 Hæc tibi semper erit uerbo fundata potestas.

Idem.

Ipse etiam Petrus recubans in carcere clauso,
 Lumina nocturno submiserat ægra sopori,
 Atq; latus miles claudebat utrumq; iacenti
 Constricto grauius per corpora tota cathenis:
 Nec deerat clauso uigilans in limine custos,
 Sed faciente Deo cunctos sopor altus habebat.
 Angelus ecce polo medium delapsus in antrum
 Ingreditur, quo cuncta nouo ueniente relucet
 Lumine, mirando tenebræ fulgore recedunt.
 Non aliter quàm si tenebrosa nocte coruscum
 Emicet, & tremulo prorumpat lumine fulgur.
 Omnia perlustrans, celeri simul igne recurrent.
 Lumine discutiens noctem, sic angelus atram,
 Effundit iubar immensum, latebrasq; recludit,
 Protinus ille latus Petri percussit, & ipsum
 Excitat attonitum, talis sermone locatus:
 Surge celer, somnumq; simul cum carcere linquens
 Effuge, meq; ducem cœlo tibi suscipe missum.
 Vix ea fatus erat, duræ cecidère cathenæ
 De manibus Petri, redduntur libera uinclis

Brachia

Brachia cum pedibus, colloq; annexa recedunt
 Ferrea Lemniacis conflatâ repagula flammis.
 Ille stupet somno, mixtoq; grauatâ timore
 Spemq; metumq; inter dubius contatur & hâret.
 Cœlestesq; uiro perstringunt lumina flammæ.
 Angelus idcirco sic illum affatus, & inquit:
 Tolle moras, zonaq; mouens te cinge recurua:
 Calceamenta simul geminis superindue plantis,
 Paruit imperio succinctus & ilia Petrus
 Aptauit geminos ad frigida, crura cothurnos.
 Ille refert iterum: Supremam corripue uestem,
 Inijciensq; humeris aptato pallia clauo,
 Huc ades & properè uestigia nostra sequaris,
 Liber ut euadas duris cum carcere uinclis.
 Hæc ubi fatus erat, medias mox ipse per umbras
 Angelus egreditur, Petrum ducitq; sequentem.
 Non sera, non muri, non ostia euntibus obstant:
 Omnia cœlesti sed peruia numine cedunt.
 Ipse etiam Petrus miratur, & inter eundum
 Talia qui fiant ignaro pectore uoluit.
 Angelicos etenim uultus non ille uidebat:
 Incertæ reputata fuit sed uisio menti.
 Solaq; dicentis penetrans uox ibat ad aures.
 Iam superata fuit custodia prima, simulq;
 Altera militibus pleno stertentibus ore,
 Tanquam perpetuo clausissent lumina somno.
 Et iam contiguam quæ ianua ducit in urbem,
 Ecce fores sese diductis pandere ualuis

Incipiunt, & sponte sua ferrata recedunt
 Vincula, quæ uectes ualidos utring; tenebant.
 Angelus excedit, Petro monstratq; sequenti
 Præuius egressum, quem cum per longa plateæ
 Compita duxisset sæui de carcere regis,
 Protinus abscedens illum sub nocte reliquit
 Spiritus, in tenuesq; uolans euanuit auras.

Vid. lib. 6.

Interea Petre te (nulli pietate secundum
 Noui etenim) his rerum summam, clauumq; tenentē
 Præfecimus cunctis, ultrò qui nostra secuti
 Imperia: hoc te præcipuo insignimus honore.
 Tu regere & populis parcens dare iura memento:
 Summa tibi ingentes iam nunc concessa potestas:
 Iamq; pios tege pace, uoca sub signa rebelles.
 Quemcunq; in terris scelus exitiale perosus
 Admonitum frustra iusta deuoueris ira,
 Colloquio absterrens hominum coetumq; piorum
 Idem erit inuisus coelo, non ille beatis
 Sedibus aspiret, nisi tu placabilis idem
 Dignatus uenia meliorem in pristina reddas.
 Iamq; adeò tibi concessum mortalibus ægris
 Claudere siderei portas ac pandere cœli.

Fab. lib. 5. Hym.

Audit docentem Cappadox

Et ora Ponti, te Petre.

Verse trabi qui figeris,

Tandem

LIBER VII.
Tandem Nerone iudice.

485

ANDREAS.

Fab. lib. 5. Hym.

Hunc fortis Andreas sequens
Isthmum replet, Patrenseq;
In urbe, non fratri imparem
Vidit necatus exitum.

IACOBVS MAIOR.

Ibidem.

Iacobe magne, qui tuos
Doces Ebræos, inuidis
Linguis calumniantium
Herodis ense raptus est.

IOANNES EVANG.

Ibidem.

Solus Ioannes effugit
Lictoris efferi manum,
Christum canens Ionibus,
Pashmiq; saxosæ incolis.

PHILIPPVS.

Ibidem.

Philippus in Scythas mouens
Vincit feroces, duplici
Letho datus, nam fixus est
Cruci, inde saxi obrutus.

I 3

Fab.

DE HEROIBVS
BARTHOLOMAEVS.

Fab. ibidem.

Indos lauacri flumine
Rigat sacro, regium
Cui stemma fertur, qui cute
Membris adempta ceditur.
Aemilius.

India doctorem te Bartholomæe fatetur,
Agnouit Christi te duce namq; fidem.
Nec tantum lingua Dominum testaris Iesum,
Dogmata confirmas sanguine uera tuo.
Et pulchram pateris Christi pro nomine mortem,
Scilicet est uita charior ille tibi.
Hoc odisse suam uerè est & perdere uitam,
Viuere quò uita sub meliore queas.
Felicem regem qui te doctore recepit,
Sinceram Christi sustinuitq; fidem.
At seuum contra fratrem, qui uera docenti
Imposuit mortem Bartholomæe tibi.
Passus enim plagas totos concideris artus,
Decidit à lacero corpore uulsa cutis.
Talia quis uideat spectacula lumine sicco,
Barbaries seuis conuenit ista Getis.
Martyrii sanctam tibi mors extrema coronam
Attulit, & finem præbuit hisce malis.

THOMAS.

Fab. lib. 5. Hym.

CUMS

Cum Parthicis prouincijs
 Subiecta Thomæ Media.
 Sed dum negat Mithran deum,
 Cæsus peribat lancea.

Vida lib. 6.

Vera negat Thomas, & cœptis perstat in iisdem:
 Hæc mihi (dicam iterum) nemo persuaserit unquam,
 Illum ipsum his oculis clara nisi luce uidendum
 Hausero, & his manibus nisi uulnera contrectâro.
 Sic fatur simul ecce Deus cum lumine largo
 Improuisus adest iterum, sociosq; reuisit.
 Et clausæ mansere fores, mansere fenestræ.
 Ut uerò Didymus manifesto in lumine uidit
 Vulnera monstrantem, & se nomine compellantem,
 Horruit, & prono confestim corrui ore,
 Multaq; se incusans animo sic deniq; fatur:
 Vera mihi facies, uerus Deus, omnia noui:
 Haud equidem (fateor) uiuum te credere quibam
 Post obitus, cœli hoc iterum spirabile lumen
 Has auras haurire, animo tua dicta labanti
 Exciderant penitus, modò quæ suprema dedisti
 Demens qui te obita non posse huc morte reuerti
 Crediderim, cum quarta alios iam luce sepultos
 Ad superas cœli nuper reuocaueris oras.
 Et memini, atq; aderam, sed me mens leua tenebat.
 Forsan at hæc tamen haud uestro sine numine tanta
 Credo equidem uenit dementia: forsitan olim
 Proderit hic seris hæsisse nepotibus unum.

Et manibus uoluisse prius contingere corpus,
Ne facies, aut uana oculos eluderet umbra.

MATTHAEVS.

Fab. lib. 5. Hym.

Matthaeus Hirtaci manu
Regis cadit, quòd Aethiops
Niger beatur, grande fert
Huic munus acceptum uiro.

IACOBVS MINOR, COGNOMEN-
mento Iustus.

Ibidem.

Iusti uocatus nomine
In patria, pinnaculo
Turbatur, & saxis ruit,
Conto & petitus oppetit.

SIMON.

Ibidem.

Te Simon audit Pharos,
Siticulosaq; Africa,
Serraq; diuiso, dehinc
Et templa & aras erigit.

IVDAS THAEVS.

Ibidem.

Iudas, Magos quòd Persico

Errare

LIBER VII.

489

Errare regi dixerat:
 A' cæde tristi regia
 Non soluitur sententia.

MATTHIAS.

Ibidem.

Qui proditoris in locum
 Lectus, securim pertulit,
 A' propriaq; perditus
 Fuisse gente traditur.

PAVLVS.

Eob. lib. 1. Hero.

O' electe Dei præco, decus orbis, ab ipsis
 Quem tenebris luci est restituisse tuum.
 O' superùm facunde comes, fideiq; magister,
 Fulmina sunt linguæ singula uerba tuæ.
 Tu potes eloquio cælos aperire potenti,
 Tu potes in terras ducere Paule Deum.
 Cuncta tibi cedunt diuinæ munera uirgæ,
 Tam fluit, & linguæ est aurea uena tuæ.

Fab. lib. 4. Hym.

Pauli diem Pauli fidem
 Grato colamus pectore,
 Ex hoste Christi factus est
 Amicus, & uas gratiæ.
 Ferus Damascon aduolat,
 Christum fatentes ut liget,

1 5

Res

DE HEROIBVS

Res mira, sanctus fit Dei
Sanctos minatus perdere.

Lux clara ritu fulguris
Sternit superbum, sed Dei
Vocem audienti parcitur,
Vetusq; culpa ignoscitur.

Quem persecutus antea
Plagis, minis & carcere,
Hunc nouit, & palam docet
Oratione & literis.

Nec plura quisquam pro Dei
Tormenta passus gloria,
Nec nomen ullus notius
Cunctis per orbem gentibus.

Idem lib. 2. Oda 3.

Non ulla Paule te chelys satis cantet,
Si sentiat tot plectra, quot trahit Cydneus
Claro lapillos alueo. fugas ex his
Specta locis in illa, tam uagus nemo.
Specta pericla, nemo plura tellure
Tulit, mariq;, quid? docendo quam duri
Vicit molestias laboris, in tota
Vita inquietus? carceres quis & uincla
Canat per omnes orbis inde & hinc partes?
Quam lassa Pauli terga ferre pro Christo
Plagas, nec illum saxeus potest imber,
Nec fulgidus Neronis ensis, à mentis

Alta statu mouere. Sponte se præbens
 Accepit ictus, uultu & ore placato,
 Flauirigans cruore Tibridis ripam.

Idem Hym. lib. 5.

Non te relinquam, gentium

Doctor: tibi haud nocent Leo,

Saxum, flagella: sed manu

Neroniana concidis.

Aemil.

Sternitur in terram cœlesti fulmine Saulus,

Vasq; sit electum Paulus ab hoste Dei.

Idem.

Saulus adhuc spirans animo crudelia diro

Vincta minabatur, mortemq; infestus acerbam

Discipulis uero Christum profitentibus ore:

Namq; uirum legis zelus stimulabat auitæ,

Atq; Deo gratam se rem præstare putabat,

Si quocunq; nouam depelleret obice sectam.

Talia dum cæco meditans in pectore uoluit,

Pontificem accessit, cui maxima cura sacrorum,

Quem penes arbitrium templi, & custodia legis.

Hunc petit ad clarā sibi scripta ferenda Damascē,

Apparet ad legis proceres, primosq; Scholarum,

Vt quoscunq; nouæ corruptos dogmate sectæ

Inuenisse sibi sexus utriusq; daretur,

Captiuos liceat Solymam producere in urbem,

Accipiant pœnas ubi spretæ legis atroces.

Principijs obstandum etenim, scelerata priusquam

Doctrina

Doctrina inualeat, uiresq; acquirat eundo,
 Iamq; uiam Solyma digressus ab urbe tenebat,
 Et propè contigerat uicinæ tecta Damasci,
 Quātum funda potest lapidem ter mittere hiatum.
 Cum noua lux illum cœlo circumdedit alto,
 Insonuit polus uiolento fulminis ictu,
 Terra tremit subito cœli concussa fragore,
 Prosteruntur equi magno terrore cadentes,
 Deiciuntq; uiros, primo cadit agmine Saulus
 Exanimis, tantæ dubius quæ causa ruinæ.
 Utq; solo iacuit, uocem cognouit ab alto
 Aethere terribilem tali sermone sonantem:
 Quid me persequeris tam diro Saule furore?
 Ille: Es qui Domine, ô liceat cognoscere, dixit.
 Redditur è cœlo: Sum rex ego Christus Iesus,
 Quem tua persequitur tanto uesania motu,
 Cuius & affectas Solymis excindere nomen:
 Sed nihil efficies, & rem moliris inancin.
 Crede mihi, durum tibi erit, si pergere tendis,
 Aduersus stimulum fragiles impingere calces:
 Vulnera non illi facies, tua corpora lades,
 Atq; pedem referes insano claudus ab ictu.
 Desine, nec contra superos temerarius ito,
 Si sapis, atq; Deo mortalis cedere discas.
 Ille tremens pauido uix talia pectore fatur:
 Dic mihi quid faciã Deus ô, tua iussa capeſſam?
 Vox iterum cœlo sonuit responsa remittens:
 Surge celer, tectisq; simul succede Damasci,

Hic tibi dicetur, fieri quid oporteat ultra.
 Ad sese ut redijt reuocato pectore Saulus,
 Surgit humo manibus sociorum erectus in auras,
 Et quamuis oculos aperit, non conspicit ullum.
 Lucis enim Dominus percusso dempserat usum.
 Ducitur à socijs uicinam cæcus in urbem,
 Hospitioq; manens triduum decumbit, et ægram
 Lumine raptus agit magno discrimine uitam.
 Corpora nec dapibus reficit, nec guttura potu,
 Nec fruitur placido nocturni munere somni:
 Tristia sed tantum lachrymis suspiria miscet.

Idem.

Vas erit electum nobis, fideiq; minister,
 Qui mea iussa ferens populos uulgabit in omnes,
 Nostraq; per multas extendet nomina gentes.
 Non illum ante duces mundi, regumq; tribunal
 Talia de nobis præconia ferre pigebit.
 Nostraq; læssæ proponere dogmata plebi.
 Aspice qualis erit, quantum mutatus ab illo,
 Qui uenit ut nostris imponat uincula Saulo,
 Hostis ut aduenit, rediens sic noster abibit:
 Nec tunc Saulus erit, sed Pauli nomen habebit,
 Et nouus exhibit gentes iam Doctor in omnes.
 Huic ego monstrabo cunctos tamen ante labores,
 Qualia passurus nostro pro nomine, quantis
 Excipiendus erit mundo uexante periclis:
 Ut quoq; morte sua Christum testetur, et inde
 Aeternam accipiat cœlesti in sede coronam.

Roset.

Roset. lib. 1.

Sum Iudeus, quem nobilis illa
 Vrbs aluit Cilicum Tarsos, docuitq; parentum
 Gamaliel leges, colui quas sedulus olim
 Protexiq; puer (neq; enim nescire potestis)
 Incepit Christi cum primum surgere nomen,
 Christigenas rapui, & uinctos ad funera traxi.
 Tecta per & uicos, & per deserta latentes
 Quasiui, cæcisq; acerrimus è speluncis
 Corripui innumeros, pœnæq; neciq; daturus.
 Primatum iussu uobis ego testibus ipsis
 Vim comitum contra assumpsi, petiq; Damascum
 Christigine Solymã ut uincti traherētur ab urbem.
 Jamq; propinquabam, atq; urbis uicina tenebam
 Rura uiam accelerans, turres ac tecta uidebam.
 Ecce noua ardenti, & cædem sine more paranti
 Effulsit lux uisa mihi, stupor incidit ingens.
 Lapsus equo iacui, uox est audita per auras:
 Quis tantus te Saule furor non uiribus æquis
 Impellit nostri ignarum concurrere cælo?
 Aspice sum Christus sensus, quæ nubila uelant
 Eripiam, pulsaq; dabo caligine lucem.
 Arcanum ut uideas, sed tu succede Damasco,
 Hic tibi quid facias, uates, cui promere nostrum
 Consilium dedimus, perfusus numine dicet.

Paulus

*Paulus à uipera lesus, incolumis
euadit.*

Idem lib. 3. Paul.

— Flammi obiectat onustus

Sarmentum Paulus congestis arida circum
Fortè alimenta rogis latè dum sternit, & ignem
Excitat incensum, ecce (nephias) seuissima tactu
Vipera sarmentis latet, occultiturq; latebris
Impatiens hyemis, fumum ut præsensit & æstum;
Dissoluit nexus, & sese extendit in auras,
Sanguineis oculos flammis infecta, uiriq;
Inuadit dextram, morsuq; infigit amaro.
Virus acerba ferens plagis, tam dira ueneni
Hæc fuit illa lues, ut tunc periisset acerbo,
Si periisse grauis morsu potuisset ebians.
Executit in flamma pestem, quæ uoluitur æstu
Vulcani medio, crimenq; expendit iniquum.

Paulus febricitantem sanat.

Ibidem.

Haud procul in medijs uillam rex Publius aruis
Condiderat, tribus ciecti tenuere diebus.
Huius enim pater expirans fortasse iacebat,
Membra diu rapido febris contriuerat æstu.
Et lactes grauis illuuiæ, non profuit usus
Pæoniæ, uoluit frustra succurrere Chiron.
Pæoniæ nocuere herbæ, nec ferre uocata

Auxiliu

Auxilium uotis uires potuere deorum.
 Hunc ergo petit accelerans non inscius heros,
 Et iam expirantem admissus, gemitusq; cientem
 Respicit extremos, subitoq; exorat olympi
 Pronus opem: Mea te curet duce dextera Christo;
 Inquit, & hoc dicens ægrum contingit, & auram
 Vitalem ex templo retinet migrare paratam.
 Lactibus excedit dolor, atq; extinguitur æstus:
 Et malè contritos noua uis perfunditur artus.
 Ille torum linquens ualido se corpore tollit
 Incolumis, graditurq; citus, mirabile dictu

Paulus egrotos tactu sanat.

Ibidem.

Innumeros rerum nouitas huc undiq; cogit,
 Innumeri uarijs sine fine à partibus adsunt,
 Morborum illuies grauiter quos merferat atra
 Expertes uocum, ac uisu audituq; carentes.
 Optatus ue pedum quibus olim defuit usus.
 Auxilium implorant tactu, quos maximus heros
 Exorans curat, uiresq; resundit in artus.
 Nec satis ecce (licet mihi non incerta referre)
 Veste uiri tacta innumeri sanantur, & ipsi
 Sanari citius qua ui potuere uolunt.

*Paulus per sportam de muro de
 missus.*

Rol. lib. 5.

Per uarias redeo arumnas, iterumq; Damasco
 Appellor, certamen ubi cum stirpe nefanda
 Ingens cum Christo fuit. Ecce ingentibus ausis
 Triste parant Solymi lethum, tenduntq; latentes
 Moliri insidias, furijsq; incendere uulgus.
 Is iubet innumero portas custode teneri,
 Quem socer Herodis magnæ præfecerat urbi
 Rex Areta, excubiasq; locat per moenia late.
 Et me (si qua sinat fortuna) extinguere certat,
 Iudæis gratum exoptans impendere munus.
 Vt patuere doli, cæca sub nocte latentem
 Me sporta è muris (cunctos sopor altus habebat)
 Demittunt socij, et gentem frustantur iniquam.

Paulus mago uisum eripit.

Ibidem.

Ecce (nefas) Magus assucti non immemor astus,
 Stat contra sese obijciens, et iurgia miscet.
 Tum summi afflatus mihi mens accenditur aura,
 Que coram ultricem cœli denunciât iram.
 Iamq; Erebi intentus circum trepidantia monstra,
 Pendentemq; mali supra caput unius atram
 Aspicio nubem ferratæ cuspidis instar.
 Irritare etiam cœli fœdissime regem,
 Fallaciq; pijs certasti illudere passim
 Signorum specie, et sanctum peruertere morem?
 Nunc te uis inimica petat, nunc lumen utrumq;

K

Tantum

Tantum undex scelerum nox atra tuorum
 Obruat, & circum horrescant tibi cuncta tenebris.
 Sic ego: Dira uiri super infelicis utramq;
 Inuoluens aciem obducta caligine nubes.
 Obruit umbra diem eripiens tegit omnia circum.
 Obstupet ille, oculos quæ nox oppresserit atra,
 Nunc faciem in terram fleclit, nunc suspicit astra,
 Admissam exoptans incassum assumere lucem.
 Labanti similem uideas similemq; trementi
 Segnius ire uiam, dubiosq; intendere passus,
 Auxilium uisu implorat auctoris adempto.

Paulus claudum sanat.

Ibidem.

Ecce uir in me oculos figens miserabilis unus
 Mœrebat coram, & morbo confectus & annis
 Vnus fortè pedum ex utero cui defuit usus.
 Expectabat opem dictis quàm credere nostris
 Quem potius cœlum, noui, quàm cernere terram.
 Sic ego (uim dabit ipse Deus) nūc surge, quod optas
 Iam dabitur, feret ista fides tua magna salutem.
 Surge age, ne dubita firmis incedere plantis.
 Hanc uocem fauor insequitur, membrisq; repente
 Occultæ subeunt uires (mirabile dictu)
 Instaurantq; pedes, cedit dolor omnis acerbus.
 Hic stupet, & primum ire citus non gressibus audet
 Insuetis, ut posse uicæ se fidere nouit.
 It celer, & redit, huc rapidit progressus & illuc
 Passibus,

Passibus, & medios inter uestigia perfert.

Paulus lapidatus.

Ibidem.

Ecce autem exiguo sese post tempore cogunt
Iudei, & properè uarijs à partibus adsunt:
Et nostri insano flagrantis cædis amore
Insontem rapiunt, atq; extra moenia trudent.
Quid dicam? pulsor proiectis undiq; saxis
Grandinis in morem, iam crebris ictibus artus
Deficiunt, iam sternor humi, mortalia uertat
In meliora Deus, meritis & digna rependat.

*Paulus expellit demonem à
puella futura prædicente.*

Ibidem.

Defessus simul ærumnas post mille Philippis
Appellor, iuxta ante oculos cum fortè puella
Instaret stimulis obsessa prementibus Orci:
Cui Phitona dabant præsago ab Apolline nomen,
Qui quondã (ut fama est) Phitona extinxerat arcu.
Hanc Graij impleri censebant numine Phœbi,
Hanc etiam posse insanam monstrare futura.
Quæ uentura forent igitur cognoscere tantum
Ardentes multi, huc ad erant ingentibus unâ
Vndiq; cum donis, Domino hæc cumularat opū uim
Ingenti quæstu, Stygia ut me uidit Erinnyis

Horret, terq; secuta refert. Nunc magno ab ipso
 Ecce Deo uir missus adest, qui pandit olympi
 Felicem uitam, & fidei coelestia dona.
 Saepius haud illam referentem talia passus
 Munus enim sanctum fidei certumq; salutis
 Monstrari felicitis iter, pressaq; teneri
 Virginis immundo mentem indignabar ab orco.
 Praeconem o pestis non te coelestis olympi
 Esse decet (cui non phas (dixi) credere quenquam.
 Laus tua uirus habet, uetitam iam desere sedem
 Effugiens iam caede procul. Vix talia fatus:
 Dira lues animum linquit, corpusq; coacta,
 Virgo caret furijs, & sana mente locuta est.

*Paulus puerum de specula lapsum a
 mortuis excitat.*

Ibidem.

Eutychus ecce puer celsa quem somnus habebat,
 Decidit e specula, duroq; illiditur ictu,
 Sternitur exanimis, uitamq; effundit in auras.
 Exoritur tectis strepitus, trepidiq; tumultu
 Decurrunt, casuq; dolent frigentis amici.
 Tristior extemplo sedes delapsus ad imas
 Exanimum amplector corpus: Depellite (dixi)
 Mœrorem, o socij, uiuit. uix talia fatus,
 Complexu in nostro pectus uitalibus auris
 Impletur, uitamq; calent argentia membra,

Hic cunctis sese incolumen latantibus offert.

*Patroclus Augusti minister, de
petra lapsus et mortuus, à
Paulo resuscitatur.*

Idem. lib. 6.

Edocet interea cœli mitissimus altum
Paulus iter, uitæq; animos felicitis amore
Inflamat, numerumq; fouet, geminatq; piorum.
Huc forma insignis ueneranda ad limina sese
Patroclus puer Augusto dilectus agebat,
Nosse uirum cupidus, sanctumq; ediscere morem.
Fundere munus erat magno cui pocula regi,
Huc ubi peruentum, nequit ullus cominus illi
Esse locus, nitens igitur conscendit & ultrò
Summa petit saxi, celsaq; in sede locatur.
Iam placido diuina pater sermone ferebat
Iussa palàm, uitæq; nouum felicitis honorem.
Vt primùm somno iacuit, ruit actus ab alto
In præceps, quatiturq; solo crepitantibus ipsis
Osibus, iecta sonat tellus, cruor exit abundè
Vulncribus, funditq; animam prostratus in auras.
Præterea ut fusos sensit cum murmure questus,
Exanimem iubet ipse necis non inscius heros
Ad sese puerum tolli miseratus, & ipsum
Conspectu poni in medio, coramq; locari.

Exhinc cum gemitu foedatum sanguine corpus
 Accipiunt, membrisq; ferunt argentibus omnem
 Inter conuentum, medioq; ante ora reponunt
 Mœrentes socij. Specula delapsus ab alta
 Paulus adest, supplex lateri frigentis inhaeret:
 Nunc age tu puer ipsius per numina Christi
 Surge, inquit, nec plura, nouus redit osibus ardor
 Cum uita subito, & gelidos perfunditur artus.
 Pallor abit, ueluti rupto letissimus ille
 Extollit somno sese (mirabile uisu)
 Vitalem incolumnis redditq; trahitq; repertum
 Aethera, & effundit uocem, geminatq; receptam.

Paulus decollatus.

Ibidem.

Vinculus agebatur magno per compita Paulus
 Murmure, spectantisq; inter pius agmina turbæ
 Ibat ouans, coelumq; oculis, animoq; petebat,
 Hæreatq; Deo, lucemq; instare supremam
 Gaudebat, demum æterni qua dentur honores.
 Hic uitæ ut uidit metas, ensẽmq; paratum
 Stare neci, genua ad terram demittit, & ambas
 Tendit in astra manus supplex, funditq; supremas
 Corde preces imo: Generis certissima nostri
 Christe salus, & felicitis spes unica uitæ:
 Errantem qui me rectam, seuãq; furentem
 Cæde uiam egisti, duce te implacabilis Orci

Vim domui, rabiemq; dolosq; impunè meorum
 Et maris & terræ euasi discrimina tutus.
 Iam tan tem hæc instat mihi pars extrema laborum,
 Da casu esse tui memorem me posse supremo.
 Da cœli statione frui, mors corpore postquam
 Soluerit hanc animam niueo sic fatus amictu
 Lumina prætexit, duplicesq; ad pectora palmas
 Componit crucis in morem.
 Licetor adest, plagæq; locum designat acuto
 Obtutu, strictoq; uiri mucrone relectam
 Cervicem secat orantis.—

Philip. lib. 1. Epig.

Vt alios multos fileam sit uictima Paulus,
 Eoo Christi nomen ab orbe gerens:
 Et dum sex lustris terraq; mariq; uagatur,
 At Euangelium spargit ubiq; Dei:
 Et negat extingui mentem diuinitus ortum,
 Corporis è uinclis quando soluta fugit.
 Proponensq; malis pœnas, & præmia iustis,
 Arbitrio uero distribuenda Dei.
 Iusticiam monstrat, quam Christi propter honorem
 Aeternus nobis dat pater, atq; probat.
 Interea pugne, pugnisq; pericula iuncta
 Tam longo exercent tempore mille uirum.
 Dum tandem ferienda dedit sua colla Neroni,
 Et iacuit tanquam uile cadauer humi.

DE HEROIBVS

Euangelista.

MATTHAEVS.

Fab. lib. 5. Hym.

Matthæus humanum gerens
 Vultum, in gisrum lau'ibus
 Celebrat, & scriptor pius
 Et publicano factus est.

MARCVS.

Ibidem,

Marcus leonis pectore
 Iubas mouentis horridas
 Christum docet, per quem salus
 Et uita mundo contigit.

LVCAS.

Ibidem.

Lucas iuuenis sicuti
 Cornu petit, Christo decus
 Dans unico, eius & pius
 Scriptis ministros prædicat.

IOHANNES.

Ibidem.

Tractus Iohannes nubilum
 Transcendit, instar alitis,
 Christum ab æterno patre
 Natumq; laudat uirgine.

Aemilius.

Aemilius

Exijt hic sermo fratres dispersus in omnes,
 Discipulum fati subductum legibus istum
 Tristia non unquam sensurum uulnera mortis:
 Sed non ista fuit Christi sententia, tantum
 Si redeam donec iubeam hunc remanere, quid ad te
 Dixerat, hoc falso sensu rapuere sodales
 Immunis tanquam remaneret morte Ioannes.
 Atq; hic discipulus de quo iam diximus, ille est
 Talia testificans uera qui uoce fatetur:
 Istaq; mandauit scriptis, ut postera quondam
 Turba legat, doce atq; suos meminisse nepotes.
 Nouimus hunc isto testari uera libello,
 Vnde piam laudem fidei, nomenq; meretur.

Viri sancti.

SIMEON.

Actius. lib. 1.

Ille autem aurata fulgens in ueste sacerdos
 iam canus, iam maturo uenerabilis æuo.
 Quid sibi uult? sacras puerum qui sistit ad aras
 Sic uenerans? lætoq; inspectans æthera uultus?
 Scq; dehinc facili clausurum lumina fato
 Exclamat, quod speratum per secula munus,
 Promissamq; diu pacem, certamq; salutem
 Terrarum exorta liceat sibi luce tueri
 Optanti, seniumq; ideo, Parcasmq; trahenti.

DE HEROIBVS
Ros. lib. i. Christ.

Tum senior uates, diuis quo charior, & quo
 (Ut dicam) melior cunctis in gentibus alter
 Non fuit, instabat Simeon, Parcaeq; suprema
 Tempora transgressus fatali annosior æuo.
 Seruatusq; Deo tales qui fuderat imo
 Corde preces, cuperet cœli dum cernere prolem
 Ante obitum in terris: Tu quem ueneramur ad aras
 Laturum generi lapsu quem credimus olim
 Auxilia, hoc tanto da munere rector Olympi
 Lætari, atq; animi uotum succedere nostri
 Spem ualeam ut nostræ preciumq; uidere salutis
 Cœlestem sobolem, sanctiq; exordia secli
 Ante obitum in terris. Sola hæc mihi gaudio uiuo
 Sufficient, tolleiq; meæ spes tædia uitæ.
 Si pater annueris, si mentem numine firmes
 Motam ardore tuo, uincar non casibus ullis
 Expectans, reddamq; animam tibi lætus, & omnes
 Læticiæ implebo patres delapsus ad umbras.
 Has pater preces summi rex magnus Olympi
 Accepit, uotumq; animi succedere, & illum
 Parca ultra fatiq; dies superesse supremos
 Lætariq; dedit, prolemq; uidere beatam.

Vida lib. 3.

Nomen aui Simeon referens erat obsitus annis,
 Quo nemo tota urbe fuit seruantiore qui:
 Huic, ut erat longè uenturi præsciis, olim
 Aethereæ uis omnipotens promiserat auræ

Visurum

Visurum sese ante Deum, authoremq; salutis,
 Expectatum orbi, quam lucis linqueret auras.
 Iamq; erat hunc uita pertæsum, egerq; senectæ
 Optabat duros letho finire labores.
 Sed spes illa animo cupido usq; infixæ manebat.
 Ergo ubi adesse Deum præsensit numine plenus,
 Tum puerum tremulis correptum amplectitur ulnis,
 Atq; arctè premit, hinc lachrymis ita fatur. obortis:
 Macte insans uirtute, Dei indubitata propago,
 Mundi opifer, qui nostra uenis, ueterumq; parentum
 Sponte admissa tui largo lauere anne cruoris,
 Et liquidas aperire uias ad sidera cœli
 Exoptatus ades, nec me tua maxima fallunt
 Summe pater promissa, mori me deniq; fas est.
 Nunc o me nunc ad requiem finemq; laborum
 Corporis exutum uinclis dimittis, ut olim
 Pollicitus, iam uiderunt mea lumina, quem tu
 Auxilium mundo misisti, ut gentibus esset
 In tenebris lux, Isacidos noua gloria prolis.

Aemilius.

Ecce uir his aderat cano uenerabilis æuo
 Iustus, amansq; Dei Simeon, qui pectore toto
 Letam expectabat super Israele salutem.
 Spiritus ac Domini præsens habitabat in illo:
 Huic responsa Deus dederat non uana petenti
 Tristia non lethi subiturum uincla, priusquam
 Vidisset Christum Domini, semenq; salutis
 Promissum populo tot iam labentibus annis.

Hic

Hic Simeon lætis Iesum complexus in ulnis
 Accepit, gratesq; Deum cum laude peregit,
 Fatidico talem depromens gutture uocem:
 Nunc seruum dimitte tuum pater optime rerum,
 Ut placida tandem moriens in pace quiescat.
 Edita ceu nobis quondam promissa dedisti.
 Nam oculi uidere mei, tetigêre lacerti
 Autorem nostræ puerum, causamq; salutis.
 Venturum populos quem prouidus antè parasti,
 Ut nitido cæcas illustret lumine gentes,
 Plebis & Isacidae ueros instaret honores.

ZACHARIAS.

Aemilius.

Protinus innuitur patri quo nomine dici
 Ipse uelit natum: paruam petit ille tabellam
 Nutibus omnipotens nam uocis ademerat usum.
 Accepta scripsit: Nomen pueri esto Ioannes.
 Mirantur factum suspensis cordibus omnes.
 Talia nec credunt fieri sine numine diuum.
 Continuò resoluta uiri sunt guttura sancti,
 Incipiensq; loqui laudabat uoce Tonantem.

Scip. lib. 1.

— Signum hoc en accipe, sanctus
 Qui linguæ officio certos reddentia sensus
 Fers hæc uerba tenus, te ingrata silentia linquent
 Duclurum liquide uoces, non uana probentur
 Euentura suo donec mea tempore dicta.

Ioannes

IOANNES BAPTISTA.

*Ioannes exultans in utero ma-
terno.*

Stigelius.

Tu puer ut posses tanta ad certamina nasci,
 Natura est alias ferre coacta uices.
 Induit arcanam longæua senecta iuuentam,
 Ignotisq; homini uiribus aucta fuit.
 Tu sacra sensisti uenturi robora Christi,
 Matris adhuc grauidæ cum rude pondus eras.
 Te prius ætherea quàm posses luce potiri,
 Obuia præsentis sanxit imago Dei.
 Tu prius in miserum missus quàm natus es orbem,
 Venturum ut fieres nuncius ante Deum.
 Tu tuba uiua Dei, mortales inter alumnos
 Te peperit maius foemina nulla decus.
 Sed neq; tu laudes, nec præmia nostra requiris.
 Doctrina est uitæ tota imitanda tuæ.
 Fallacem casto domuisti pectore mundum,
 Et quicquid uitij lubrica corda fouent.

Actius lib. 2.

— Viden' ut nostra puer excitus aluo
 Cum mihi uix primas uocis sonus ambiat aures,
 Iam salit, & Dominum ceu præcursurus adorat.

Ros.

DE HEROIBVS
Ros. lib. 1. Christ.

Illius ecce, damus dùm protinus oscula, foetus
Exultans utero, nostra intra uiscera clausum
Sentit adesse Deum, & miro sua gaudia motu
(Omen inauditum, atq; fidem res ardua supra)
Ostendit, cœliq; genus prænunciat infans
Cœlesti iam tum sua corda calens afflatu.

Stig. lib. 1

— O rerum suprema potentia mag. ii
Auroris latitans utero, nec munere functus
Lucis adhuc, infans: ubi uox audita parenti est
Prima salutantis, præsentem uirginis aluo
Cognouit clausum, terris quem præuius ipse
Venerat æternum uates ostendere regem.
Exiliensq; utero, poterat quo gaudia motu
Expressit, magni sobolem genitoris adorans.

Philip. lib. 1. Epigr.

Aluoq; foetus conditus
Longo sacerdotum agmini
Agnoscit ignotum ducem,
Adorat & gestu tuo.

Ioannes in deserto degens.

Vida lib. 4.

Præmisit uatem egregium his in finibus ortum
Nomine Ioannem, Helisabe quem lumine plenum
Zacharie extrema parit infœcunda senecta,
Gentibus ipse Deum ut natum prænunciis ore
Proderet

LIBER VII.

528

Proderet, utq; suas spes fesso ostenderet orbi.
 Ille hominum primis uitans uestigia ab annis
 Horridus in solis agitauit sedibus æuum.
 Montibus & syluis, & littoribus desertis
 Speluncæ tectum horrentes, uictum aspera nullo
 Arbuta terra dabat cultu, aut sudantia truncis
 Mella cauis, liquidi præbebant pocula fontes.

Eob. lib. Hero.

En sacer ante tuos mittetur nuncius ortus,
 Qui paret, atq; tuas monstret inire uias,
 Ille colet deserta, & uoce implebit eremum,
 Omnis iter Domino turba parate suum.
 Protinus alta cauas implebunt culmina ualles,
 Vertice mons humili, collis & omnis erit
 Recta uidebuntur, quæcunq; obliqua fuerunt,
 Aspera planicies omnia mollis erunt.
 Hora feret miseris mortalibus illa salutem,
 Nemo non illo tempore saluus erit.

Ros. lib. 1. Chr.

Jordanem latè circum tunc maximus ibat
 Se Baptista tegens syluestris tegmine capræ,
 Panderet ut cæli stirpem, quam clausus in aluo
 Præsensit, mitiq; oriens incredula soluit
 Ora patris, sese plantis ut tollere quiuit.
 Et firmo puer ire gradu, petit aspera solus
 Lustra, solo patriæ & montes syluasq; relicto.
 Illi nulla Ceres, lati non munus Iachi

Non

Non molli in strato somnus, non mollis amictus
 Ac uictu insueto pasci syluestribus herbis
 Esuriens, foedisq; (ut uera est fama) locustis
 Contra hyemem, & seuos uillis & pellibus imbres
 Vestiri hirsutis, seraq; quiescere nocte
 Cote super nuda, in dumis & sentibus atris.

Scip. lib. 1.

Hic enim in syluis, atq; intra lustra ferarum
 Degebat, fluxæ fugiens contagia uitæ:
 Materna iuuenis cælo promissus ab aluo,
 Qui mundi reputans regem, uerumq; salutis
 Autorem, in terris nimium latuisse, sacrumq;
 Aduentare diem, tenebras quo mente fugaret
 Humana antiquas uersus semperq; nitens sol
 Assiduis liquidas implebat uocibus auras,
 Diuini ostendens felicia tempora regni.

Idem lib. 2.

Paulatim humanis rebus se auertit, & ultrò
 Delicias molles & curas spernit inanes.
 Iamq; hominum affectus, & uanos noscere mores
 Cœperat, æthereisq; animis ut crimina sensim
 Terrena, & misere serpent contagia uitæ
 Cum fastus uulgi, cœtusq; exosus, in alta
 Se abdebat nemora, & syluis degebat opacis.
 Hic inter dumos primum pubescere malas
 Sensit, & insignis florem prodire iuuentæ.
 Non urbes illum accepere aut oppida, cultis
 In tectis, densos saltus, & inhospita suctum

Per loca ferre gradum, placidæ hic iucunda quietis
 Commoda captabat, diuersæ tædia uitans,
 Ac strepitum turbæ, & uitæ fugientis inertem
 Despiciens operam. —

Aemil.

At puer occulto cœli crescebat in horas
 Numine, iam iuuenis robusto corpore factus,
 Desertis coluit syluas iordanis ad amnem,
 Carne locustarum uiuens, & melle liquenti,
 Corpora q̄; indutis gibbosi pelle cameli.
 Hic rude ducebat nemorum sub frondibus æuum,
 Iam dudum meditans operis rudimenta futuri,
 Israëlitiæ donec se ostendere genti
 Tempus erat, munusq̄; nouum tentare docendo.

Micyl. lib. 5. Syl.

Vir fuit antiquo clari de sanguine iudæ
 Zacharia, Solyma natus in urbe, patre.
 Nomen Ioannes erat huic, sed mater Elissa,
 Pontificum ueteri progenerata domo.
 Hic contemptior opum, & uitæ sectator honestæ,
 Auiâ iudæi rura colebat agri.
 Hic ubi iordanis gemino spectabilis ortu
 Desertos hominum diuidit amne locos.
 Vestis erat pellis rapido detracta camelo,
 Cingebat lumbos hispida zona uiri.
 Non uimo aut dulci gaudebat munere Bacchi,
 Mel erat, & uilis parua locusta cibus.
 Hic igitur Domini diuina concitus aura,

L

Tingebat

Tingebat liquidis corpora mersa uadis.
 Et iussis ueniam ueteris deponere culpe,
 Narrabat Christi regna futura noui.

Ioannis uestis.

Sib. lib. 2.

Illum non ardens rapidi uis terruit aestus,
 Non hyemis rabies, non inclementia coeli,
 Duratum glacie atq; aestu, nec uestibus ullis
 Indutum, tantum hirsuti contexta cameli
 Squalentes humeros uelabat penula setis.

Ioannis uictus.

Ibidem.

Ast uictum tristes nulla ieiunia ferre
 Soluenti, locustæ inopem, pauidisq; relicta
 Poma feris, herbæq; dabant, baccae q; rubentes,
 Et stipata cauo syluestria stipite mellæ.
 Non cibus hunc hominum, mollita salubribus escæ
 Ignibus, instructæ tenuit non copia mensæ,
 Non ullæ allexere dapes. —

Ioannis potus.

Ibidem.

— Non pocula succo
 Pampineo saturata, sitim compescere pura
 Contentum lymphæ, et deserti fluminis haustu.

IOANNIS

Ioannis cubile.

Ibidem.

Et rapidus seu sol agros urebat hiantes
 Siue gelu densabat hyems, cum cæca teneret
 Nox terras, nullis macie confecta fouebat
 Stratis, non ullo recreabat membra cubili
 Verum antro in gelido, patulæue sub arbore, somnos
 Carpebat tenues, cœlestes cernere tractus
 Lumina concedens seræ desessa quieti.

Ioannis doctrina.

Phil. lib. i. Epigr.

Hic Euangelium monstrato tradidit agno,
 Placatum nouis qui facit esse Deum.
 Et Phariseorum taxans deliria, ritus
 Fucosos uetuit pro pietate sequi.
 Iustificamq; fidem docuit Iordanis ad undam,
 Et rupes natum iam sonuere Dei.
 Sordibus humanis lex obscurata iacebat,
 Huic etiam lucem reddidit ille suam.
 Congrua descripsit ciuilibus munera uitæ,
 Iuraq; militibus, iudicibusq; dedit.
 Atq; fidem iussit lucere in rebus agendis
 Notior ut fieret gloria uera Dei.
 Coniugij sanxit legem, damnatq; Thyesten,
 Vxorem fratris qui rapere ausus erat.
 Quare baptistam crudelis adultera perdit;

Qui moriens ueluti uictima caesa iacet.

Fab. lib. 4. Hym.

Ab angelo prædiciur

Christi Ioannes angelus,

Sacro repletus numine,

Clausus parentis uiscere.

Qui præco pœnitentiæ,

Cum publicanis milites

Docet, salacemq; asperis

Carpit tyrannum uocibus.

Nolite peccare amplius,

Deum incitare parcite,

Fructu arbor & flore carens

Cum stirpe dissipabitur.

Adeste, hic agnus est Dei,

Peccata tollens omnia:

Christo salutis unicam

Pater dedit potentiam.

Hæc ille in aula, in oppidis,

Vastâq; eremo concinens,

Nec carcere aut minis graui

Ab instituto flectitur.

Saltat thyas, furens mero,

Rex approbat Sic innida,

Daturq; saltatriculæ

Caput prophete præmium.

Non fugit auras in leues

Herois alii spiritus.

Exceptus

Exceptus excelssissimi

Vir immerens sinu est Dei.

Ioannes Christum baptizat.

Scip. lib. 2.

Ergo Iordanis tunc lustrat flumine regem

Coelicolum uates, undisq; fluentibus illum

Abluit, è coelo ueniens, qui tetra cruore

Humanæ proprio deiecit crimina gentis.

Testimonium Ioannis ab ipso Christo datum.

Scip. lib. 2.

—Quid densa petistis

Visuri nemora, et syluas accessis opacas?

Non ibi gaudentem uulgi fallacibus auris

Spectastis, motent uolucris quem flamina laudis

Humanæ tumidum fluuialis arundinis instar,

Quam crebris agitant stridentes flatibus Euri.

Non ibi mundicijs captum, fastuq; superbo,

Quales ardenti uestitos murice, diues

Delicijs trahit, atq; igniuo regia luxu.

Ast illum licuit præsentem cernere, uates

Quem quondam cecinere pij, felicia terris

Præmissam antiquæ noctis caligine pressis,

Longum expectatæ ostensurum gaudia lucis.

Hic inter uates diuinos maxime, hic est

Qui cunctis longè præstat mortalibus unus,

Ioannes in carcerem coniectus.

Scip. lib. 3.

Ille etenim fœdæ ex oculis hunc iussit amicæ
 Ausferri, & fontem ueluti, quæ proxima uisa est
 Tunc sibi pœna neci, claudi illum carcere, quo non
 Teste Deo, melior fuerat, nec iustior alter.
 Is tamen æquo animo stolidi crudelia regis
 Iussa ferens, miseros quantum non claustra uetabãt
 Impia, mortales optato aduertere regi,
 Pergebat summo diuinãq; iussa docere,
 Et morem infandum Herodis, miserandaq; gentis
 Humanæ, sanctis incessere crimina dictis.

Ioannes decollatus.

Scip. lib. 3.

Paruit ergo atrox dicto, crimenq; minister
 Horrendum accelerans, ubi regis iussa nefandæ
 Haud fracto uates animo, mitisq; ferebat,
 Claustra adiit, strictumq; attollens impius ensẽ
 Lethiferum, toto pendentis pectore cœlo.
 Ah facinus, sanctum ex humeris caput abstulit, ille
 Concidit exanimis, iacuitq; in carcere truncus.

Rof. lib. 1. Christ.

Inde thori scelus incusans, culpamq; iugalem,
 Fœmineis cadit insidijs, iussuq; tyranni.
 Terra polusq; necem uatis miserantur amici,

Rectorisq;

Reſtorisq; nefas multum indignantur iniqui,
 Quæritur è cœlo factis paſcentibus ultor.

Aemil.

Protinus implentur ſeui mandata tyranni
 Coniugis inſtinctu, nec fors ſua iuſſa retractet
 Licitor adeſt, collumq; graui tranſuerberat icſtu.
 Tum caput innocui uatis ceruice reuulſum
 Traditur impauide ſclerata facta puellæ,
 Contrectare manu non horruit illa cruentas
 Cum ceruice comas, pallentiaq; ora Ioannis
 Impuris heu tam manibus non digna teneri,
 Iamq; ferens patina rurſum conſcendit in aulam
 Obtulit, & charæ regalia dona parenti
 Triftia, ſed nimium mulieri grata nefandæ.

Idem.

Dum rex natalem celebrat, ceruice Ioannis
 Flebile Baptiſtæ cæditur enſe caput.
 Exigit hoc munus ſcleratae filia matris,
 Hinc cognoſce furor quid muliebris agat,
 Fab. lib. 5. Hym.

Maior Ioannes omnibus
 Qui ſunt ſuere, & poſtea
 Sequentur, immaniſſimi
 Herodis enſe tollitur.

ZACHÆVS.

Vid. lib. 1. Chriſt.

Cui quondam componere opes per ſasq; ne ſasq;

Immensus amor acer erat, sed luce recepta
 Hospitis aduentu cœpit malè parta luendo,
 Reddere cuiq; suum, partiri cœtera egenis,
 Tot facti infectiq; auri congesta talenta.

Aemil.

Ecce uir obuenit Zachæus nomine princeps,
 Ille telonus erat, diues, Christumq; uolebat
 Cernere: præ turba sed non ingente ualebat,
 Corpore pygmæo simili quòd paruulus esset.
 Ad Dominum uerò Zachæus talibus inquit:
 En mediam partem cunctorum, Christe, bonorum
 Pauperibus dono: tum sic cui fraude nocebam,
 Quadruplicans damnum: largo cum scœnore reddo.
 Nec tamen his diuûm credo meruisse fauorem,
 Quicquid id est, præsens tua sit mihi gratia posco.

STEPHANVS.

Fab. lib. 4. Hym. 1

Te protomartyr inclyte,
 Tollit sacris Ecclesia,
 Et fortitudinem ac fidem
 Iustis honorat laudibus.
 Tu sicut angelus Dei
 Vultu decorus splendido
 In concione Christidos
 Fidem tueri uisus es.
 Verumq; Messiam tuæ
 Venisse genti prædicans,

Cecos

Cecos apellas, arguis
Ingratitudinis reos.

Non temere furentium,
Non lingua mendax testium,
Non poena mortis, aut metus
Negare Christum compulit.

Quare datum fuit tibi
Coelos apertos cernere,
Paritq; Christum gloria
Stantem à parentis dextera.

Phil. lib. 1. Epigr.

Noticia Christi Stephanus, non sanguine tauri
Resitui uitæ dona perennis ait.

Concio pontifices ingrata accendit auaros,
In caput ut iacerent aspera saxa uiri.

Aemil.

Talia dicentem iam dudum lumine toruo
Iudæi afficiunt Stephanum, pleniq; doloris
Concipiunt seuas irarum in pectore flammæ,
Intima namq; uiri rumpunt præcordia uoces.
Pectora stridenti ceu uulnere lesa secantes.
Et iam collisis crepitantes dentibus illi
Non celare queunt manifesti signa furoris.
Exitium uni omnes manibus uerbisq; minantur.
Ille autem sacro plenus præcordia flatu,
Sustulit erectos ad cælum sidera uultus,
Diuinæ cernens ubi maiestatis honorem
Ad patris æterni dextram conspexit Iesum.

Protinus incipiens populum sic dixit ad omnem:
 En uideo cœlos diuinæ lucis apertos,
 Astantemq; patri quem nos profitemur Iesum.
 Huic igitur quid adhuc insania uestra repugnat?
 Talia dicentem magno clamore petebant
 Auribus occlusis, ne uox ingrata subiret.
 Iamq; ruunt omnes, Stephanumq; feruntur in unum,
 Truditur infelix, totam trahiturq; per urbem.
 Nec mora, nec requies, donec crescente tumultu
 Mœnibus expellant, hostiliq; agmine cingant,
 Hic illum rigida saxorum grandine pulsum,
 Obruere incipiunt, uestesq; è corpore tractas
 Ante pedes iuuenis ponunt, cui nomina Sauli,
 Iamq; operi intenti lapides tellure reuulsos
 Vndiq; conijciunt, crebris sonat ictibus aer.
 Sicut ubi descendit hyems crepitante per auras
 Grandine, deiiciens segetes, & culmina pulsans,
 Turbine corripitur cœlum, strepituq; sonanti
 Ventus agit nymbum, deiectaq; grana resultant.
 Non aliter iam saxa uolant feriuuntq; cadentem,
 Densa seges lapidum cellisas uerberat auras,
 Ille sed ad cœlum palmas & lumina tendens,
 Talibus orauit Dominum iam morte propinqua:
 Suscipe defessam hanc animam Saluator Iesu,
 Quam tibi commendoq; tuo pro nomine fundo.
 Ingruit ecce nouus saxorum uerberare nymbus,
 Ingeminantq; ictus repetitis ictibus hostes.
 Non ualet ille magis pedibus consistere rectis,
 Deprimi-

Deprimiturq; cadens in terram pondere duro.
 Tum genibus flexis clamauit uoce sonanti:
 Hostibus hanc ignosce meis, pater optime, culpam,
 Nec statuisse uelis meritam pro crimine poenam.
 Hec ubi fatus erat, Christo minuente labores,
 Occubuit, placidaq; cadens in morte quicuit,
 Frigidulo tanquam deuictus lumina somno.

LIBER OCTAVVS,
DE HYPOCRITIS ET
impijs in Dei Ec-
clesia.

CHAMVS.

Fab. lib. 1. Epigr.

Qui iacit in nudum patrem ludibria Chamus,
 Deletur omni cum sua progenie.
 Cum pecore intereunt homines, cumq; urbibus agri
 Tolluntur igne, terra paret exteris.

Idem lib. 1. Milit.

Deletur tota Chamus cum stirpe nepotum,
 Scilicet hoc illi uita proterua dedit.

PHARAO IMPIVS.

Scip. lib. 1.

Iamq; fretum emensi, terram litusq; tenebant
 Aduersum, elapsos cum cernens impius hostis,
 Non ope diuina profcisso gurgite fluctus,

Immotos

Immotos pendere ratus, mutataq; rerum
 Foedera, mentis egens, atq; acri concitus ira.
 Qua petijisse fugam innocuos conspexit, eadem
 Persequitur, credens se undis iamq; alta subibant
 Aequora nativum subitò, cum lubricus humor
 Sensit onus, petijtq; ima & trepidantia pressit
 Agmina, præruptoq; ruens de gurgite moles
 Undarum, absorpsit cunctas, merisitq; profundo:
 Aethereum potuit tantus tenuisse parentem
 Genitis amor uestrae, & pietas insignis auorum.

Fab. lib. Vi. c. cœl.

Attonitus monstris, & cæca percitus ira,
 Immittit celeres rex feribundus equos,
 Hortaturq; suos: Ergo ibit seruus inultus,
 Hinc ait, è Phario ples fugitiua solo?
 Utq; ingressus erat rubrum cum milite pontum,
 Pectora torpebant exanimata metu.
 Nempe Deus turbat fluctu titubante cohortes,
 Detrahit & fluxas curribus ipse rotas.
 Extulit Amramides tunc per freta stantia uirgam,
 Obruit unda uiros, obruit æquor equos.
 Agmina non solito pereunt Maræothica letho.
 Nullus & è tanta clade superstes abit:
 Iamq; natans aliquis uacuis spe, gurgitis undis
 Iosephi uerum prædicat esse Deum.
 Inachiaq; canem cum uacca calpat Anubim,
 Datq; in ridiculos aspera uerba deos.
 Interit Aegyptus, cantat præconia Moses,
 Fœminea

Fœminea resonant tympana pulsa manu.

Stig.

Cum Phara'o instructis gentem Israelitida turmis,

Per medias urgens insequeretur aquas:

Aequora diuinæ disiecit spiritus iræ,

Area per medias sæua patebat aquas.

Parte ab utraq; alti stabant ceu moenia fluctus,

Quos ita miranda fixerat arte Deus.

Gens dilecta Deo nudas transibat arenas,

Fugit & hostiles per uada tuta manus.

At simul & uires, & cæci pectoris iram,

Dum putat in medijs pondus habere uadis.

In medijs perijt Phario temerarius undis,

Ante homines pariter turpis & ante Deum.

Sib. Epin. lib. 1.

Ergo fugam capient furiosa uoce tyrannus,

Scilicet & pontus peruius, inquit, erit?

Utiq; sit hoc, quis non siccum transire profundum,

Si poterunt illi, nos quoq; posse putet?

An Deus Isacidum maior quam numen Anubis,

Numen & Isi tuum, numen Osyri tuum?

Aut magica toties impune illuserit arte

Amr amides, dederit damnaq; tanta mihi?

Imò age, rumpe moras, fugitiuaq; corpora seruos

Inualidos, miles Marte fauente preme.

Protere, sterne, feri, iugula, uictoria nostra est,

Quas, ò quas pœnas gens scelerata lues?

Sic ait, & medium (quid non furor audet) in æquor

Cæcus;

Cæcus, acerba fremens, ipse cohorsq; ruit:
 Cum subito emissis confusa reuoluitur austris
 Vnda, redit cursus, qui fuit antè, mari.
 Numina quid Phario regi sua, quid sua profunt
 Militis innumera castra referta manu?
 Corruptus torti rapida uertigine fluctus,
 Obruitur seuo terq; quaterq; mari.
 Subsidunt & equi, currusq; & uulgus, & ipsi
 Missa uelut pelago plumbea massa duces.
 Ut nemo cladi tantæ superesset, abire
 Qui posset patrio nuncia ferre solo.

I. HOLOFERNVS.

Sib. Epin. lib. 1.

Tempus erat quo sol cum iam caput occultit undis
 Emergunt orbis sidera pulchra suos.
 Instructis hostis dapibus sociosq; ducesq;
 Accipit, apposito peruigilatq; mero.
 Huc ait, huc etiam ueniat captiua Bagoe,
 Quanta mihi foret hæc gaudia nocte Venus?
 Iussa adsum, sed non lateri iungenda tyranni
 Mortem ipsi portans, Assyrijsq; fugam.
 Iamq; grauis multo somnum faciente Lyeo
 Funereo sternit ebria membra thoro.
 Ergo in conclauis cum solo sola relicta,
 (Tanta uti nunquis commoditate neget.)
 His effata Deum: Nunc ô mihi suffice uires,
 Nunc pater inuictu robur habere iube.

Si nomenq; tuum, patriæq; ultura salutem,
 Numinus huc ueni freta fauore tui.
 Quamq; loquor citius uagina libero ferrum,
 Et serio forti barbara membra manu.
 Inde caput collo eripio, truncumq; relinquo,
 Ac repeto patriæ moenia parua meæ.

II. BILEAMVS.

Fab. Vi&. coel.

Suffulit alterius tenebras aurora diei,
 Voce Dei uates carpere cœpit iter.
 Impedit frenis asinam, sequiturq; uocantes,
 Exarsit moti protinus ira Dei.
 Angelus exerto Bileamum detinet ense,
 Deq; uia brutum cogit abire pecus.
 Quod crura angusto dum triuit calle sedentis
 Verbera percussio tergo multa tulit.
 Quid premis iniuste seruum pecus, incipit egra
 Fari asina: hæc merces digna laboris erit?
 Ecce autem ut uisus uati angelus ense corusco
 Concidit, & prona lapsus adorat humo.
 Assum (ait ille) tuis ut cœptis ipse resistam,
 Et stultum impediam, quod male pergis, iter.
 Quod nisi te cursu flexo seruasset asella,
 Mucro tuum hausturus perfide pectus erat.
 Verum age, carpe uiam, sed nil tua lingua loquatur,
 Quam præsens quæ te iussero uerba loqui.
 It pavidus uates, & prospera cuncta precatus
 Saraidis, Balacho dura minatus abit.

Attamen

Attamen astuto promebat pectore prauum
 Consilium, populo quo nociturus erat.
 Prostituat lectas ut tota gente puellas,
 Alliciatq; suis munera ferre dijs.
 Religio uiolata, fides neglecta pudoris,
 Irritant placidi mitta corda Dei.
 Quinq; duces uicti cum Madianitide gente,
 Cumq; tuo regno cæse Moabe iaces.
 Interit & ferro uates Bileamus acuto,
 Consilium dederat qui leuitate malum.

ABSOLON.

Sib. Epin. lib. 1.

Absolo turbator regni scelerate paterni,
 Sic esse oblitum te potuisse Dei,
 Impius ut bello dominandi cæsus amore,
 Sanguinis authorem persequerere tuis
 Phil. lib. 2. Epigr.

Degener immeritò rapuisti sceptrâ parenti,
 O iuuenis patriæ pestis acerba tuæ.
 Digna tuis factis, sed pœna secuta uagantem,
 Fronibus arboreis implicuere comæ.
 Hasta Ioab maduit forti librata lacerto,
 Sanguine transfixo pectore tincta tuo.
 Has scelerum pœnas pulso dedit ille parente,
 Inunc & patrijs insidiare bonis.
 Fab. lib. 1. Piet.

Cæsarie patula dependens Absolo quercu,

Malo

Malo malus letho necatur filius.

Idem lib. Vict. coel.

Regis ut uxores in capta polluit urbe
 Absolon, & leges, ac noua iura tulit.
 Mox patrem insequitur fugientem filius audax,
 lethridæ mandans castra superba duci.
 Sylua erat & fossis atq; antris horrida cæcis,
 Hanc uoluit castris Absolon esse locum.
 Inquam Zeruiades, cui iunxerat agmen Abisa;
 Irruit, inq; fugam terga scelesta dedit.
 Viginti subiò sternuntur millia letho,
 Et plures multò sylua maligna tulit.
 Maachides trepida fugiens formidine, ramo
 Flauentes quercus impediende comas.
 Pendet, inops animi, nec quo se liberet ense
 Cogitat, huic pœnas iam statuente Deo.
 Dum coelum terramq; inter sic anxius hæret,
 Zeruiadæ factum nuncia fama uehit:
 Aduolat, & telo iuuenile tricuspide pectus
 Transigit, impietas improba facta luit.
 Mortuus in uastum demittitur Absolon antrum;
 Turpiaq; obscurus contegit ossa lapis.

S A V L V S.

Stig.

Isidæ toties meditatus funera Saulus,
 Supplicium proprio perditus ense dedit.

M

M E R O D E S.

HERODES, FILIVS ANTIPATRI

Eob. lib. 1. Hero.

Audijt Ebræa uenturum ab origine regem,
 Qui se de tanto pelleret imperio.
 Protinus edicto crudeli occidere mandat,
 Quisquis adhuc linguæ masculus esset inops.
 Hic dolor, hic miseræ plangunt sua uiscera matres,
 Sæpius è medio uiscera rapta sinu.
 Seuit in innocuo crudelis sanguine miles,
 Flebilius nil hac cæde fuisse potest.

Ros. lib. 1. Christ.

— Furijs rex æstuat amens

Herodes, pueroq; necem molitur acerbam.
 Infremit ex humili in regnum sublatus, & arcem
 Vi tenet, inuisusq; suis timet omnia, & omnes
 Suspectos habet, atq; nefas seuisissimus audet.
 Non socijs, non germanis, natisq; pepercit,
 Dilectisq; thori consortibus horret acerbis
 Cædibus atra domus, fœdiq; cruore penates.
 Secula, quòd tantum parat, execrata fuissent
 Prisca nefas, tantum non horruit area tauri
 Machina Trinaerij, non tam crudelibus aris
 Busiris, non Bistonij præsepia regis.
 Illususq; magis, & fama exterritus omnes
 Iam bimos latè, atq; omnes, quibus est minor ætas
 Aufert infantes, ut tanta in strage trucidet
 Cœlestem puerum, miseri, dum quæritur unus,
 Omnes

Omnes perdentur. Clementia nulla tyranno est.
 Seuiet Ephratæ paruam diffusa per urbem
 Tempestas, etiam per proxima turbine multo
 Oppida, finitimumq; solum: iam compita late
 Omnia, & innocuo tingentur sanguine tecta.
 Instant uagitus tristes, sæuiq; dolores.
 Quos gemitus, & quos mœstæ matres ululatus
 Quasue dabunt lachrymas, dum duro à milite natos
 Corripier, duroq; premi dum uulnere cernent?
 Et cadet hac rabie cæsis in millibus unus
 Natorum Herodis, res tristibus impia scenis.

Aemilius.

At postquam Herodes sensit se uoce Magorum
 Deceptum, nec eos ad regia tecta reuerti,
 Protinus ingentes irarum in pectore flammæ
 Concipit, in pueroq; ulcisci talia facta
 Cogitat, inuisum quem nomine regis habebat.
 Mittitur extemplo crudelis ab arce satelles
 Plurimus, in paruamq; ruit Bethlæmidos urbem:
 Omnibus ense latus cinctum est, armataq; ferro
 Dextera, quæ peragunt sæui mandata tyranni.
 Undiq; & infantes crudeli morte trucidant,
 Quotquot ibi bimos, aut offendere minores.
 Tum uerò exoritur longè tristissima cædes
 Aetatis teneræ, quamuis ea criminis expers.
 Non dum aliquam uitæ potuit committere culpam,
 Interit infelix primo sub flore iuuentus:
 Flos uelut in campis duro succisus aratro.

Heu miseri infantes raptantur ab ubere matris,
 Corpora transfadigit quorum trepidantia mucro.
 Quinetiam intereunt ipsorum ante ora parentum,
 Nec licitum est cuiquam sæuis obsistere factis.
 Omnia namq; tenet crudelis limina miles,
 Agmine condenso nulli mutire potestas.
 Iamq; sonat clamor matrum, gemitusq; cadentum
 Mœnia per, totasq; domos, cunctasq; plateas.
 Impius exquirat penetralia tecta satellites,
 Extrahit & miseros diro clamore puellos.
 Insequitur genetrix precibus precioq; fatigans
 Immanes animos, uerum non parcitur ulli:
 Plusq; ualent regis crudelia iussa tyranni
 Quam natiuus amor sobolis, pietasue parentum,
 Nullaq; barbaricas flectit miseratio mentes.
 Martia turba ruens tota bacchatur in urbe.
 Crinibus arripiunt alios, medioq; secantes
 Corpore dilaniant, alijs abscindere gaudent
 Brachia, correptos pedibusq; per aera mittunt
 Ceu lapidem iactat balearica funda rotatum
 Occidit innocuæ spes & decus omne iuuentæ.
 Sanguineiq; fluunt passim per compita riui.
 Corpora casa iacent, & adhuc in uulnere palpant
 Semineces membrorum artus, quis talia cernens
 Temperet à lachrymis? facies tristissima rerum.
 Nec misera tantum sæuitur in urbe nephandis
 Militibus, circum positis in finibus errant
 Vndiq;, & infantes rapiunt, raptosq; trucidant.

Pars in frustra secant, gladijsq; trementia figunt
 Corpora, pars medios lacerat, & brachia truncat.
 Vulnere sic intra muros scuitur & extra.
 Talia mandarat fieri rex impius, ira
 Percitus ob natum Iudeo sanguine regem,
 Perdere quem solum conatur in agmine tanto
 Vnum nec dubitat multorum in morte perire.
 Sed nihil hoc mirum proprijs qui parcere natis
 Noluit, externæ quid parceret ille iuuentæ.

Ros. lib. 1.

Infantumq; necem audimus, mortemq; tyranni
 Horribilem infandi, quem tristibus aspera pœnis
 Sustulit ira Dei, pestemq; extinxit acerbam.
 Ille Deo ut genitum cæcis æqualibus amens
 Inpetijt, scelerum dira uexatur Erynni,
 Morborumq; luc, qualem non uiderit ætas
 Vlla prior, toto crudescit corpore febris
 Indomita, & rapido membris furii omnibus æstu.
 Illa singultus quatiunt, infectus & hæret
 Putor abundantanti sanie, uiuumq; per errat.
 Peior ab ulceribus, laceratiq; halitus exit
 Oris ab ingluuie, depascit ad usq; medullas
 Viscera paruorum foeda illuuiæ animantium.
 Horrent his mixtæ (uisu miserabile) echidnæ.
 Totq; dies noctesq; dolor d'ffunditur omni
 Parte nouus, cultro toties occidere sese
 Conatur, furij animi succenditur ille
 Cæde domum dira maculans, natumq; trucidat

334 DE HYPOCRITIS

Morte sub urgenti, clausosq; extinguere mandat
 Iudeos proceres, communi funus ut atrum (nori,
 Luctu habeat, lachrymasq; extremo ut quærat ho-
 Expiratq; furens, de pectore pellitur atro
 Atra anima ultrices Erebi deiecta sub umbras.

HERODES TETRARCHA.

Scip. lib. 3.

Ille quidem imperio eiectus, regnoq; beato,
 Et patriæ infelix dilectæ finibus exul,
 Pauperiem inuisus cunctis, tristemq; coactus
 Ferre famem, & uili comitis sedare nefandæ
 Esuriem uictu est, tandemq; cadentibus ambo
 Corporibus, misero liquerunt funere uitam.
 Et nunc perpetuæ obducti caligine noctis,
 Et barathri informis mersi infelicibus umbris
 Urgentur grauibus poenis, nec cernere uerum,
 Lumen, nec semper miseris, sperare licebit
 Supplicijs ullo cessandum tempore diris.

NERO.

Ros. lib. 6.

Extremus latè imperium, longeq; tenebat
 Aenæ de stirpe Nero, lethalis Erinnyis
 Contemptrix diuûm, & terræ durissima pestis.
 Hunc diræ scelus infandum genitricis, & ipsa
 Fortuna ad regnum primis euexerat annis.
 Mitibus hic primum imperijs, & legibus æquis
 Indulsi,

Indulſit, uifa eſt ſatis ut clementia regnum
 Firmaffe, ingentemq; hominum quaſiſſe fauorem,
 Phas abolet, geminatq; nephas, gaudetq; rapina.
 Haud minimo menſas luxu, & ſine more nephanda
 Exercet uenerem, inceſtatq; libidine uitam.
 Et priſcum exoſus morem, premit impius equos,
 Innumeros uulgo obruncat, procerumq; cruorem
 Profundit: luges capitum tot funera Roma.
 Quid referam uxorum cædes, fratrisq; uenenum?
 Quid matrem ferro extinctam? ſtatus omnis iniquo
 Rege ruit, ius omne terit ſclerata libido.

IUDAS.

Vid. lib. 2.

Vnus non ualuit ſeſe his ſubducere uinclis
 Iſcarius, peſti infandæ deuotus, Iudas.
 Lectorum procerum labes, & peſtis Iudas.
 Hic ſe olim addiderat ſocium, ueſtigia Diui
 Ingreſſus patria atq; opibus, charisq; relictis
 Incerta exilia, incertas quaſcunq; paratus
 Iræ uias, taliq; necem pro rege paciſci.
 At mox cœptorum piguit, duriq; laboris
 Paulatim pertæſum, animo tunc uoluere ſecum
 Noctes atq; dies tacitus, ſi qua potis arctis
 Legibus exolui, & priſcæ ſe reddere uitæ.
 Indignans longum incaſſum cecidiſſe laborem.
 Hos abitus, iamq; hos abitus, & furta parabat
 Impatiens operum, rebus non letus egenis.

Ibidem.

Sic Iudas: Scio uos Galilæi facta furentis
 Formidare patres, patriæ qui legibus affert
 Exitium: moliri ideo uos plurima cerno.
 Si mihi quæ posco promittitis, omnia solus
 Quæ nunc uos frustra exercent dispendia tollam.
 Ille manus faciam in uestras hodie incidat ultrò.
 Dixerat. argenti læti pepigère talenta
 Terdena, egregij precium memorabile facti
 Dimittuntq; alacres, atq; extra limina ducunt.

Aemil.

Ille cooptatus quamuis in nostra fuisset
 Agmina & officij nomen, partemq; teneret
 Attamen in fontem Dominum, charumq; magistrũ
 Tradidit acceptis in pignora tristia nummis.
 Seq; ducem demens scelerato præbuit hosti,
 Qui manibus Christum cepit uiolentus iniquis.
 Ergo ubi triste nephas iam proditione peregit,
 Et confecit agrum precio mercedis iniquo.
 Conscia mens sceleris trepidantem perpulit illum,
 Arboris ut ramo sese suspenderet alto,
 Inferretq; manus propriæ per crimina uitæ.
 Tunc medius crepuit pallentia uiscera fundens,
 Viscera quæ coruis prædam, canibusq; dederunt.

Vida lib. 5.

Mutatus scelus agnoscit mutatus Iudas
 Ah miser, infectum quàm uellet posse reuertit
 Nulla quies animo, scire in pectore diræ

Vltrices

Vltrices, cacasq; ob noxam sumere pœnas.
 Nec capit insanos curarum pectore fluctus.
 Hinc secum æra manu sceleris causam attulit amens,
 Quæ Solymi magno dederant in munere pacta,
 Atq; sacerdotum sacrata ad limina uenit
 Vociferans: Vestrū hoc argentū, hæc munera uestra
 Accipite, en scelerum precium exitiale repono.
 Heu heu quid demens uolui mihi? quo scelus ingens
 Inductus precio admisi? uera Dei ille
 Progenies, uerusq; Deus: nunc deniq; cerno,
 Discussæq; abeunt tenebræ, & mihi reddita mēs est.
 Sic fatus: simul argentum coniecit in ipsos.
 Olli autem flentem risere, ac sera uidentem.
 Infelix abit hinc amens, cæcusq; furore
 Multa putat, curæ ingeminant, seuiq; ab imo
 Corde dolor, cœliq; piget conuexa tueri.
 Tum secum huc illuc flammantia lumina torquens:
 Hem quid agam infœlix? quæ nam quæ secula porro
 Sera adeo, tantum scelus unquam oblita filebunt?
 Accedam ne iterum supplex, crimenq; fatebor?
 Atq; ausim ueniam sceleri sperare nefando?
 Quo uero aspiciam uultu, quo uic alloquar ore,
 Quem semel indignum decepinus, inq; merentem?
 Hinc igitur longè fugiam, quantum ire licebit,
 Ignotusq; alijs agitabo in finibus æuum.
 Hinc me præcipites, me me hinc auferite procellæ,
 Quò fugit usq; dies à nobis luce peracta.
 At quis erit tutus tandem locus omnia præsens

538 DE HYPOCRITIS

Aspicit, ac terras Deus undiq; fulmine terret,
 Et me conscia mens, atq; addita cura sequetur,
 Siue iterum arripiã pedibus, seu puppe per undas,
 Quos? quibus? at moror, & ludunt insomnia mente.
 Vos precor, ô mihi uos magnæ nunc hiscite terræ,
 Quid dubito? nunc te tangunt scelera impia Iuda
 Infelix, tunc debueras, tunc ista decebant,
 Cum reuocare pedem, cum fas occurrere pesti.
 Nunc morere, atq; nefas tu tantum ulciscere dextra
 Sponte tua, lucemq; uolens, hominesq; relinque.
 Talia iactabat, certus iam abrumpere uitam
 Inuisam, & seuum letho finire dolorem:
 Curarum hanc unam metam ratus, atq; laborum.
 Fluctuat, atq; sibi semper tellure uidetur
 Absumi, aut rapido de cœlo afflari igni,
 Vsq; adeo ante oculos capti obuersatur imago.
 Pallor in ore, acies circumlita sanguine, & arctus
 Argentes tremunt, instantis uestigia lethi,
 Et nox multa caua faciem circumuolat umbra,
 Omnia nigrescunt tenebris caliginis atræ.
 Demens qui potius ueniam sperare fatendo
 Non ausus: neq; enim precibus non flectitur ullis
 Rex superum, & iuste bonus obliuiscitur iræ.
 Ergo ille in cœptis perstans, & sedibus hærens
 Iisdem abiit, syluæq; tremens successit opacæ,
 Regia quæ propter frondebat plurima tecta.
 Atq; ibi tum trepidat, qua tandem morte quiescat
 Incertus, latebras' ne animæ scutetur acuto

Fortiter,

Fortiter, & pectus procumbens induat ense:
 An se præcipiti iaciat de culmine saltu.
 Ipsæ quæ attonitum, mortisq; cupidine captum
 Ducebant semper furie, insensæq; præibant.
 Informem prona neçtentes arbore nodum,
 Ostendere uiam. collo namq; inde pependit,
 Ut meritus, laqueoq; infami extrema secutus
 Spiramenta animæ eliso gutture rupit,
 Et totos subito pendens extabuit artus.

GOLIADVS.

Fab. lib. Vi. c. cœl.

Arma Philistæi ludææ acerrima genti
 Intulerant, populo plebs inimica Dei.
 Castraq; iam stabunt Socho: eo barbara colle,
 Ocia securus libera miles agit.
 Dextra mihi Deus & telum: sic uoce minatus
 Impia Gathites soluerat ora gigas,
 Stans primam ante aciem: Frustra confiditis, inquit,
 Viribus: est uester nomen inane Deus.
 Verba quater denas hæc iactat friuola luces,
 Pectora sollicitus terret Ebræa timor.
 Non tulit hunc animis & uasta uoce frementem
 Pro laude, Isai des promptus ad arma Dei.
 Loricam spernens, & magni ponderis hastam,
 Aeneaq; insoliti cætera tela uiri.
 En assum Domini bellator nomine nostri,
 Nomina Zebæathi qui tremebunda tenet.

540 SENTENTIARVM
Ille tuum minuet robur puerilibus armis,
Eripietq; mea colla superba manu.
Nec mora libratam fert circum tempora fundam,
Et saxum aduersi frangit in ora uiri.
Moles uasta ruit, rupes ut montibus alta,
Ac perit imbelli uis truculenta manu.

LIBER NONVS

SENTENTIARVM GEN-
ris uarij, quib. docetur pietas aut
uirtus, secundum seriem
literarum.

AETAS TENERA.

Fab. 1. lib. Piet.

Quam facile in pueri peccati morib. heret,
Ingenioq; leuis, iudicioue rudis:
Quam facile à recto deflectit tramite uita,
Annis quæ nondum, consilijsq; sapit.

Ibidem.

Aetati est error, leuitasq; innata pusille,
Addit & ad uitium uita proterua faces.

Idem lib. 2. Piet.

Imbue cœlesti mollissima pectora flatu,
Error in his annis plurimus esse solet.

Micyll.

Micyl. lib. 2. Syl.

Præcipites animi iuuenum, & mutabile pectus,
 Et faciliè huc illuc, quò rapiuntur, eunt.
 Ac ueluti medias nullo rectore per undas
 Pellitur, à quouis acta carina Noto:
 Pectora sic iuuenum partes uersantur in omnes,
 Dum ratio nondum, quæ regat illa subest.

Artes liberales.

Sib. Acol. lib. 2.

Artes sancta Dei conseruat dogmata, sitq;
 In precio pietas, relligioq; suo.
 Artes & populos & maxima regna tuentur,
 Constituunt leges, iusticiamq; docent.
 Artes si non sunt, feritas tenet omnia, uita
 Inculta hæc prorsus mortis & instar habet.

Lotich. lib. 2. Eleg.

Scilicet ingenuas mansuescunt corda per artes,
 Nec rigidos mores, esse Thalia finit.

Stig. in Fast. Ouid.

Qui comes est Musis, non hunc fugit inelyta uirtus,
 Quem penes est uirtus omnia diues habet.

Aula Davidis.

Fab. lib. Vi. Cæl.

Qui uult esse pius, pomposas deserat aulas,
 Atq; suæ sortis munera paruus amet.

Ibidem.

Innumeros

Innumeros hostes pomposa alit aula bonorum;

Vanaq; sinceras nescit amicitias.

Turba ferè magnos colit exiguissima reges,

Ast amplas regum plurima captat opes.

Dum princeps felix, crebris stipatur amicis,

Et cingit florens purpura multa latus:

Sin fortuna suum non seruat certa tenorem,

Tum uentis citius lubrica turba fugit.

Assimulat quaedam, tetigit quoscunq; colores

Bellua, difficilis fraude latente capi:

Non aliter nunc hos, nunc illos improba uultus

Sumit, & instabili fluctuat aula fide.

Ibidem.

Nemo sibi primos non aulæ poscit honores,

Atq; studet regi proximus esse loco.

Ibidem.

Nec diadema facit quenquam, nec purpura tutum;

Quicquid & in precio mundus habere solet,

Integritas regum florentes sustinet aulas,

Confirmatq; Dei splendida sceptrum timor.

Ibidem.

Aula domus scelerum, nutrix est aula malorum;

Quæ sibi stulta nefas omne licere putat.

Illa bonis inimica, leuem mutatur ad auram,

Proq; colit Dominum tempore, proq; loco:

Nec peccasse tamen cuiq; est hanc dicere tutum;

Improba delictis gaudet ab ipsa suis.

Hæc

Hec cum fortuna mutat, cum principe mores,
 Et quodcumq; sapit, hoc simulando sapit.
 Regibus indulget caeco malesuada furori,
 Perdens quo sperat posse iuuare modo.

Apis laboriosa.

Fab. lib. Car.

Labore apis res efficit
 Miraculosa maximas,
 Et signa prouidentie
 Dei exhibet mortalibus.
 Centro, pietate, uiribus,
 Operosa, casta, sedula,
 Coercet, odit, corrigit
 Furtum, libidinem, ocium.
 Regi fidelis obsequi,
 Seruire & optimatibus,
 Iniuncta alacris perficit
 Omni absq; lite munera.
 Nullo loco, nullo datum
 Opus remittit tempore,
 Anus fouet, paruas alit,
 Suas & æquales iuuat.
 Nec utilis soli sibi
 Est, aut suis Quiritibus:
 Eius fruuntur dulcibus
 Homines, dij, laboribus.

Aranea laboriosa.

Fab. lib. Car.

Laboris authorem Deum

illa artifex aranea

Suis tenellis casibus

Probat: tenebras ad nigras,

Seu solis ad facem aurei,

Cum de fenestra uel trabe

Operosa necit retia.

BENEFICIUM.

Philip. lib. 3. Epigr.

Si quis beneficium daturus est ciuibus;

Id gratius fit liberali pectore:

Et sponte cum datur, datum morosius;

Lenteq; non habebit ullam gratiam.

*Beneficia Dei uaria, nec nume-
randa.*

Sib. Psal. 40.

Quanta Deus tua sunt tribuis que munera nobis;

Tempore quam nullo desinis esse bonus.

Consilij decreta tui sunt mira salutis,

Assignant dempto que bona sine pijs.

Deficit ingenium, nec mentem uerba sequuntur

Quis dictis æquet, quis tua facta Deus.

Eob. Psal. 40.

Multa & magna quidem tua summa potentia nobis
Præstitit,

Præstitit, & pietas hæc tua sine caret.
 Ergo nos tua magna fides, tua summa uoluntas,
 Nullius exemplum quò referatur, habet.
 Quæ si cuncta uolens tua facta expromere coner,
 Omnia uanus erit uelle referre labor.

Fab. lib. 2. Ang. 3.

Si, Christe, linguæ sint mihi,
 Aut ora centum, haud eloquar
 Partem tuæ uel unicam
 Inæstimandæ gratiæ.

Fab. lib. 2. Oda 1.

Clara quis numerauerit
 Astra? quis Libyæ aridæ
 Pulcres? quis Atlantico
 Algam in æquore? quis tuos
 Inde molles odores?

Quis tuæ, precor, explicet,
 Christe, munera gratiæ?
 Quæq; adesse solet pijs
 Vsq; prompta benignitas,
 Quis canat satis illam?

Dantur omnia per Deum,
 A Deo bona perpetim,
 Fonte ut ubere defluunt.

Fab. lib. Vict. cœl.

Exulibus patriam cœlestia templa parauit,
 Subiecitq; omnes totius orbis opes.
 Illustrat sancto mortalia pectora flatu,

Inq; pijs sedem cordibus ipse legit.
 Nosq; per aethereos mira ratione ministros,
 Mille modis seruat, mille tegitq; locis.
 Hostibus est nostris hostis, quos mente rogatus
 Non dubia, iusso uindicat ipse modo.
 Seq; adeo facilem praebet pietate parentem,
 Ut superet meritis nostra petita suis.
 Defendit miserum corpus, mentemq; gubernat:
 Quasq; dedit duro tempore seruat opes.
 De caelo charum donat super omnia natum,
 Qui gerit in membris uulnera nostra suis.
 Arbitrio cuius motus, post ultima uitae
 Tempora, dat superam regna beata domum.
 Corpora sed citius numeres stellantis Olympi,
 Quam benefacta queas commemorare Dei.

Idem lib. 5. Hym.

Non lingua, non mens sufficit
 Efferre laudes debitas
 Deo, nec ullis possumus
 Seclis referre gratias.

Quicquid in immenso preciosum aut nobile mundo
 Natura dici conditoine potest,
 Vilius est ullo quam quod compenset honore
 Munera, quae populis praestitit ille suis.

Bona & mala à Deo dantur.

Fab. lib. 3. Oda 2.

A Deo tributo

Si bono exilimus,
 Quo probamur illi,
 Cur malum timemus?

Nudus extrahebar
 De parentis aluo,
 Omniumq; egenus
 Nudus hinc abibo.

Quæ Deus dedisti,
 Tu quoq; abstulisti,
 Tempus omne nomen
 Sit Dei celebre.

Idem lib. 2. Milit. sacr.

Hospitium, uictus, libertas, gaudia, nomen
 Munifici, eueniunt de bonitate Dei.
 Vita, salus, requies, pax, exaltatio, cælum,
 Hæc quoq; contingunt omnia dante Deo.

Ioach. Camer.

Omnia de cælo manant hominum bona, larga
 Quæ dextra in terris spargit Deus optimus, atq;
 Maximus. hic etenim solus dare uulq; potestq;
 Cuncta, salus quibus & completur uita beata.

Corpus terra conditur, spiritus in
 cælo uiuit.

Fab. lib. 1. Milit.

Non ut brutorum (quamuis mors omnia tollit)
 Nostra etiam dempto corpora sine rapit.

N 2

Effertur

Effertur nigro moles onerosa pheretro,
 Quodq; fuit luteum, terra lutosa tegit:
 Euolat ad superos mens carcere libera sedes,
 Inq; Dei peragit secla beata sinu.

Idem. lib. 1. Prec.

Corpora debentur mortalia uernibus, at mens
 In paradisiacis libera uiuet agris.

Cælum Dei sedes, & terra sub-
sellium.

Sib. Psal. 68.

Qui cœli summa sedem sibi legit ab æuo
 Arce, ciens tronitru cuncta, mouensq; suo.

Eob. Psal. 68.

Qui cœlo Dominus primæua ab origine rerum
 Insidet, huc illuc per sua regna uolans.

Sib. Psal. 115.

At certè sedes celsi tibi culmen Olympi,
 Et nutu quæ uis cunq; potente facis.

Eob. Psal. 115.

At Deus astriferi noster tenet ardua cœli
 Mœnia, & arbitrio cuncta agit ipse suo.

Fab. lib. 1. Ang. 1.

Cœlum mouet nutu, solum
 Terrarum habet subsellium,
 Cui currus æther lucidus,
 Nubes eunti semitæ,

Ventorum

Ventorum & ala quadrupes.
 Pontum coerces, infimæ
 Sinus abyssi permeat.
 Cui propria est sedes polus,
 Tamen per omnes it locos,
 Cumq; urbibus complet uias.

CHRISTIANI.

Fab. lib. de Natal.

Sint unum, doceant unum, fateantur & unum,
 Qui bene de Christi nomine nomen habent.

Idem lib. 2. Milit

Qui te summe Deus uerè metuitq; colitq;
 Et locat in Christo spemq; fidemq; tuo.
 Verus adoptiuo censetur, nomine natus,
 Atq; domus hæres scribitur esse sacræ.

Cælestia pauci curant.

Fab. Oda 1. lib. 1. Oda 2.

Sed qui terrenis cupiant æterna relictis,
 Et iusto pietatis amore
 Accensi ad Christum referant, animæq; salutem
 Quicquid agant, uix unus & alter.

Cælum & terra transibunt.

Vid lib. 4. Chr.

Addit & uentura canens: Fore, cum uagus olim
 Sol claram s; eciam concreto lumine tectus

Exuat, & subito stellanti nocte perempta
 Sufficiat, nullam luna orbi argentea lucem,
 Sanguineis faciem macula persusa nigrantem,
 Præcipitentq; polo passim turbata labanti
 Sidera, quæ lapsu certo spacioue feruntur.
 Visq; ea quæ cæli irrequietos conciet orbes
 Desinat, incerto rapiantur ut omnia motu,
 Atq; propè auulso absiliat de cardine mundus.

Fab. lib. 2. Ang. 16.

Coeli liquefcent, & loco
 Tellus mouebitur, cadet
 Vt pannus ore uermium
 Laboriosa machina.
 Non luna, nec sol amplius
 Lucem gemiscentes dabunt,
 Quando per angelos suam
 Purgabit arcam Deus.
 Nam colligent danda inferis
 Vanas aucnas ignibus.

Corpus pane, anima uerbo Dei
 nutritur.

Phil. lib. 1. Epigr.

Non alit in fragili panis modò corpore uitam,
 Sermo tuus uitæ tempora longa facit.

Fab. lib. 1. Piet.

Corpora pane dato saturantur, pectora uerbo

Quod

Quod ore prodit è tuo.

Idem lib. 2. Piet.

*Speratum licet indignis, ne detrahe panem,
In primisq; sacro pectora pasce cibo.
Non tantum fragilis sustentat corpora panis,
Ille salutaris prodit ab ore tuo.*

Curae debilitant corpus.

Eob. lib. 4. Syl.

*Curae frequentes, & labor & dolor
Corpus perurunt, ut noua Sirius
Exhaurit implacatus arua
Procyon ut grauidas aristas.*

Stig.

*Ne te ipsum excrucies meditando incommoda uite,
Nec temerè nimio corda dolore coquas.
Viue tibi potius, longumq; è pectore pelle
Mœsta graui quicquid corda dolore facit.
Heu perimit multos mens nescia cedere curis,
Quæ nisi quod doleat nil rationis habet.
Ira necem accelerat, mens impia deterit æuum,
Ante diem canos anxia cura facit.*

Cruor sanctorum semen Ecclesia.

Stig.

*Hæc est ingenui natura arcana cruoris,
Impia quo sancti martyres arma liuant.
Plenius hoc Christi felices irrigat hortos,*

Quo uelut effuso largius imbres fluit.
 Inde pijs animis, Christumq; animosa professis,
 Messse uenit surgens uberiore seges.
 Dum mactare pios gaudet furiosa tyrannis,
 Sæua pios etiam carnificina facit.

Creaturæ in hominum usum con-
ditæ.

Aonius lib. 2.

Concipe nunc, ageris animo: namq; ipsa uidebis,
 Quæ pelago ducunt uitam, quæ flumine subter
 Omnia deberi nobis, quæq; æra tranant
 Pernices uolucres, & quæ pede lustra pererrant,
 Retibus insidiæ hinc inuentæ, & fallere uisco.
 Hinc laqueo captare feras, catuloq; sagaci,
 Hinc prope pendentes scopulos, & gurgite ab imo.
 Iam notum in siccam pisces deducere arenam.
 Ecquæ iam in nostros, quæ non conuertimus usus?
 Quin etiam & tygres homini & parère leones
 Longa dies docuit, natæq; in montibus urse,
 Informes errant placidè uacua atria circum.
 Stat bellator equus domini iam letus habenis
 Iam patiens, iam frena ferox spumantia mandens,
 Et furi, & latos præbet calcaribus armos.
 Stant & oues niuæ lanis, quæ uestibus aptæ
 Murice suaue rubent, uiridi infectæq; colore,
 Graminaq; atq; ipsos certent superare smaragdos.

Ipse etiam pastæ referunt discenta capelle
 Vbera lacte domum, linguens & bucula lucos,
 Ad mulctram uenit, & sera ad præsepia nocte.
 Aspice ut indomiti quondam, nunc sponte iuuenti
 Plaustra ferât, & toruus humum pulsat pede taurus,
 Attamen inflexo mox sese accingit aratro.
 Vis & naturæ partes, & magna parentis
 Munera, & ingentes terræ meminisse labores?
 Hæc olus egregium, betamq; , apiumq; , papauerq; ,
 Intybaq; , & uirides cauleis producit in annum.
 Hæc tibi lactucis, herbisq; salubribus hortos
 Esse iubet letos, longoq; cucurbita collo,
 Tortilis & cucumis semper sua munera apud te.
 Non ego serpilli, aut mentæ, & bene olentis anethi
 Delicias taceam, aut calthæ florentis honorem.
 Non ego pallentes uiolas, & mollis acanthi,
 Narcissive comam ignotam, indictamue relinquam.
 Quid referam aut farris segetes? aut ordea grandias?
 Aut milium, lentemq; , & amantem culta faselum?
 An uos præteream diuini munera ruris
 Arboreos foetus? quibus & conuiuia inimus,
 Felicesq; Deum coenas: quid cerea pruna,
 Quid nigra cõmemorẽ? neq; enim sapor omnib. idẽ,
 Non color est unus, non idem temporis usus,
 Vel quid mite pyrum, aut cana lauugine malum,
 Illorumq; genus uarium, aut sileam Luculle
 Poma tua, aut patrios referentia nomine Persas?
 Non ego castaneasq; , nuces, oleamq; Mimerue

Inuentum, dulceq; uuas tua munera Bacche,
 Transcam, & acrij mellis cœlestia dona.
 Non mihi si linguæ tot sint, quot Dædala tellus
 Submittit flores, & quot poma educat annus,
 Illorum & genera, & percurrere nomina possim.

Fab. lib. 2. Ang. 5.

Nostros in usus efferunt
 Metalla terræ uiscera,
 Frumenta tellus, sidera
 Cœlum, natantes æquora.
 Benignus ista singulis
 Dat annuatim conditor,
 Eademq; dispensat sua,
 Augetq; Christus dextera.

Idem lib. 3. Ang. 4.

Tellus, agri, aura, flumina,
 Sunt seruituti obnoxia,
 Et totus in usus tuos
 Mundi politus ambitus.

Idem lib. 2. Milit

Quicquid alit cœlum, quicquid uehit æquoris unda,
 Obsequijs cœtus seruit id omne pij.

Diabolus hostis hominis.

Sib. Aeol. lib. 1.

Assiduè miseros hostis dum more leonis
 Circuit, heu qua non parte timendus adest,
 Vt iunctum possit tecum confundere fœdus,
 In Stygia & captas addere uincula manus.

Scilicet

LIBER IX.

658

Scilicet ex illo rapido ceu fulmine cælo,
 Tartareas cecidit pulsus ad usq; lacus.
 Exercens immane odium, te dante salutem
 Aeternam, positos nos dolet ante sibi.

Fab. lib. 1. Ang. 8.

Certamen haud effabile
 Nobis, nec ullis uiribus
 Est finiendum, spiritus
 Contra furentes aeris:
 Non uulnerantur ensibus,
 Nullis sagittis concidunt,
 Nec ociosi luce sunt,
 Nec nocte somnos nouerunt,
 Durante fiunt asperi
 Semper magis certamine,
 Quotidie flagrant noua
 Ira, nec illorum capit
 Furor modum. Sunt omnibus
 Aequè molesti, perfurunt
 Die, tenebris territant.
 Vinctas tenent nostras manus,
 Et lubrici cor occupant
 Cum carne, cum mundo sua
 Habent uasfri commercia.
 Heu me angelorum protinus
 Vultus decoros induunt,
 Et uerba mellis, toxico
 Liquente fundunt illita.

Non

SENTENTIARVM

Non corpus est, non tuta mens
Vesano ab hoste & subdolo.

Idem lib. 2. Ang. 8.

Non sic ouilibus lupus,
Canine hyena, non feris
Libyſſis ursa cæteris:
Nobis ut hostis imminet,
Immanis ille, uipera
Tortus iubata zabolus.
Subuersor humani boni
Et mitis innocentie.
Nec ille parcit matribus
Fœtis, tenelloue agmini.
Manu Pharoneæ necat
Stirpem uirentem Ecclesiæ,
Ferroq; mactat lacteum
Herodis infantum gregem.

Idem lib. 2. Ang. 5.

Non hostis autem desinit
Calumniator, in dies
Contra Deum, contra angelos
Infanda, acerba proloqui,
Seseq; miscens coetui
Cœlestium, inculsat pios
Incurioso crimine,
Et improbis mendacijs.

Idem 1. Oda 14.

Aeternis odijs omnibus additus

Nomen

Nomen siderei qui patris inuocant,
Christum quiq; pudica
Natum uirgine prædicant.

Getulus ueluti circumiens leo,
Aut foeta Armenijs ut fera montibus,
Raptor cui sobolem ultra
Hircanum mare uixerit.

Heu quanta trepidum scuitia gregem
Insestat, medijs funera tristia
Campus horridus edens
Vdis sanguine rictibus.

Phil. lib. 1. Epigr.

Impijs ardens odijs & ira
Nam tuis castris Draco semper infert
Bella, qui primus scelus, atq; mortem
Intulit orbi.

Hic domos, urbes, tua templa, gentes,
Et tuæ legis monumenta tota
Et bonos mores abolere tentat
Funditus omnes.

Fab. lib. 3. Oda 18.

Primi parentis proditor
Simplicusq; foeminae,
Verbiq; quod præceperat
Falsus interpret Dei.
Noctis, diei squamiger
Non quiescit tempore
Præceptis in æternam ut necem

Trudat

SENTENTIARVM

Trudat humanum genus:
 Aestu timendus deuius, &
 Tortuosis fraudibus,
 Factisq; nomen congruum
 Nactus à calumnia.

Ibidem 18.

Infensus illis maxime
 Recta quos sententia,
 Et nota uirtus extulit
 Publicis honoribus.
 Qui cuncta, sicut nauitæ
 Signa turbinum notant.

Idem lib. 4. Hym.

Ne cæca tendat retia,
 Ne perdat incautos, ueta,
 Communis hostis omnium
 Nomen Dei fatentium.

Siccis cruentus faucibus
 Qui quærit, ut leo ferus,
 Quem captet, & crudelibus
 Demergat umbris Tartari.

Idem lib. 1. Piet.

Instat ei uarijs hostis teterrimus armis,
 Exitium ante oculos monstrans, Erebiq; tremorent,
 Cuius nulla quies oculis, nulla ocia factis,
 Ut fraude incautos euertat, clade nocentes.

Ibidem.

Discite quot pedicas humani nominis hostis

Ponat,

Ponat, gregiq; quàm sit infensus Dei:
 In primis pueris, quos si non angelus alio
 Custos pedo seruaret, omnes perderet.
 Quos si non superi defenderet alitis aura,
 Omnes dolosis falleret mendacijs.

Ibidem.

Sed non & rigidi uis dura quiescit Auerni,
 Nec patitur somnos peruigil ille draco:
 Pugnat in humanam qui summa fraude salutem,
 Quiq; struit uarijs mille pericla modis.

Idem lib. Prec.

Instat & infestis hostis teterrimus armis,
 Cui sine diuina nemo resistit ope.

Stig. lib. 1. Prec.

Ecce cateruatim nos undiq; & undiq; tentat
 Insidijs coluber, primum non passus Adamum
 Conditione frui, quam te donante tenebat.
 Quos non ille dolos, quas non excogitat artes?
 Vt genus humanum tenebris inuoluat, & omnem
 Excipiat lucem miseris, & numina uerbi,
 Noticiamq; tui, quæ non incendia miscet?
 Quas scelerum causas non inuenit? ille rapinas,
 Ille mouet lites, pestes, homicidia, morbos.
 Vt lupus esuriens, uentris stimulante dolore
 Per nemora & saltus, per flumina, iugera, rupes,
 Seuus abit, ponitq; uago uestigia lustris,
 Donec oues tandem pleno deprendit ouili.
 Tum furor exacuit dentes, & duplicat iram,

Irruit

irruit in numerum grassator, & omnia turbat.
 Sic, si immane licet paruo componere monstrum,
 Spiritus immundus mille ingeniosus ad artes,
 Mille opifex fraudū, scelerumq; magister & autor,
 In nos grassatur, tua qui mandata professi,
 Te colimus natumq; tuum, numenq; fatemur,
 In prædamq; inhiat, uoluit caligine mentes,
 Seduciūq; homines, non hæc ad munera factos.

Ros. lib. 3. Christ.

Non alios consueti alij depellere manes
 Vno omnes animo iuncti, paribusq; nocendi
 Humano generi studijs, & uertere terras
 Coniurati omnes. Socia & collecta latronum est
 In syluis acies, ualeat per deuia si quos
 Excipere errantes, opibusq; extinguere raptis.
 Vna potestatem Stygiæ concordia gentis
 Continuit duram, que fas tot secula pressit
 Antiquum, toto exercens regna impia mundo,
 Compressitq; iugo terras. —

Fab. lib. Prec.

Audax ille leo, qui uictu semper hiante
 Ambulat, & querit quem laniare queat.
 Ille modò insidias, lapsantis more colubri
 Multiplici uobis omnibus arte parat.
 In primis teneris pedicas struit inuidus annis,
 Quos uidet arte rudes, mobilitate leues.
 Hunc rapit à studijs dementem, præpedit illum
 Desidia. O Siren improba desidia.

Pauperiem

Pauperiem assiduis minitatur, & ocia suadens
 Segnia, currentum sepe reflectat iter.
 Deinde uoluptatum quàm multos abstrahit usu,
 Ante suum possunt quàm bene nosse decus.
 Finem alijs studij, falsos obiectat honores,
 Instabiles alios quærere cogit opes.

Stig.

Indoluit mentis damnatus Apostata pœnis,
 Nunc quoq; sæua pijs qui mouet arma, satan:
 Utq; simul mendax, homicidaq; crimine gaudet,
 Insidias miseris qualibet arte struit.

Diabolus autor peccati.

Sib. Aeol.lib.ii.

Peccati caput est sathanas, & causa, dracone
 Hoc patre serpentes crimina uirus habent.
 Hic generis matrem decepit Adamida nostri,
 Pestiferoq; Dei uulnere lesit opus.
 Cum iussa illius manna aspernanda salutis,
 Et suasit uetita carpere poma manu.
 Illa quid infelix, nisi & ipsa infecta uenenis
 Ederet æternæ pignora nata neci.

Diabolus mendax.

Fab.lib.i. Ang.8.

Perdâre mendax, qui malus
 Interpres excelâi Dei,
 Illis amœnis hortulis
 Turbas Adamum credulum.

SENTENTIARVM

Ibidem. 16.

*Sed ipse solus inferis**Ne clauderetur uir culis,**Addictus orco, credulam**Pellexit arte uirginem:**Et perdit humanum genus,**Ipsi obsequens, spernens Deum.*

Idem lib. 3. Ang. 16.

*Quid non uenena demonis,**Lapsusq; possunt lubricis**Cum tortuosis implicat**Humana corda nexibus,**Cum per mæandros in sinum**Sese latenter inserit.**Forma puellæ Dauidem,**Nitore ludam argenteo**Illectat, & mendacijs**Non pauciores decipit.**Se doctus omnibus modis**Vultus in omnes uerteres**Non sunt polo tot sidera,**Non Indiæ tot pulueres,**Quot ille fraudes, quot dolos**Versat maligno crimine.**Diabolus uersipellis &**πολύμωρος.*

Fab. lib. 1. Ang. 12.

LIBER IX.

563

Sed anguis ille perfidus,
 Ferox, superbus, omnibus
 Coli modis se postulat:
 Nunc ære, nunc auro nitens,
 Ligno dolatus, aut luto,
 Aut ductus argilla humida:
 Homo modo, mox bellua,
 Modò senex, modò puer,
 Barbatus atq; leuis est:
 Vacca quoq; & rictu canis
 Caudaq; turpis simiæ.
 Iam loripes, iam centiceps,
 Iam cornua hirci, iam capræ
 Habet pedes, & auribus
 Orbatus est & lumine.
 Delubra syluis, uallibus
 Saxis, & undis possidet.
 Tecta, fenestris, limini,
 Lustris, cloacis præsidet
 Sub terra, in aere inuenit
 Doctos & inter & rudes,
 Sese colentum examina.
 Diabolus calumniator.

Fab. lib. 1. Ang. 16.

Io triumphæ, mens sona
 Io triumphæ, uictus est
 Calumniator inuidus,
 Nostræ salutis proditor.

O 2 Draco

Draco ille pertinacibus
 Turbatus est cum copijs
 A' Michaele, & in solum
 Præceps ab astris decidit.

Diuitis officium.

Fab. lib. 1. Milit.

Namq; patres coetus omnes decet esse fidelis,
 Quis aliquas rerum tradidit autor opes.

DIVITIÆ.

Sib. Psal. 49.

Et sibi promittat longissima secula diues
 Nec cernat cæcæ limina nigra domus.
 Occidit & sapiens, ut nil hunc inter & illum
 Sit, si non recta rem ratione putes.
 Nil stulto reliquum letum facit, omnia tollet,
 Et quas congeßit diripit alter opes.
 Ille quidem æternosq; lares, famamq; perennem,
 Cum longa spondet prosperitate sibi.
 Quinetiam terris de se cognomina ponit,
 Ne quando celebris non sit in ora uirum:
 Sed nihil est, ibit sub terras flebilis umbra,
 Bestia quam sortis nec melioris erit.

Eob. Psal. 49.

Complures etiam si uiuere detur in annos,
 Nec uideat uiuo facta sepulchra sibi.
 Interitu pereunt sapiens & stultus eodem.
 Nec refert posito funere præstet uter.

Omnia

Omnia at ista manus rapiunt heredis auaræ,

Quæ bona uiuentes constituere sibi.

Nec quicquam referent secum, sed cuncta relinquēt,

Atq; inopes Stygij principis aura petent.

Stent licet immenso fundata palatia cultu,

Ducturæ finem non uideantur opes.

Magnificas habitent adeò, & magna relinquunt

Nomina, posteritas quæ meminisse queat.

At non mortales hac in ditione manebunt,

Sed simili brutis conditione cadent.

Sib. ibidem.

Ne moueâre, auro si cui domus alta renidet,

Argenti si quis pondera diues habet.

Non ullas portabit opes trans lucida stagna,

Gloria non atros traicit ampla lacus.

Dum uiuit lautus, fortunatusq; putatur,

Illius esse cupit, uirq; puerq; loco.

Cuius ad exemplum si tu quoq; plura parâris,

Vnde queas letos continuare dies.

Tum uerò haud animi fluitante errore uagatus

Dicêris rectè consuluisse tibi.

At quis finis erit? tenebrosa in tartara missus,

Augebis numerum, qui periêre, patrum.

Eob. ibidem.

Ne mireris ope, si quem cumulasse uidebis,

Cui uelut ex pleno gloria fonte fluat.

Nam secum moriens nil auferet, aere: cassum,

Gloria tantarum nulla sequetur eum.

Huius enim tantum uitæ quæſita uoluptas,

Ipfius eſt animo grata & amica quies.

Tu quoq; ſi requie tete oblectaueris iſta,

Hoc iſti fatuo nomine gratia eris.

Scilicet ipſius ut patrum malefacta ſequaris,

In quibus eſt uerum luminis eſſe nihil.

Sib. Pſal. 62.

Quod ſi larga beat uos plena copia cornu,

Ne uobis, ne ſint numinis inſtar opes.

Eob. Pſal. 62.

Si fluxu rerum uos copia diues inundet,

Diuitias prono parcite corde ſequi.

Eob. Eccl.

Diuitiæ nam ſæpe uiri, qui condidit illas

Seruatiæ in proprium damna tulere caput.

Dilapſæ dominos miſerè afflixere, quòd hæres

illi ſuccedens auferat inde nihil.

Sicut enim progreſſæ ſuæ ſunt matris ab aluo,

Sic ortus repetent corpora nuda ſuos.

Et nihil horum alicui ſecum hinc auferre licebit,

Plurima quæ propter ſæpe moleſta tulit.

Fab. lib. 1. Oda 8.

Nam beare neminem

Opes, amici, ſceptra, honorq; poſſunt,

Vna ſed ſaltus, Deo

Placere, nec periculo, minisq;

Territum recedere

A' ueritatis & ſalutis arce.

Idem

LIBER IX.

567

Idem 2. Oda 11.

Quid prodest graue Lydij
 Auri pondus, & arua si
 Proscindant Calabri boues?
 Quid si Gadibus Africa
 Adiungatur, odoraq;
 Stillent arbore balsama?
 Linquenda ista nepotibus
 Ingratis, neq; conferunt
 Ad uitæ requiem: neq;
 Mortis tela refringere,
 Aut saxum tumuli ualent.

Idem lib. 1. Milit.

Diuitias autem qui damno congerit amplas,
 Dissipat is, quas se condere credit opes.

Idem lib. 2. Milit.

Heu quàm difficile est, opibus non tradere mores,
 Atq; animum in letis rebus habere piùm.

Ibidem.

Diuitias si quis in terris congerat omnes,
 Ira sit excelsi cui metuenda patris.
 Inter opes heu uiuit inops, nec mente quieta
 Leticiam è partis hauriet ille bonis.

Idem Viñt. cœl.

Difficile est, auro commisso ritè præesse,
 Diuitijsq; auidas abstinuisse manus.
 Sed grauius multo, cum magnos queris honores,
 Iusticiam & sanctam non temerare fidem.

Fab. in Epith.

Nil regna Cyri, nil Mide
 Montes, gregesue Tantali,
 Habere presentem Deum,
 Dei fauentes angelos,
 Vincit potentum copias,
 Domum Neronis auream.

Micyl. lib. 4. Syl.

O' miseros homines, quid plena conditus arca
 Thesaurus iuuat, et multo congestus aceruo?
 Non hic usus opum, sed qui sapientius illis
 Vtitur, has genio partes, has sumet amicis:
 Multaq; cognatis faciet bene, multa poetis.
 Atq; hominum reliquis, quorum res poscet et usus,
 In primis superum donis uenerabitur aras,
 Hospitioq; lubens acceperit urbis egentem
 Et patriæ, atq; iterum placide dimittet euntem,
 Cum uolet, acceptum lauto sermone, ciboq;

Diuites impij pereunt.

Sib. Psal. 49.

Quid moror? à uera quisquis pietate remotus,
 Insanus nummos numinis instar amat.
 Ille sit in precio, fortunatissimus ille
 Sit, rationis egens, ut fera morte cadet.

Eob. Psal. 49

Quisquis laude fuit prestans et honoribus auctus,
 Dona nec apposita talia mente tulit

Persi-

*Persimilis pecori est, & egenti pectore bruto,
Quæ manus exitio mortis auara dedit.*

Dies omnia reuelat.

Vida. lib. 4. Chr.

Nil adeò latet, ipsa dies quin detegat ultrò.

Fab. lib. 2. Milit.

*In tenebris quicquid contempto numine peccas,
Flebilis in clarum proferet hora diem.*

ECCLESIA DEI.

Sib. Psal. 46.

*Vrbs penetrale Dei, quam propter riuulus undam,
Fœlicem æthereo nectare plenus agit.*

*Mœnibus, & uallo celsa eductisq; sub astra,
Turribus æternum non capienda manet.*

*Nam colit hanc cum qui magni regit orbis habenas,
Protegat inuictæ præsidioq; manus.*

*Hostis an ullius sit tanta potentia, possit
Vexare inuito quæ sacra tecta Deo?*

Eob. Psal. 46.

*Qui iusto ueniunt modici de flumine riui,
Sacra Deo dulci mœnia rore leuant.*

*Flumina lætificant habitacula sacra tonanti,
In quibus ipse sedens interiora tenet.*

*Viribus idcirco non deturbabitur ullis,
Nam Deus ipsius manè tuetur opes.*

Sib. Psal. 48.

Vrbs fœlix positu, regio pulcherrima cœli

Quam rex, est quo non maior in orbe, colit;
 Proq; illa pugnans inuicto numine, nullo
 Tempore non presens in statione manet.

Eob. Psal. 48.

Pulchra situ regio, rupes per amœna Sionis,
 Illa decus terræ totius esse potest.

Cuius Parrhasiæ quod sidera prospicit ursæ
 Sacra, latus, magni mœnia regis habet.

Cuius in eximijs notus Deus ædibus aulæ,
 Tecta salutifera protegit ista manu.

Sib. Psal. 68.

Hinc sacra quo posita urbs, se uertice tollit opimo,
 Condit & ipsa inter mons caput astra Dei.

Hunc sibi quin reliqui posito inuida turba tumore
 Plaudite, si montes si quis ouate pudor.

Hunc sibi delegit rerum moderator & autor,
 Quem coluit, colit, & tempus in omne colet.

Illius hic currus, hic millia multa rotarum,
 Iamq; Sionæis aureus instar equis.

Eob. Psal. 68.

Mons Domini multa rerum ubertate redundans,
 Altus, & eximia fertilitate potens.

Vestra quid erigitis præcelsi culmina montes,
 Ante alios ipsi mons placet iste Deo.

Hoc in monte domum sibi legit, ut esset in illa
 Perpetuò, nec enim desinit esse Deus.

Quis Deus inuehitur quot nam sint in illis currus?
 Aut quot miriades, quis numerare queat?

Sib.

LIBER IX.

171

Sib. Psal. 74.

Ne prodas charæ uitam tibi turturis, ex te

Quæ pendet solo non aliunde, feris.

Eob. Psal. 74.

Ne dederis lanienda feris tua uiscera, ne uic

Bestia consumat turturis ossa tuæ.

Sib. Psal. 78.

—— Solyma legit in arce locum.

Atria quæ coleret cunctos mansura per annos,

Rite Sionæa rupe dicata sibi.

Eob. Psal. 78.

At genus Israeligenæ sibi legit Iudæ,

Et iuga quæ summi celsa Sionis amat.

Illic extruxit uelut alta palatia, quorum

Tempore perpetuo tecta superba colat.

Sib. Psal. 80.

Trans quondam hostili uitem regione tulisti,

Quam septem gemina Nilus inundat aqua.

Gentibus hanc pingui positam Cananæa coactis,

Migrare excepit molliter ora sinu.

Et iam letifica pubescens stirpe, replebat

Palmitibus colles, planiciesq; suis.

Acreis Libani cedris procerior, umbra

Et tumidos montes, & iuga summa tegens.

Multiplici errabat lapsu, quaq; alluit æquor

Euphrates, pingues quaq; agit altius aquas.

Eob. Psal. 80.

Quæ tibi ab Aegypto translata est diuite uitis,

Et tibi

Et tibi quæ quondam tempore chara fuit.
 Hunc tu deiectis plantasti gentibus, illi
 Fecisti in placidis sedibus esse locum.
 Hunc tu latiuagis radicibus extendisti,
 Quæq; sata est nix hanc iam sua terra capit.
 Illius excelsi montes uelantur ab umbra,
 Contegit ingentes palmitis aura cedros.
 Illius extensus pertingit ad æquora palmes,
 Qua uidet Herculeum Sidonis unda Tyrum.
 Malleoli rapidas fluuij extenduntur ad undas,
 Quem nunc Euphrateri proxima turba uocat.
 Sib. Psal. 84.

O' optanda Deo sacri penetralia templi,
 Sedis & armipotens dulcia tecta tuæ.
 Eob. Psal. 84.

Quàm iucunda tui mihi sunt habitacula templi,
 O' Deus armorum, militiæq; potens.
 Sib. Ibidem.

Atria luce sacri præstat coluisse palati,
 Vna alibi sex quàm centum habitare dies.
 Ante sedere fores, & malo ianitor esse,
 Sunt ubi delubri tecta beata tui:
 Quàm sultas parijs aulas tenuisse columnis,
 Præcipuumq; malos inter habere locum.
 Eob. ibidem.

Suauior una dies tua templa beata colenti,
 Quàm fuerint alibi te sine mille dies.
 Esse tui malim custos ad limina templi,

Quàm

Quam colere auratis tecta superba tholis.

Eob. ibidem.

Vrbs imposta iugis, saxo fundata perenni,
 Stat sancta aspectat qua super arua Sion.
 Hanc Deus, ille Deus mundum qui temperat omnē,
 Et quod erat nullo desinit esse die.
 Ante alias ortæ sacræe diligit unam,
 Isaidum reliquis posthabitisq; colit.

Eob. Psal. 87.

Tecta Sionæ Dominus probat inclyta rupis,
 Plus quam cuncta tribus magne Iacobe iuæ.
 Ipsa etenim sanctis fundata in montibus, omnem
 Gentis ab excelsa despicit arce locum.

Sib. Psal. 132.

Namq; Sion æas terris magis omnibus, oras
 Sedem ubi delegi, me coluisse iuuat.
 Hic ero, se mea uox ista iactabit in arce,
 Hic pandam iustis hospita tecta uiris.
 Hinc dabo, tondatur maturos annua partus
 Quæ soluet multa semina terra fide.
 Non malesuada fames, non hic habitabit egestas,
 Sedibus effugiet noxa repulsa pijs.
 Veste sacerdotes fulgebunt pacis amicti,
 Sanctorumq; colent gaudia pura domos.

Eob. Psal. 132.

Nam Deus elegit sacræe loca culta Sionis,
 Et cupit has sedem figere in arce sibi.
 Hic requiem mihi constitui sine fine futuram,

Quam

Quam col rem, placuit nec magis ulla domus.
 Hic mihi dote locus ditabitur ubere rerum,
 Hic uelut annonæ diuitis unda fluit.
 Hic ego si qua fames miseros urgebit egentes
 Sufficiam dextra liberiore cibos.
 Iusticia faciam claros, hic sacra ferentes
 Læticiæ, hic sanctis copia diues erit.
 Sib. lib. 1. Proseuch.

Templâ ubi pollicuus populi te, rebus in arctis,
 Exauditurum uota precesq; tui.
 Hostis & infestis siue in nos irruat armis,
 Siue agrotâ necet tabida membra lues:
 Seu teneræ primis segetes moriantur in herbis,
 Semina nec iusto fœnore reddat ager
 Deniq; nos quodcunq; malum, quæcunq; fatigans
 Aspera sors miseros, difficilisq; premat.
 Te fore propitium, nec, tristia damna leuando,
 Passurum indigna clade perire tuos.

Idem lib. 2.

Templâ Deus, nostri tibi quo mandante parentes
 Istâ Sionæo constituere iugo.
 In quibus & nomen celebretur, & inclytâ famæ
 Quæ tua magnifica gloria laude uiget.
 In quibus accipias nostros miserate labores,
 Sollicito mœsti quas damus ore preces.

Flam. Psal. 132.

— Sionis arcem præfero cunctis locis.

Hic ego longa libenti animo per secula degam,

Hic

Hic supplicantium preces ego ciuium
 Audiam, & optanti mea sancta oracula pandam,
 Florebit agris fructuum letissima
 Omnigenum ubertas, atq; hinc procul omne fugata
 Per æuum egestas exulabit horrida.
 Casta sacerdotes ornabit uita, colentq;
 Domos piorum pura semper gaudia.

Fab. lib. 3. Oda 7.

Splendeant trabibus Libani, Africaeq; columnis,
 Attaliq; opibus tecta alta, & Achemenis auro:
 Sit solum Phrygio de marmore, Callaicoq;
 Stent partes solidæ ferro, chalybumq; rigore,
 Quæ stupent leuibus mortalia lumina causis.
 At mihi tua Christe domus paupercula, nuda
 Veritate nitens, fucosq; carente pudore.
 Cuius ardua habet pietas, & iuncta sorori
 Iusticia, & fidei locamine nititur inum.
 Vastas mole trabes uidetur uincere regum.
 Hac enim sonat usq; tui uox inelyta uerbi,
 Nominiq; tuo laudes canuntur, & hymni.
 Impetramus ea pacem, serenaq; cœli,
 Et solo pluuias, & mites æquore uentos,

Idem Viçt. cœl.

Cœlicolis quoq; nunc ecclesia tuta ministris,
 Nudatos enses in sua colla fugit,
 Interitumq; uidet multorum leta malorum,
 Atq; inter spinas, ut rosa uerna, uiget.
 Nec secus ac circa frondosam surgit Idumen,

Et con-

Et contra impositum palma repugnat onus.
 Sic quoq; pressa malis, se celsas tollit in auras,
 Et fit sub magno pondere clara magis.
 Cui quamuis hominum truculenta potentia pugnat,
 Opprimit & uarijs membra pusilla modis:
 Angelicis adiuta tamen, defensaq; signis,
 Contra hostes statuit pulchra trophæa suos.

Stig. in Ioele propheta.

Integra tunc Solymis accedet gloria templis,
 Et cœlo cognatus honor, iam læta triumpho,
 Sancta fide, afflatu diuini sancta fauoris,
 Electos animis iunget communio ciues,
 Præstabitq; Deo uerum cultumq; timoremq;
 Edocta in terris consortia uiuere cœli.

Ibidem.

Ipsæ Sion: æa sedem sibi legit in arce
 Rex Deus omnipotens, rerum dominator & autor
 Hanc colit: hanc habitat, nusquã auersatus, & omni
 Parte fouet præsens, omniq; tuebitur æuo.

Idem lib. 1. Prec.

Perge tuum latè populis extendere regnum,
 In quo non strepitus pomposæ splendidus aule,
 Non aurum, non arma sonant, non quicquid inerti
 Blanditur mundo, fucosq; arridet inani:
 Sed colit unanimis regem concordia Christum,
 Propagataq; pios simplex ecclesia cultus,
 Angelicis adiuta choris. —

Idem

Idem Psal. 68.

Sicut ex uberibus ualidus mons confitus aruis,
 Immotam uentis sustinet ictus humum:
 Sic inuicta ferens dulces Ecclesia fructus,
 Hostiles surda negligit aure minas.
 Illa Dei mons est, quem nulla exciderit ætas,
 In quo perpetuo tempore uernat humus.
 Turba quid hunc reliqui contemnit inuida montes?
 Hæc est magnanimi regia celsa Dei.
 Hanc Deus elegit, semperque habitabit in illa,
 Nec sedes placido gratior ulla Deo est.

Micyl. lib. 5. Syl.

Aspice quæ claræ cælo caput extulit urbem,
 Quæ gaudet Solympi nomine sancta ducis.
 Quam bene munita est, quali circumdata muro,
 Tutaque quam multo moenia colle gerit.
 Hanc Dominus placidi tutatur numine uultus,
 Et populum patria protegit ipse manu.

Ecclesiæ hostes.

Sib. Psal. 74:

Qui ueneranda tui temerat penetralia templi,
 Inque aditis dira uoce superbus ouat.
 Signa tuis statuit, pro signis barbara sacro
 Victor suspendit dira trophæa tholo.
 Qui nemus ut piceis ex frondibus ilicis atrum,
 Non una euertit rustica turba manu.
 Ornamenta tuæ, tabulas, laquearia, postes,

P

Deiicit

Deijcit augustæ despicienda domus.
 Barbaricisq; nefas, admotis ignibus urit
 Sacra, facit sancto, cunctaq; monstra loco.
 Et secum, cur cesso, super quæ perdere? uerbo
 Nec mora, cuncta cremat tecta dicata, tuo.

Eob. Psal. 74.

Cuncta profanarunt magni sacraria templi,
 Rugiit ante aras impia turba tuas.
 Constituere tuas uictricia signa per urbes,
 Altaq; sacrilega, raptâ trophæa manu.
 Non secus ac densæ cædentes robora syluæ
 Frondea ligniseca brachia falce metunt.
 Illi sculpturas omnes, tabulataq; ferro
 Deijciunt sacræ tam preciosa domus.
 Sacra tua absumunt uictricibus omnia flammis,
 Limina conspurcant nominis alta tui.
 Constituere animo secura semel omnia raptim
 Perdere, & in prædam uertere nostra suam.
 Hi cunctas rapidis consumunt ignibus urbes,
 In quibus officijs sunt loca sacra tuis.

Sib. Psal. 79.

Irruit in terras propria tibi sorte dicatas,
 O' Deus hostilis, gens scelerata manus.
 Augusti uotis delubra fauentia templi,
 Polluit obscœnis, non temeranda sacris.
 Funestas Solymis iniecit mœnibus ignes,
 Factus & est murus qui fuit antè solum.
 Stant, quibus obiecit, nigræ super ossa uolucres,

Et

Et lacerant auidi uiscera sancta lupi.

Arua cruore natant, inhumataq; infletaq; campis,

Quæ ponit tumulis corpora nemo, iacent.

Impia lætatur nostris uicinia damnis,

In nos exultat quisquis & ista uidet.

Eob. Psal. 79.

In tua uenerunt externæ munera gentes,

Templa prophanantes nominis alta tui;

Gens fera paciferae turbatrix nata quieti,

In tua sacrilego milite iura ruit.

Diruit excisas deiectis moenibus urbes,

Structa prius, cumuli diruta saxa iacent.

Cœliuagas uolucres proiecta cadauera pascunt;

Corpora quæ sanctis fida fuere tuis.

Dentibus omnigenum laniantur membra ferarum;

Quæ fuerant populi pars quota uiua tui.

Innocuo uacuas implerunt sanguine fossas,

Quæ sita sunt urbis moenia sancta tua.

Sicut aqua fuso fluxerunt sanguine riui,

Putris adhuc multa cæde madescit humus.

Fœda per ingentes iacuerunt funera campos,

Exanimis nemo qui sepeliret, erat.

Finitimæ rident gentes mala nostra, nec ullo

Tempore non leti uulnera nostra uident.

Vicinis ignominia sumus undiq; nostris,

Et leuibus facti fabula digna iocis.

Sib. Psal. 80.

Atq; nunc (ô miseram uitam) munimine sepi

Destructo, cui non diripienda patet?
Eruit, & rostro syluis egressus, honorem
Illius, & fœdè depopulatur aper.

Quid reliquæ, numero est quas non cōprehendere, pe
Vuarum, quæ dat quantaq; damna feræ? (Ite)

Eob. Psal. 80.

Cur igitur ualidam potuisti excidere sepem
Illius, & nudam prostituisse feris?

Nam malè uastata est à prætereuntibus ipsa
Omnibus, ut prædæ cuiq; relicta fuit.

Illius est populatus ager syluestris honorem,
Hanc fera depasta est totius omnis agri.

Sib. Prof. lib. 1.

Quid delubra tui temerat sanctissima templi,

Sacraq; non iusso barbara more facit.

Impia quid turpi iactat conuicia lingua,

Aras sacrilegas rugit & ante tuas?

Ante tuas aras, ubi dira furore superbo

Pro signis posuit signa locata tuis?

Ornamenta tuæ, tabulas laquearia postes

Deiicit augustæ conspicienda domus?

Barbaricisq; (nefas) admotis ignibus ipsa

Sacra aditis urit non temeranda suis.

Idem lib. 2. Prof.

Barbarus innumero uastauit milite nostrum,

Et ferro & flammis depopulatus humum.

Tecta, quibus precibus facili bonus annuis aure,

Polluit impuris non temeranda sacris.

In cinc-

In cineres uertit celsis cum incenibus urbes,
Factus & est murus qui fuit antè solum.

Fab. lib. 1. Ang. 7.

Cum gente qui pugnat Dei,
Cœli repugnat principi.

EVANGELIUM.

Fab. lib. Vict. cœl.

Sic igitur iunctis, est præstò numinis aura,
Quæ captæ soluit uincula seua manus.
Quæq; Euangelij fundit sitientibus undam,
Mentibus unde ægris gratia larga fluit.
Ipse Dei natus, dum legi subditur, omne
Excutit effuso sanguine Christus onus.
Solamen, requies, uictoria, gratia, uita,
Reddita, iamq; sumus libera turba Deo.

Euangelistæ.

Fab. lib. 5. Hym.

Ortum, actiones, & necem
Christi sonant, & posteris
Eius triumphum & gloriam
Euangelistæ nunciant.

Exul.

Phil. lib. 3. Epigr.

Nam miserum est patria amissa laribusq; uagari,
Mendicum & timida uoce rogare cibos.

Cum natisq; errare suis, & coniuge mœsta,
 Et cum matre pia, cumq; parente sene.
 Omnibus inuisus quoscunq; accesserit exul,
 Semper erit, semper spretus, egensq; iacet.
 Nullus honos generi est, et perditæ gratiæ formæ est,
 Cunctaq; tabescunt membra dolore graui.
 Curat nemo uagos, & ledere nemo ueretur,
 Non exul curæ dicitur esse Deo.

Exercitatio.

Fab. lib. 1. Piet.

Quòd si non crebro puteus purgatur ab haustu,
 Aquæ putrescunt, æra splendescunt minus.
 Usurpata minus: pariter quoq; nostra frequenti
 Exercitatione mens fit acrior.

Exitus rerum.

Sib. Psal. 73.

Cursus ab euentu, uitæ ratioq; notanda est,
 Exitus & tandem scilicet acta probat.

Exigua bene parta profunt.

Sib. Psal. 37.

Plus quàm diuitiæ ingentes, fructusq; malorum
 Pauca bonus teneas quæ bene parta iuuant.

Eob. Psal. 37.

Vnius angusta est melior possessio iusti,
 Quàm sunt diuitiæ quæ malus omnis habet.

Felix cui Deus peccata remittit.

Sib. Psal. 37.

O' nimium felix peccati fasce leuatus,
 Dissimulat cuius crimina tecta Deus.
 Felix cui fraudi non sunt sua facta, quod ausis
 Præterdit nunquam, splendida uerba suis.

Eob. Psal. 32.

Felix cui peccata Deus patrata remisit,
 Cuius ut in uolucro crimina tecta latent.
 Felix cui Dominus uicium non imputat ullum,
 Cuius aperta nihil pectora fraudis habent.

Sib. Aeol. lib. 1.

Ter quater ô felix, sua cui delicta remissa,
 Inducta ueluti condita nube latent.
 Felix qui Domino dum se peccasse fatetur,
 Eloquitur uitij dedecus ipse sui.

Fama bona.

Eob. Eccl.

Sunt optanda magis puræ bona nomina fame,
 Nobilis unguenti quàm preciosus odor.

Eob. Idyl. lib. 17.

—Facilis reparatio rerum

Famæ difficilis.—*Facundia.*

Phil. lib. 2. Epigr.

Et tegere & seruare bonos facundia debet,
Præsidium uirtus scilicet istud habet.

Forma non diuturna.

Fab. lib. Epit.

Sed nimis instabilis qui gemmis constat & auro,
Est decor, hic laudi est moribus esse bonis.

Ibidem.

Ipse pudor durat longis spectabilis annis
Diuitiæ fragiles, & breue forma bonum.

Idem Carm. lib.

Vt flatus auræ mobilis,

Vna ter hora uertitur:

Sic corporum fallacius

Nil gratia est mortalium.

Vt prato in herbido rosæ

Fugax amœnæ candor est:

Sic aureum formæ decus,

Morbo uel annis deperit.

Idem lib. Epitaph.

Breuis uoluptas omnis est

Caduca forma, etas fugax.

Vt manè decerpta est rosa,

Quæ languet ante uesterum.

Scip. lib. 3.

Heu miserum fluxæ fallit quas gloria formæ,

Fœmineum genus. Augustæ fugientia uitæ,

Tempora, quid uultus pingendo absumitis, ipse

Quos

Quos opifex summus naturæ absoluit, & addi
 Posse opus ad tantum mortali creditis arte?
 Non ueram augebit speciem, nec detrahēt oris
 Infirmis uitium, effæti non auferet æui,
 Crispantisq; genas mendax uestigia fucus.
 Quin tenera ante diem rugis deformibus ora
 Ledet, & instantis properabit damna senectæ.

Micyl. lib. 2.

Forma bonū fragile est, nec longos durat in annos,
 Utq; rosæ spacio sic perit illa breui.

Formica laboriosa.

Fab. lib. Carm.

Formica parua industriæ,
 Exemplar haud ignobilis,
 Gaudere monstrat asperis
 Ipsum Deum laboribus.
 Terens frequentem semitam,
 Frumenti acruos extruit,
 Tenuia saxi imprimens
 Horrentibus uestigia.
 Per integros feruens dies,
 Vergere pertinax onus,
 Inuicta duris cedere
 Noctes serenas adiicit.
 At impedita ab imbribus
 Curat domi, uallum struit,
 Orasq; rodens sarpium,

Spem meſſis aufert noxiæ,
 Sibi laborans & ſuis.
 Parcens auara paruulis,
 Matrem bonam, atq; heram domus
 Vigili inſtruit ſolertia.

GLORIA ET VIRTVS.

Sib. lib. 2. Aeol.

Nam uenit ingenio quæ laus eſt ſola perennis,
 Carmine quaſitum ſtat ſine morte decus.

Sab. lib. 1. Eleg. 5.

Omnia nam toto quæcunq; ſub æthere mundus
 Continet, exigua ſunt peritura mora.

Legibus hæc atræ ſunt omnia ſubdita mortis,
 Sola ſed extremo gloria ſine caret.

Ibidem.

Carmina morte carent uatum.—

Gigas in Epic.

In cineres redijt corpus, deridet at urnam.
 Virtus extremo non moritura die.

Micyl. in Hodæp.

Ille tamen reſtant, multos quaſita per annos,
 Gloria & è ſtudijs fama parata bonis:
 Fama ea quæ Scythici contemnat frigora ponti,
 Nec metuat ſæui flammea tela Iouis.
 Cumq; ruant urbes, pereant immania regna,
 Longaq; conſumat moenia celfa dies.
 Ille tamen uiuit, quæ ſola atq; una ſuperſtes

Durat

Durat in aeternos non moritura dies.

Idem.

*Carminē mortales pariunt, nomenq; decusq;
Quod neq; mors aufert, nec saevi cymba Charontis,
Cum nudi ad caecas omnes descendimus undas,
Et manet heredi collecta pecunia uiuo.*

Stig.

*Est aliquid longos numerare ab origine fastos,
Est aliquid priscum posse referre genus:
Sola tamen generis commendat nomina uittas,
Qua sine nec quicquam nomen inane tumet.*

Idem lib. 1. Syl.

*Nam quid maius in hoc restat, quo uiuimus orbe,
Quidue aliud superis nos facit esse pares?
Gratia quam uatum & praeconia data sororum,
Concita quae uatum numine corda regunt.*

Ibidem.

*Vera hominis uirtus dos est, & amore colenda,
Quam neq; uis fati, nec Iouis ira domat.
Caetera fortunae uarijs stant obuia telis,
Aut etiam longo tempore uicta cadunt.*

Idem lib. 4.

*Nec te diuitiae, nec splendida tecta morentur,
Plus nummis uirtus omnibus una ualet.*

Gemmae suibus non proijciendae.

Fab. lib. 1. Piet.

*Non decet ante sues preciosas spargere gemmas,
Natorumq;*

Natorumq; canes non decet esse cibum.

Homo mortalis & caducus.

Sib. Pſal. 39.

—Fragilis genitor dat tempora uitæ
Cognoscam quàm sunt non diuturna meæ.
Fac discam, strepitum quàm non faciente uenire
Approperet passu funeris atra dies.
Instar habet palmæ nobis quod uiuitur ætas,
Sum nihil, est hominum funea imago genus.

Eob. Pſal. 39.

Da mihi nosse meæ quæ sint statæ tempora uitæ,
Et quando ultima sint facta futura mihi.
Colligere ut possim, quid in hoc mihi desit agentis
Corpore, quando illo deficiente cadam.
Ipse meos annos angusto sine coerces,
Mensuram hos palmi dixeris esse dies.
Hoc breue, te coram momenti est nullius, æuum,
Vix est quod totum uiuitur una dies.
Hei mihi, q̄ sunt uana hominum spes, uota, labores,
Quàm status est fallax, quàm nihil omnis homo.

Sib. ibidem.

Vita mihi breuis est, hic sum peregrinus & hospes,
Ut, quibus innumeris nos tenet ortus, aui.

Eob. ibidem.

Sim licet ante tuos peregrinus & aduena uultus,
Sicut erant qui me progenuere patres.

Sib. Pſal. 62.

Nil sunt, nil homines, possuntq; ualentq; superba,
Quos leuat cœlo gloria, quiq; iacent.

Si quis mortales, & lance imponat inane,
Illorum hoc grauius pondere pondus erit.

Eob. Psal. 62.

Vana est uita hominum, uane ludibria gentes,
Et nil quo ualeant utilitatis habent.

Si trutinæ dubio ponantur in orbe bilancis,
Tum genus hoc leuius, quàm nihil esset, erit.

Sib. Psal. 78.

Narrat enim fragili factos è cespite, carnem,
Quæ ueluti uentus non reditura fugit.

Eob. Psal. 78.

Nam memor accendit, quia sunt caro, sicut in auras
Ventus qui præter non rediturus eat.

Sib. Psal. 89.

Aspice quàm nostræ sint exquisissima uitæ
Tempora, quàm nihili sint hominesq; uide.

Eob. Psal. 89.

Sis memor humanæ quàm sit breuis orbita uitæ,
Quàm sint ætatis tempora parua meæ.

Eob. Eccl.

Qualis enim uanæ est umbræ fugientis imago,
Talis uita hominum præterit, errat, abit.

Sib. Psal. 90.

At nos primigeni scelus heu capitale parentis,
Bulla sumus miseri, puluis & umbra sumus.

Nascimur, & morimur, si te statuente, sepulchro

Conditur

Conditur hic, matris prodit at ille utero.
 Vnius instar habet lucis tibi tempora mille,
 Sidera sol peragens quæ duodena facit.
 Aut umbræ, rauco tuba quam discriminat ære,
 Qui sunt pro portis in statione, uiris.
 Non tam præcipiti uoluuntur in æquora cursu
 Flumina, non faciunt somnia uana fugam:
 Tam citò nec quæ se in flores manè induit herba,
 Demittit mouens falce resecta caput:
 Quàm uitæ subitò nostræ pede labitur ætas,
 Nec redeunt, quæ iam præteriére dies.
 Eob. Psal. 90.

Corpora qui perimis uiuentem obnoxia morti,
 Post alios nasci sicut & antè iubes.
 Mille tuæ si quis uitæ conferat annos,
 Vix erit hoc totum temporis una dies.
 Vix erit hesternæ quæ præterfluxerit horæ,
 Vix breue nocturni luminis instar erit.
 Ceu nimbo quassante rapis, prosternis & aufers,
 Et raptos tanquam somnia uana facis.
 Quàm subitò amittit solitum leuis herba uigorem,
 Tam subitò his mutat temporis ordo uices.
 Nam quæ manè uiget rosa lenibus acta pruinis,
 Arida uix primo uespere facta cadet.
 Sib. ibidem.

Bis septem lustris, uel summum uiuitur octo,
 Pars quorum labor est maxima, cura, dolor:
 Tam breuis & miser est humani terminus æui,

Tam

Tam fugiunt freno non remorante dies.

Eob. ibidem.

Viuitur humanos bis septem lustra per annos,

Vix rectè ut ualeas lustra bis octo feres.

Et quibus eximios quos uiuimus omne laborum,

Et genus, & miseri fata doloris habent.

Sib. Psal. 103.

Compositos fragilis nam puluere, somnia cunctos

Vmbrarum nouit nos nihil esse, luti.

Talis homo, qualis floret rosa, læsaq; uento,

Iam subito non est quo stetit ante loco.

Eob. Psal. 103.

Nouit enim uili quàm simus origine ducti,

Et nisi quòd simus puluis & umbra nihil.

Est homo persimilis fœno per prata uirenti,

Vt breuis in pingui quæ rosa floret agro.

Quam simul attigerint urentis flamma uenti,

Aret, & exiguo uicta calore iacet.

Sib. Psal. 109.

Pauper, egenus, inops, & sum miser, ipsa doloris,

Et sericæ mentis uis superata iacet.

Instar sum fumi quem sol & discutit umbra,

Exagitata uelut uita cicada fugit.

Eob. Psal. 109.

Exul enim iaceo, rerumq; affligor egenus,

Intimaq; infesto uulnere corda labant.

Vmbra uelut longæ sub tempora sera diei,

Sic infirma mei corporis umbra fugit.

Iactor,

Iactor, & incertis per deuia sedibus erro,
 Vt manet in nullo certa locusta loco.

Sib. Psal. 144.

Quid tamē est homo, quid rerum suprema potestas,
 Cui tantum curæ contigit esse tuæ.

Est homo per noctem uisi ludentis imago,
 Umbrae quod uiuit tempus & instar habet.

Eob. Psal. 144.

Cur tibi sit genitor mortalis homuncio tanti,
 Hunc ut agnoscens nonnihil esse putes?

Vita hominis nihilo similis, fugit ocyus umbra,
 Quæ uenit & minimo tempore tota perit.

Idem Eccl.

Omnes qui siquidem mortales carpimus auras,
 Semper ad interitum turba parata sumus.

Flam. Psal. 144.

Domine, quid est homo, quòd honore maximo
 Dignari illum, & tam benignè amplecteris?

Homo est imago uana, & umbrae somnium,
 Inanis ipsa inanitate inerior. —

Fab. lib. 2. Ang. 14.

Mors, uita, prorumpunt gradu

Iuncto simul: sed certius

Nil morte, uita incertius.

Eob. lib. 3. Hero.

Bulla palustris homo, uentus, flos, puluis & umbra;
 Incipit & cessat, nascitur & moritur.

Idem in Epic.

Nulli certus adest uita status, omnibus horis
Fimus & occidimus, nascimur & morimur.

Fab. lib. 1. Oda 4.

Quicquid latuago spirat in equore,
Aut quaecunq; tulit terra animalia,
Quicquid sol oculis aspicit igneis,
Nil infirmum homine est magis.

Qui dum cuncta Deus dat bona prepotens,
Venturi peragit temporis immemor
Acuum: sin medijs fortè leporibus
Surgit triste aliquid, iacet.

Idem lib. 2. Oda 11.

— Animus quoq;
Momentis putet omnibus
Quàm sit uita fugax, dies
Mortali ut nimum breues.

Phil. lib. 2. Epig.

Est fragilis natura hominum, sed reddere uita
Gaudia uult Christus non moritura pijs.

Fab. lib. 1. Milit.

Lex aeterna, nihil mortali semine nasci
Aeternum, fragilis massa lutumq; sumus.

Eob. in Epic.

Intereunt herbae, flores moriuntur adulti,
Sed redeunt uitam restituente Deo.
Nos rerum dominos, naturae opera optima matris,
Cum semel occidimus fata redire negant.

Præterea floret breue uer mutabilis æui,

Q Quod

Quod sumus hoc uitam dicere penè pudet.

Ibidem.

Namq; hæc non patria est nobis, quicunq; profecti,

Huc ex ætherea ducimur arce genus.

Hinc sumus, atq; istas post fata reuertimur oras,

Quicquid in his tenebris uiuimus exilium est.

Ibidem.

Tot, nisi uana ferunt, uiuaces secula cerui

Exuperant, cornix garrula tam fit anus.

Tam dedit angustos homini lex improba fines,

Naturæ ratio tam minus æqua fuit.

Fab. lib. 2. Milit.

Cumq; uiatoris sit nostra simillima uita,

Detur inoffenso carpere tuta pede.

Et breuis & miser est decursus totius æui,

Dulcibus & quæuis miscet amara dies.

Lotichius lib. 4. Eleg.

Infelix mortale genus, rationis egentes

Secula tot degunt per nemora alta feræ.

Vnicus Assyrijs qui uiuit odoribus ales,

Exuuijs iterum nascitur usq; suis.

Nos, rerum hæredes quos uult Deus esse suarum,

Tam fragili uitæ conditione sumus.

Damna nouis reparant agrestes floribus herbæ,

Aspera cum pulso frigore cessit hyems.

Tunc iterum uiolæ, tunc germina mille colorum,

Quæ prius immitis læserat aura, uirent:

At no-

At nobis dubij cum flos breuis occidit æui,
Ad superos duro clausa Adamante uia est.

Mycil.lib. 5. Syl.

Talis enim miseris restat mortalibus ætas,
Qualia uernanti gramina rure uirent.
Que modò cum primi florescunt tempore ueris,
Mollia multiplici prata colore micant:
Mox si fortè nocens exusserit arua pruina,
Aut premet arentes Sirius ignis agros:
Decidit omnis honos, & picti gloria campi,
Nescit & ipsa suum, quo stetit, herba locum.
Atq; aliquis digito morientia gramina carpens,
Quàm citò uis tantas abstulit inquit, opes.
Sic quoq; in humanis nihil est durabile rebus,
Currunt incerta tempora nostra fide.

*Homo omnium animantium
infirmisimus.*

Aonius lib. 2.

Nascitur infœlix homo, ubi fastidia menses
Longa tulere decem matri, uagitus & ingens
Primum exauditur, uitæ monumenta futuræ.
Nascitur infœlix, nec humo se tollere quicquam
Cetera uti fuerunt animantia: sedula nutrix
Vltis ne excipiat (miserumq; indignumq;) peribit.
Frigoris ille quidem haud patiens, in luminis oras
Profertur nudus, nec sunt alimenta, quibus se
Recreat, & monitus naturæ deesse uidentur.

Illa quidem reliqua hortatur mox nata subire
 Pellibus intacta, alterius non indiga curæ.
 Vbera lacte suæ matris distenta per herbam.
 Pars uillos, setasue gerit, pars uellere tecta est,
 Horrida pars spinis munita incedit acutis.
 Et uenientem audet petere, & propellere tectis.
 Vulnificas alijs ungues dedit arma, quibus se
 Descendant: alijs in leui cornua fronte
 Addidit, ultricesq; sedent in cordibus iræ
 Quin uirgulta etiam, & truncos circumdat amaro
 Cortice, & à tristi defendit frigore brumæ.
 Quære genus uitæ illorum, non uinea falce
 Tondenda est, ualido nec humus uersanda bidente,
 Non curæ est curuo, proscindere uomere terram,
 Et lappas, sterilesq; agris euellere auenas.
 Non adeò, dum actum cinxerunt æthera nubes
 Illa timent, segeti & crepitanti grandine pallent.
 Proxima dijs illis uita est: sunt gramina passim
 Mollia, sunt flores benè olentes, & bona poma,
 Mala, nucesq; genus uarium, quæ Dædala tellus
 Ut ferat, ut seruet, multa est obnoxia curæ
 Vita hominum dura est, & plena laboribus omnis.
 Quam mille inuadunt morbi, & tenuissima quæq;
 Funditus euertant: qualis secretus agellis
 Nascitur in cultis hyacinthus, quam malus imber
 Nube nigra effusus malè perdidit, & decus illud
 Abstulit, & solijs omnem decussit honorem.
 Corporis heu pestes quot sunt: non maior arenæ

Est Libyæ numerus. Morborum copia mentis
 Est quoq; permagna, & quos animantia norint
 Cætera. Sunt illis optandi deniq; fines,
 Sunt & habendi. non auri malesuada cupido
 Cogit in abruptum descendere nauibus æquor.
 Non se, animam, corpusq; unâ pellacibus undis
 Credere, uentisq; & stridorem audire procellæ.
 Sat uirides ollis saltus, in tonsaq; lustra,
 Sat liquidi fontes, nigra quas protegit umbra
 Fraxinus aut abies, uel acutis frondibus ilex.
 Qua super aeris sidentes dulce columbæ.
 Ardenti sub sole docent gemere undiq; syluas,
 Vtpote sollicitum quæ detestentur amorem.
 Qui furor etsi alijs animantibus abditus hæret
 Visceribus, generi ille hominum in præcordia repsit.
 Intima, cædisq; & multorum est causa malorum.

Fab. lib. 1. Piet.

A mortali utero quicquid procedit in auras,
 Ortu suo nostrum antecit longè genus.
 Cornua sunt ceruo, ualido sunt cornua tauro,
 Nobis inermis, nudaq; est natiuitas.
 Nil natura creat homine imbecillius ipso,
 Et solus ærumnæ capit sensum suæ.

Micyl. lib. 4. Syl.

Quicquid alit tellus, quicquid mare, quicquid et aer
 Nil homine infirmum magis est, qui donec ab alto
 Fortunam præbent superi, ui anq; ministrant,
 Nil metuens uiuit uenturæ nescius horæ.

At si quando leues mutauit Iuppiter auras,
 Tristiaq; eueniunt mutatis tempora lætis,
 Improuisa animo perfert incommoda mæsto,
 Et grauis ipse sibi consumit corda dolore.
 Nam ceu fortuna est, præsentem quæ regit horam,
 Sic humiles, magniq; sumus, mentemq; paramus.

Homo è limo conditus.

Sib. Aeol. lib. 2.

Terra sumus, terræ debentur corpora, cum sint
 Nostra cinis, fiant quid nisi membra cinis.

Homo lapsus.

Eob. Eccl.

Hoc tamen inuenio, quod rectum fecerit ipsum,
 Quem genitor terra de genetrice tulit.
 In præceptis tamen hunc ipsum, retroq; relapsum
 Naturæ partes non tenuisse suæ:
 Sed cum posteritate sua reperisse malorum
 Innumerabilibus fanda nefanda modis.

Sib. Aeol. lib. 1.

Cœperit insidijs, nec opina fraude, parentes,
 Dum suadet uetita carpere poma manu.
 Mortis aperta uia est propter quæ, seu tyrannis
 Peccati in nostrum procubuitq; caput.

Vida lib. 1. Chr.

His me prime malis oneras pater, ipse tulisti
 Dulcia poma, mihi sed nunc tua furta luendum.

Vida

LIBER IX.

199

Vida. lib. 4. Chr.

At ut ito captus mali infelicis amore
 Coniugis hortatu, quam fraude illexerat anguis,
 Immemor heu superi uiolauit fœdera regis.
 Vix auido arreptum pomum fœdauerat ore
 Cum pater imbri potens iam fulua è nube tonare
 Desuper auditus, seuasq; indicere pœnas
 Iratus, quas ille olim, quas omnis ab illo
 Progenies lucret, lucis uentura sub auras.

Eob. lib. 1. Hero.

Fecimus hunc primum terræ de parte recentis,
 Implerant totum fœmina, uirq; genus.
 Inde frequentandos quos nos plantauimus hortos,
 Et facili dedimus iussa ferendâ modo.
 Excidit exiguo nostri reuerentia lapsu,
 Esse Deos nobis se uoluere pares.
 Hac prius exciderat culpa, cœlosq; reliquit,
 Qui miseris noxæ conditor huius erat.

Fab. lib. 2. Milit.

Vnus homo meruit pœnam, quam pendere cuncti
 Cogimur, innumeris perdita massa modis.

Fab. lib. VI. cœl.

A primis serui peccati nascimur annis,
 Mancipiumq; feri demonis omnis homo est.

Georg. Aemilius.

Iussa Dei sumpto uiolantur ab arbore pomo,
 Efficit hoc tacitis ulpera seua dolis.

Q 4

Protinus

600 SENTENTIARVM

Protinus exilio miseri plectuntur acerbo,

Raptaq; sed serò, poma tulisse dolet,

Nos paradisaicis mendax qui exterminat hortis,

Quando eius nostra est uita necata dolo.

Fœmina cum uetitum decerpfit ab arbore pomum,

Porrexitq; suo noxia mala uiro:

Illà dies cœli miseros spoliavit honore,

Subijciens diro credula corda iugo.

*Homo conditus ad Dei no-
ticiam.*

Phil. lib. 1. Epigr.

Membra rudi è terra, primorum quando parentum

Arcana finxit maximus arte pater.

Adflauitq; haustas proprio de pectore mentes,

Nos ad mirandum condidit autor opus.

Noticiam ipsius latè, ut spargamus in orbem,

Vt laudent nomen terra polusq; Dei.

*Homines peccatores om-
nes.*

Fab. lib. Prec.

In meipsum, quando penetro, inq; latentia cerno,

Totus homo miser est, perdita tota caro est.

Ibidem.

Scilicet humanis nil quicquam in uiribus, omnes

Culpa, ortu, sensu perdita massa sumus.

Ibidem

Ibidem.

Non uirtute mea possum gaudere, nec ullum
 In membris, animo, sensibus, ore bonum est.
 Quod sapio, & uideo, mihi quod conando parauī,
 Vindicis ante aciem nil ualet omne Dei.

*Homo non redimit homi-
 nem.*

Sib. Psal. 49.

Non possunt alios morti subducere: fratrem
 Non unquam redimit munere fratris amor.
 Nec nummi placant numen cœleste, nec auri
 Par animæ precio pondera pondus habent.

Eob. Psal. 49.

Sunt qui diuitijs nimijs nitantur, & audent
 Credere perpetuas quas uenerantur, opes.
 Cum tamen hinc auro fratrem non liberet ullus,
 Nec precij quisquam placet honore Deum,
 Et nimis est animæ preciosa redemptio, ut ipsum
 Perficere haud ullo tempore possit homo.

Heredes.

Eob. Eccl.

Quis nouit sapiens, stultus 'ne sit ille futurus,
 Qui mea qualis erit, cumq; relicta feret.
 Cuncta feret certè tanto congesta labore,
 Per uitæ spaciū tempora longa meæ.

Q 5

Ibi.

Ibidem.

Instituas omnem sine luxu degere uitam,
 Tecum auferre tamen nil potes inde tuum.
 Cuncta tamen quaecunq; tenes possessa relinques,
 Illi cui curæ res tua nulla fuit.

*Inconstantia rerum humana-
 rum.*

Eob. Eccl.

Omnia sunt omni uanissima tempore, quorum
 Nec lex, nec ratio, nec uia certa manet.

Ibidem.

Dum requies rebus nunquam datur ulla, nec ullo
 Tempore consistat quicquid in orbe uides.

Ibidem.

Omnia mutantur uicibus nascentia certis,
 Nec quicquam stabile est quod queat esse diu.
 Qui nunc nascuntur, morientur tempore certo,
 Quæ plantata uides auferet hora sequens.

Ibidem.

Nam Deus esse uices uoluit, quibus omnia uerso
 Per tam dissimilem uoluerit orbe totam.
 Ut ratio nihil esse manens humana uideret,
 Cui tuto quisquam fidere possit homo.

Actius lib. 2.

Si non structa diu Pario de marmore templa,
 Florentesq; addurant urbes: quin iuga montis
 Aspera & acrie uicina cacumina nubi

Absu-

Absumit tempus, rerumq; inimica senectus.
 Et iuuat usq; ad eò insano indulgere labori
 O' miseri quis tantus amor per uulnera, perq;
 Supplicium mortem petere, atq; extendere nomen,
 Obsecro ne meditata animis assuescite falsa,
 Neu mentes anceps ueri deludat imago,
 Quando est perpetuum in terris nihil.
 Aspiciat, impositæ Romanis collibus arces,
 Et claris ornata olim monumenta trophæis,
 Vectiq; ingentes extremi ex finibus orbo,
 Vt iaceant turpiq; situ, & sine honore colossi.
 Scilicet & tempus ueniet cum maxima rerum
 Roma parens, & pulcher erit sine nomine Cæsar,
 Nec Decios, aut Romani duo fulmina Martis
 Scipiadas quisquam norit. ———

Eob. in Epic.

Quid iuuat humanis etiam nunc fidere rebus,
 Quas tam non stabiles quælibet aura mouet?

Fab. lib. 1. Oda 8.

Rebus est in omnibus
 Nihil beatum, suauitas amaro
 Blanda felle tingitur.
 Nihil fidele quicquid æstuante
 Pontus ambit æquore,
 Nihil uic constans mobili sub orbe
 Cynthia triformis est:
 Et in metu, spe, gaudio, timore,
 Tota uita degitur.

Fab.

Fab. lib. 2. Oda 16.

Non ulla sic est certa serenitas,
 Quam non procellosi inter eant dies.
 Sic parte ab omni nemo beatus est,
 Qui non malorum uento aliquo ingemat.
 Stig. in Epic.

Nascimur, & nati uariè mutamur in horas,
 Et nostri non est una futura status.

Micyl. lib. 1. Syl.

Scilicet omnis habet mixtos fortuna labores,
 Et tibi quod doleas quælibet hora dabit.

Aspicias ut densis quædam uineta racemis
 Florent, & multo præla liquore beant.

Aspicias & solido flauentes farre nouales,
 Et suetas Domini spem superare sui.

Nunc tamen aut steriles messem frustantur auentæ,
 Aut nimio seuus Iupiter imbre nocet.

Aut seges exhausta moriens decumbit arista,
 Et squalent longa iugera fessa siti.

Nil est sincerum, uel ab omni parte beatum,
 Et certo premitur diues inopsq; metu.

Ibidem.

Heu miseros hominum casus, & inania uota,
 Ut certam præsens non habet hora fidem.

Ibidem.

Nam quid sic ualidum toto consistit in orbe,
 Cras hoc, ut possis dicere, stabit opus?
 Aut quis mensuram digito suppleuerit uno,

Auxe-

Auxerit aut minimo tempora cana pilo?
 Non homines, non regna sibi promittere quicquam,
 Aut dubias possunt ui stabilire uices.
 Omnia sub certa fatorum lege tenentur,
 Nemo horam potis est addere, nemo diem.

Infernus.

Aonius lib 3.

Hic uipereis turba est accincta flagellis,
 Nox ibi perpetua, & semper caligine nigra
 Est domus attonita, & graue olenti sulfure fumum
 Igniuomi erectant montes, atramq; fauillam,
 Vnde fluunt undis septem seruentibus amnes
 Qui simul immensum circumfluxere barathrum,
 In glaciem montes ipsi hi uertuntur in ignem.
 Huc fontes animæ scelerum grauitate seruntur
 Sponte sua: neq; enim superas se tollere ad auras
 Concretæ uitij possunt, cœlumq; tueri.

Ibidem.

Sunt Erebi geminæ portæ, quarum altera solis
 Spectat ad occidui terras, hac undiq; tristes
 Succedunt animæ uitæ fugiente calore.
 Hanc ualvæ nullæ claudunt, sed limina pernox
 Ipsa dolor seruat, spinas ægrè inter acutas
 Ille iacens, squalet macie, & uix osibus hæret.
 Atrox, terribilis, dextram & leuam implicat angue,
 Latè oculis ignem spirans, mirabile dictu.
 Lethiferum spumis mixtum uomit ore uenenum.

Vestibulo

Vestibulo is positus custos, sacra ostia seruat,
 Nec reuocare gradum quemquã sinit: Altera longè
 Porta est purpureus quæ lucifer exerit ante
 Phœbeos radios iubar, & noctis fugat umbras.
 Hac iter ad superos, si quando hæc ipsa patèret,
 Hac iter Elysium, qua rex stellantis Olympi
 Traduxit notos diuino carmine uates,
 Post illa clausa, & regis signata sigillo est.

Eob. lib. 1. Hero.

Est locus æterna qua rupta uoragine tellus
 Panditur, & sædo sulfure fumus olet.
 Accipit hic fontes animas locus, inq; perennes
 Exercet pœnas, perpetuasq; cruces.
 Vestibulum antè patet longo incomplebile tractu,
 Non est in Stygia crassior umbra domo.
 Illò nos serie seculorum longa uetustas
 Clausis, & Adami noxa luenda patris.

Infans.

Fab. de Nat. Christi.

Paruulus at charam nutricem diligit infans,
 Paulatim & matri balbula uerba facit:
 Arridetq; sibi ridentibus, oscula cunctis
 Figit, & irasci nescit, amare solet.
 Munera nec precio metitur, pondere dona,
 Nec primum ante alios gesit habere locum.
 Ingenium

*Ingenium siue doctrina est specu-
lum impositum,*

Philip. lib. 4. Epig.

Vt nulla è speculis rudibus resplendet imago,

Ni sint artificis ritè polita manu:

Ingenij sic usus erit non ullus acuti,

Doctrina si non erudiatur ope.

Inuentores armorum pessimi.

Lotich. 2. Eleg.

Ferreas ab quicunq; tubas, ensesq; parauit,

Primus & innocuis gentibus arma dedit.

Spargere funestum pro iam crudelibus ausis

Debuit ipsa sua cæde repertor opus.

Ocia tuta prius sine sanguine mundus agebat,

Notus erat ferri nec sceleratus amor.

Pro gladijs falcem norant, pro casside rastrum,

Grattor & clypeo uomeris uisus erat.

Ardua qui firmat nunc turribus oppida, muri

Præstabat sepes uimine texta uicem.

Nunc tibi bellando clarum Germania nomen,

Nostraq; libertas sanguine parta fuit.

Nunc patrijs sæuos arcebas finibus hostes,

Fœlices ætas quos prior illa tulit.

Nunc tua dilacerant immixtæ uiscera gentes,

Vendis & externis in tua damna fidem.

Nunc

Nunc cruor, & cædes, nunc effera prælia semper,
O' pereant enses, deficientq; tubæ.

INGRATITVDO.

Philip. Melanch.

Ingrato cuculus nutricem deuorat ore,
Et miseræ pietas officiosa nocet.
Heu mihi quàm scelus hoc imitantur sæpe uolucres,
Pectora quas cygno candidiora putes.

Mors piorum preciosa.

Sib. Psal. 72.

Res illi sanguis est preciosa pius.

Eob. Psal. 72.

Ipsorum innocuo fusus de corpore sanguis,
Ante ipsum precij nobilis instar erit.

Sib. Psal. 116.

Aestimât immenso sanctorum funera numen,
Est & ei sanguis res preciosa pius.

Eob. Psal. 116.

Ante Deum preciosa solet mors esse suorum,
Quos amat, & uera conspicit ire uia.

Mors piorum dulcis.

Fab. lib. 2. Ang. 14.

Mors horridarum maximè
Rerum horrida, est suauior,
Quam leuis est fesso sopor,

Si ne-

Si nouerit quis pro suo
Christum reatu mortuum,
Eumq; credit iam sibi
Cælo receptum uiuere.

Mors piorum uita initium.

Fab. lib. 1. Milit.

Nam qui non renuit mortalem perdere uitant,
Incipit in cœlis iam meliore frui.
Nemo unquam moritur, tua qui præcepta facessit,
Mors nostra ante oculos est noua uita tuos.

Idem lib. 2. Milit.

Non abit in uacuas humanus spiritus auras,
Omnia nec gelida mors rapit atra manu.
Non ut brutorum, sic nostra extinguitur ætas,
Qui sumus ex ortu nobiliore genus.

Mors omnibus communis.

Sib. Psal. 89.

An ne quis est, cui mors non sit uentura, rapacis
De fati qui se uindictet ipse manu?

Eob. Psal. 89.

Quis precor est cui non præcidant stamina Parca,
Quem non corripiat mortis auara manus?

Idem Eccl.

Idem finis erit stulti & sapientis, & uno
Parca ferox fato coget utranq; mori.

R

Ibidem

Ibidem.

Sive hominem spectes, seu quicquid ubiq; creatū est;

Idem quò tendant & locus unus erit.

Cuncta suos repetent ortus, matremq; requirent,

Et quæ cuncta dedit, cuncta uorabit humus.

Et quis scire potest quid sit post fata futurum,

Sit' ne anima ad superas nostra abiura domos:

An potius moritura ægro cum corpore, sicut

Vtroq; intereunt omnia bruta modo.

Ibidem.

Nec uires poterunt ullæ prodesse potentis,

Proxima cum diræ tempora mortis erunt.

Nec spes est se posse ista subducere pugna,

Quæ morti & nobis est obeunda semel.

Ibidem.

Omnia ad interitum tendunt mortalia eundem;

Et lex è cunctis excipit illa nihil.

Non magis euadet iustus, quàm qui impius est uir;

Non insons fontem sorte præire potest.

Nam sacra placandas faciens libamina ad aras,

Contemnente Deum tutior esse potest.

Ibidem.

Cuncta quod occasum repetunt discrimine nullo,

Quod quæ pergenda est omnibus una uia est.

Sab. 3. Eleg. II.

Ortus es, ut mundi subiectus casibus esses,

Nullus in hoc expers funeris orbe fuit.

Vel citò uel serò uitam mors omnibus aufert,

Quæ

LIBER IX.

511

Quæ tibi sint æqua mente ferenda feras.

Eob. lib. 3. Syl.

Falce sua mors cuncta metit discrimine nullo,
Cum senibus pueros, cum puerisq; senes.

Fab. lib. 2. Oda 11.

Omnes scilicet ibimus,
Certi de nece, de die
Incerti: tamen ibimus.
Nam quo nascimur à die,
Ad mortem properamus, &
Cunctis scribitur una lex.

Idem 3. Oda 23.

Vt solitam maris Adriatici
Seuitiam, & fera ensis opera
Noxia corporibusq; mala, & ut
Pauperiem, exiliumq; fugias:
Non tamen effugies quoq; necis
Vincula, regibus atq; inopibus
Non soluenda, nigros ubi semel
Instita longa pedes tetigerit:
Non decus eximium familie
Nobilis, altus opum ue cumulus,
Non coma candida, lumina nigra;
Aut senio aut neci dare moram,
Aut caput eximere è nece ualent.

Phil. lib. 4. Epigr.

Omnia sunt hominum uentura obnoxia morti,
Et faciunt subitas tristia fata uices.

R 2

Cigas

Gigas in Epic.

Inuida non precibus, fuluo non flectitur auro,
Mors necat, & tollit quicquid in orbe uiget.

Stig.

Omnia uictrices sub iuga mortis erunt.
Surda stat, & lachrymis, fati precibusq; resistit,
Non exorandis ianua clausa seris.

Micyl. lib. 5. Syl.

Hec miseras hominum mentes & inania uota,
Quam spes euentus non habet ulla suos.
Ne quicquam capimus tot pro uirtute labores,
Quo trahimur, frustra est omnis honoris amor.
Multaq; perpeſsi uarijs discrimina rebus,
Hæc tandem ferimus præmia mortis iter.
Inunc, & magnos optes egisse triumphos,
Multaq; uictrici pone trophæa manu.
Aut uigil attenues per longam corpora noctem,
Munera dum captas pallidus Aonidum.

Ibidem.

Deniq; de primo nati quicumq; parente,
Hæc homines nati conditione sumus.
Omnis ut incerto peragatur tramite uita,
Nec nisi de Domini pendeat arbitrio.

Mortis hora ignota.

Eob. Eccl.

Nemo sue melius cognouit tempora mortis,
Quam pisces hamum, quam graue uimem aues.
Sicut

*Sicut aues uisco, pisces capiuntur ab hamo,
Sic homo non cautus retia mortis adit.*

Mortui non lugendi.

Eob. lib. 3. Syl.

*Quid facis inuidiam superis? spes nulla reuerti,
Quem semel in Stygio uexerit amne Charon.
Mortua tam stultum est deslere cadauera, quam si
Te doleas fieri non potuisse Deum.*

Mens piorum intrepida.

Sib. Psal. 4. 6.

*Ergo licet uasto fractus ruat impete mundus,
In tumidum montes precipitentq; mare.
Omnia sint pontus, desint quoq; littora ponto,
Qui nos percellat non tremor ullus erit.*

Eob. Psal. 4. 6.

*Non igitur formido iterum nos ulla tenebit,
Terra licet proprio cedat abacta loco.
Alta licet magni uoluantur in equora montes,
Seuior irati fluctuet unda maris.
Omne licet subitis cumuletur fluctibus æquor,
Culmina præ cuius summa furore tremunt.*

Mens generosa cœlestia curat.

Eob. lib. 3. Syl.

*Mens generosa polos ultra uolat, ultima mundi
Transilit, ex ista dicitur orta domo.*

614 SENTENTIARVM
Semine coelesti sata mens coelestia querit
Semina, terrenum cogitat illa nihil.
Hæc res humanas pereunti comparat umbræ,
Et bullæ scopulos percutientis aquæ.
Despicit & scopulos, miseræq; pericula uitæ,
Pertimuit fati nullius illa minas.
Pendet ab æterno cunctarum principe rerum,
Et quoties lædunt infera, summa petit.
Illic tuta hominum sordes ita respicit istas,
Ex illa rursus nolit ut arce trahi.

Mentis humana cecitas.

Sib. Psal. 39.

In tenebris gradimur, uelut umbræ somnia, cæcis
At uerò quantus mentibus error inest.
Securæ degunt, contentæ uiuere paruo,
Indociles, studijs immoriuntur opum.
Congeret ad seros non peruentura nepotes,
Hic multis, uno conficit ille die.

Eob. Psal. 39.

Nã quid agat, uelut umbra uagatur, obæbulat, errat,
Motibus insanis omnia miscet agens.
Congregat ignarus cui congreget, omnia raptim
Congestas alijs inde relinquet opes.

Fab. lib. 1. Oda 2.

Qui uerum uideant, & non rapiantur, ut alto
Nauis in Oceano
Diversis animi uentis, rarissima turba est.

Quidnam

Quid' nam homo lucis habet.

Post uetiti morsum pomi, uiolataq; iura
Primi parentis Adæ.

Idem lib. 1. Oda 10.

Nil nos quàm tenebræ sumus,
Nec ueram minime noticiam rei,
Ni tu luce carentibus

Præsis ingenijs, possumus assequi.

Idem lib. 1. Oda 12.

Quanta sit ipse uides leuis inconstantia mentis,

A te parente quæ optimo atq; maximo

Quouis exagitata noto, deflectit, & auras

Captat fugaces, uana mundi nomina

Caligo humanis heu, quanta in mentibus hæret?

Caligo, lucis spiritus egens sacri.

Idem lib. 2. Oda 6,

Mox tamen uelut Africis

Prora Syrtibus incidens

Est resistere inefficax

Fluctuantibus undis,

Pristinumq; relabitur,

Heu, heu, immemor, in nefas:

Ac bonum ante oculos situm,

Cæca noscere nescit.

Idem 3. Oda 25.

Sumus imperita turba,

Sine luce uulgus errans.

Radijs tui fauoris

Excute duris gelidas

Pectoribus tenebras.

Idem lib. 1. Piet

Non opus arbitrij est hominis, non gloria carnis,
Aut sapere, aut minimum posse uidere bonum,

Micyl. lib. 5. Syl.

Heu cæcas hominum mentes, pariterq; futuri,
Nescia corda boni, nescia corda mali.

Ibidem.

Heu cæcas hominum mentes, & inertia corda,
Quam nemo exitium præuidet ante suum.

Mentis humanæ infirmitas.

Fab. lib. 1. Oda 4.

Nam quicumq; suis te sine uiribus
Confidit, sterili mandat inania,

Demens semina littori.

Idem lib. 2. Oda 9.

Nam mortalis heu

Nil audet imbecillitas.

Idem lib. 3. Oda 22.

Absq; tuo est auspicio

Cassa hominis potestas.

Idem Viët. cœl.

Nemo suis satis est munitus uiribus, et si
Possideat partas totius orbis opes.

Nemo sua pietate potest, splendoreq; niti,
Ante Dei faciẽm noxa lutumq; sumus.

Mundus Deum ignorat.

Sib. lib. 1. Prof.

Non te iuste pater nouit sapientia mundi,
 Purpura non regum, pontificumq; mitra.
 Illis est nomen sine re, sunt fabula, nugæ,
 Et delirantium somnia uerba Dei.

Musica.

Eob. de Con. Val.

Quem non blanda iuuent uarij modulamina cantus,
 Hinc iecur, & renes, ægraq; corda stupent.
 Nam nihil humanas tanta dulcedine mentes
 Afficit, ut melicæ nobile uocis opus.
 Tange lyram digitis, animi dolor omnis abibit,
 Dulcisonum reficit tristia corda melos.

Mensa.

Fab. lib. 1. Piet.

Per panem ueteres soliti iurare, salemq;
 Maxima mensarum iura fuisse docent.
 Mens sacra est, mensis Deus asidet ipse suorum,
 Sanctificatq; typis quas creat ipse dapes.

Mores in mensa.

Fab. lib. 1. Piet.

Non lutulentus uti ruit in granaria porcus,
 In data sic auidas mittite dona manus:
 Nec lacerate uelut prædam, seu ira leonis,

R 5 Barbarus

Barbarus alterius præripit ore dapes.
 Conuenit huic autem pudor atq; modestia mensæ,
 Turpe gula, & nimio corda grauare mero.
 Armæ neci multos demittunt, crapula plures,
 Luxuria ingenijs est inimica bonis.
 Sobria uita decet studiosos, sancta professos
 Christum.—

Ibidem.

Compositi mores in mensa, & parca uoluptas
 Pios decet, frugalitasq; sobria.

Ibidem.

Non prius os epulas tangat, quàm carmina dicat,
 Nec dapibus sumptis dona silen'io neget.

Mors coniugum tristissima.

Stig. in Epic.

Non dolor est grauior, quàm cum uiolentia mortis
 Vnanimi soluit corda ligata fide.

Medicamina iram Dei non auertunt.

Micyl. lib. 4. Syl.

Nam quid theriaci profunt alabastra ueneni,
 Aut Mithridateis pharmaca mista modis?
 Vel quos Armenij seruent medicamina boli,
 Aut signata ducum Lemnia terra notis?
 Si Dominus iusta peccantes uindictet ira,
 Ultrices nobis iniiciatq; manus.

Nomina piorum Deo nota.

Fab. lib. 3. Ang 19.

Nouit

Nouit piorum nomina
 Deus, manuq; propria
 Conscripta gestat: unde ea
 Vis nulla, nullus abstrahet
 Error, nec hostis diritas

NOBILITAS.

Aemil. in Epic.

Nec decet ignaram galeæ traducere uitam,
 Qui titulos ueræ nobilitatis amant.
 Turpe nefas iuuenem generoso stemmate natum,
 Ocia perpetuò, desidiamq; sequi.
 Infanemq; epulis, uinoq; impendere noctem,
 Et tantum posito peruigilare mero.
 Pulchrius est iusto patriam defendere bello,
 Armaq; legitimo tempore iusta sequi.
 Conuenit his studijs magnos incumbere reges,
 Quaq; sui tollit sanguinis altus honor.

Poesis donum Dei.

Sib. in præf. Psal.

Musa Dei donum, qua uate agitante calescunt
 Pectora, uis alto uenit æthere.—

Phil. lib. 2. Epigr.

Vera est fama bonos agitari numine uates.
 Nam Deus illorum pectora casta mouet.

Pecunia.

Omne quod toto sub axe est, uincitur pecunia,

Hæc

Hæc domos regum potêtes, hæc breues uertit casas,
 Hæc fidem, hæc soluit pudorẽ, hæc quicquid usquam
 Splendidum est.—

Poetæ officium.

Lotich. in nupt. Sox.

Hic labor, hoc studium generosis uatibus esto:
 Aut superũm laudes, canere, aut præconia regum,
 Et memorem factis illustribus addere funam.

Pastoris officium.

Eob. lib. 3. Hero.

Nam cum sint ueri partes pastoris, ut ipsas
 Verbi Euangelico germine pascat oues.

Ibidem.

Sacra bonus tractet uerbo mysteria pastor,
 Bella gerent reges quos decet iste labor.

Pastor unus, unum ouile.

Fab. lib. 2. Piet.

Vnus erit pastor per totas undiq; gentes,
 Qui nos ad uiuæ flumina ducet aquæ.
 Vnum etiam ille sibi latis è finibus orbis,
 Cui det cœlestes, coget ouile domos.

Populus beatus.

Sib. Psal. 33.

Felices, populum sibi quos legit ille, beati
 Est quorum solus rexq; paterq; Deus.

Eob.

Eob. Psal. 33.

*Felicem populum, cui se Deus ipse colendum**Obtulit, & cuius se dedit ipse Deum.**Felicem populum quem sic elegit, ut hæres**Ipsius æternus nominis esse queat.*

Sib. Psal. 40.

*Felix mente Deo qui tota fedit, in ani**Nec fastu tumidus falsa scelestus amat.*

Eob. Psal. 40.

*Felicem qui corde Deo confidit, & audet**Spes omnes Domino credere uelle suas.**Quem fugit insano tumefacta superbia fastu,**Et quas mendaces friuola lingua facit.*

Sib. Psal. 65.

*Quem legis, ô felix ter & amplius, inq; beata**Sede penctralis, quod colis ipse locas.**Gaudia non deerunt illi, non sancta uoluptas,**Ah est cum Domino quantum habitare Deo!*

Eob. Psal. 65.

*Felicem quem tu delegeris, & tibi charum**Feceris, ut tecum limina sancta colat.**Ille domus bonitate tua satiabitur, idem**Ibit ouans templi de ditione tui.*

Sib. Psal. 84.

*Terq; quaterq; habitant tua qui delubra, beati**Materiam laudis das quibus ipse tue.**Terq; quaterq; tua freti uirtute, beati**Qui sanctas ardent carperè ritè uias*

Hi per

Hi per iter quamuis uallem sitientis eremi.
 Est cui ac lachrymis flebile nomen habent.
 Demittunt puteos, haustisq; salubribus undis,
 Arida largifluo pectore fonte leuant.

Eob. Psal. 84.

Felices nimium quibus obtigit ista uoluptas,
 Tecta domus possint ut coluisse tue.
 Hi tibi perpetuas iucundo carmine grates,
 Hi resonant laudes per tua templa tuas.
 Felices quicumq; tuo sunt munere fortes,
 Qui proprias fingunt in sua corda uias.
 Ibunt per lacrymis uallem, fletuq; repletam,
 Et fontem facient, qui modò fletus erat.

Sib. Psal. ibidem.

—Feliciſſimus ille

Qui se mente tibi, qui dicat ore Deus.

Eob. Psal. eodem.

O' pater omnipotens, quoties est ille beatus,
 Cui sua spes in te condita firma manet.

Sib. Psal. 89.

O' fortunatam gentem, cui personat aures
 Acthereæ clangor qui uenit axe tubæ.
 Quæ te præsentem præsens auditq; uidetq;
 Læta tuo sanctum lumine carpet iter.
 Iactabit uoces tua nomina propter ad astra,
 Sese ostentabit iusticiãq; tua.

Eob. Psal. 89.

Felicem ô populum tibi iubila grata ferentem,

Pro tuus his claro lumine uultus erit.
 Blanda tui letos hos nominis aura fouebit,
 Iusticiamq; ferent semper ad astra tuam.

Sib. Psal. 94.

Quem pater emendas, ô terq; quaterq; beatus,
 Cui monstras sanctas legis inire uias.
 Tristia securo toleret quo pectore, lapsu
 Dum malus in foueam precipitante ruat.
 Vsq; sui solet esse Deo quæ cura peculi,
 Vsq; erit: anne pios destituisse queat?

Eob. Psal. 94.

Felicem quem tu doceas, cui pectora firmes,
 O genitor legis cognitione tuæ.
 Viuere quo possit tranquillus tempore duro,
 Dum foueam reprobo debita fata parens.
 Non equidem Deus abijciet quos diligit, & nec
 Heredes regni deferet ipse sui.

Sib. Psal. 112.

O felix puro metuit qui pectore summum,
 Cui mare, cui tellus, paret & æthra Deum.
 Qui legis dulci sacra præfixus amore,
 Quod iubet illa facit, quod uetat illa fugit.

Eob. Psal. 112.

Felicem quem diuini pia cura timoris
 Tangit, & obsessum nocte dieq; tenet.
 Qui scrutans præcepta Dei, se oblectat in illis,
 Et nihil hæc extra quod meditetur habet.

Sib. Psal. 119.

Felices animi, composita numine mente

Qui, Domini ducit quâ uia legis, eunt.

Felices animi quos ne sacra pacta resignent,

Vna tenet soli cura placere Deo.

Eob. Psal. 119.

Felices quicunq; agitant sine crimine uitam,

Qui leges Domini quas meditentur amant,

Felices Domini quicunq; oracula seruant,

Et faciunt toto corde quod ille iubet.

Idem Eccl.

Hos solos suo felices tamen esse futuros,

Qui metuunt uera simplicitate Deum.

Flam. Psal. 144.

Beata gens, quam maximus cœlestium

Pater suo præsens tuetur numine.

Idem.

Quàm sunt beati qui sumpta sua

Cruce Christum sequuntur.

Beatus ille qui suam

Tollit crucem quotidie,

Magnisq; Iesum passibus

Sequitur: illum maximus

Cœlestium pater sibi

Adoptat ultrò filium,

Eiq; donat spiritum,

Peccata delentem omnia.

Phil. lib. i. Epigr.

Felix qui uoce cœlesti obtemperat uni,

Nec

Nec patitur frangi pectora firma minis.

Stig.

O' felix quicumq; Deo confidit, et illum
Per uitæ sequitur cuncta pericla ducem.

Populus Dei.

Fab. lib. i. Oda 12.

Nos sumus ô bone Christe tuo quos ipse redemptos

Dignatus es sacro lauare sanguine:

Nos sumus in toto grex contempsissimus orbe,

Quod hæret in te plena spes fiducia:

Nos sumus admissi sceleris quos poenitet, et eis

Nihil merentes, te rogantes gratiam.

Prodigia.

Idem lib. 3. Oda 21.

Impie hæud sentis Deum? quin aspice

Sæpius quando rubente

Sanguinis colore sol apparuit?

Pallidasq; luna bigas

Ore retro multi formis extulit.

Cælum hiare nocte uisum;

Igneis super cadentibus globis:

Sanguinisq; sulphurisq;

Triticig; fluxit imber: fulmina

Oppida, et uillas cremarunt:

Clangor auditus tubæ atq; classici,

Militantiumq; castra

Hinc uagata sunt, et hinc per aërem,

§

Monstra

Monstra matronæ ediderunt,
 Et feræ partus tulerunt horridos:
 Terra mota contremiscens
 Hausit urbes: quæq; camporum prius
 Plana, montes nunc teruntur.
 Quæq; pisces iuerunt, cuncti equi.
 Neue quid mali deesset
 Pontus urbes, ignis urbes obruit:
 Spemq; ruris, mestumq;
 Murium grex, et locustarum tulit,
 Spectra luce uisa claro,
 Causa inusitata sunt formidinis
 Ossa, ferrum, ligna, chordæ
 Tuberarunt, ex ephebi corpore.
 Phil. lib. 5. Epig.
 Euentus quod habent tardos cœlestia signa,
 Non ideo uanas esse putate minas.
 Impius hic uulgi furor est contemnere fata,
 Impietas pœnam uerum habet ista grauem:
 Ante canunt nobis uenturos numina casus,
 Et leuas mentes sæpè mouere uolunt.

PROPHETA.

Fab. lib. 5. Hym.

Omnis propheta doctor est,
 Et mentis interpretes Dei,
 Eiusq; munus, abdite
 Regina conscientie.

Prophetae premia.

Fab. lib. 5. Hym.

*Carcer, cathenæ, compedes,
Saxum, sarissa, ferraq;
Sanctis & immerentibus
Dantur prophetis præmia.*

Paradisus.

Eob. lib. 3. Hero.

*At locus est primo Phœbi surgentis in ortu;
Aerea supra tertia regna poli.
Culta ibi uiuaci uiridaria cincta smaragdo
Cœlesti florum fertilitate uigent.
Angelicis illic manibus sata germina fragrant;
Ver ibi perpetuum, perpetuusq; dies.
Flaminibus uiuax agitur cœlestibus aer,
Nescit uitalem pestilis aura locum.*

Peregrinatio.

Eob. lib. 2. Syl.

*Scilicet est aliquid longinquas uisere terras;
Nomen ab extremo clarius orbe uenit.
Si doctas nunquam Pomponius iisset Athenas,
Tam bona non illi Roma futura fuit.
Colchida Tauridamas si non adisset Iason,
Phasiasin patria nulla tulisset opem.
Quid memorê Alciden, qui tot nisi monstra tulisset,
In patria poterat diluuisse sua.
Detrahit optati præsentia semper honori,*

Perpetuoq; domi nemo placere potest.

*Pericula expertus periclitanti
credit.*

Eob. lib. 1. Hero.

Nemo quidem melius languenti consulit usquam,

Quam qui perniciem quam leuat, ipse tulit.

Parta male non profunt.

Fab. lib. 2. Milit.

Non partis natus maiorum gaudet iniquis,

Impius aut longas possidet ullus opes.

Robur humanum nil efficit.

Sib. Psal. 108.

Pectore ab humano non uenit ulla salus.

Fortia diuina uirtute patrabimus aucti,

Et nobis hostis nullus inultus erit.

Eob.

Humanum auxilium nil rationis habet.

Diuino auxilio freti rem deinde geremus,

Inijciet nostris hostibus ille metum.

Fab. lib. 2. Ang. 2.

Non arma fortem, non manus

Centum Gigantem protegunt

Ille, ille, qui caelos super

Terras, abyssos, æquora

Calcatur, tuctur Israel,

Eiusq; parens nutibus

Cœlestium

LIBER IX.

629

Cœlestium frequentia.

Sib. Psal. 60.

Robore ab humano non uenit ulla salus.

Eob. Psal. 60.

Humanum auxilium non rationis habet.

Ratio humana.

Eob. lib. 6. Syl.

Fallitur humanas ratio ingeniosa per artes

Et cæca est cum se cuncta uidere putat.

*Remedia in morbis qua ratione
querenda.*

Fab. lib. 2. Ang 13.

Aegrotus ad Deum preces

Profunde largas, et memor

Exposce pacem criminum.

Deinde plantis utere

Deo creatis, inside .

Aut fontibus salubribus.

Gemmas, metalla, succinum,

Et terra quicquid aut mare

Profert, tuo morbo aduoca.

Atris cauernis extrahere

Sepem, cerastum, uiperam,

Quod dente uulnerauerant,

Dantes medelam corpori.

Hec cuncta præcelsi manus

Tuis creauit usibus,

S S

Doctisq;

SENTENTIARVM

Doctisq; monstrauit uiris.

Rerum mutationes.

Eob. lib. 4. Syl.

Sic uniuerse molis imaginem

Rerumq; uultus exprimit omnium,

Nunc fulminum uis alta seuit,

Nunc placidi rediēre soles.

Iam nix in altis condida rupibus,

Iam uernat ima ualle uirens rosa,

Iam frigus est algente bruma,

Iam rapido calet annus aestu.

Nec semper aestas una hominum manet,

Nec semper unus rebus in omnibus

Splendor, status, natura uultus,

Cuncta uicem uariant per orbem.

Phil. lib. 3. Epigr.

— Sed non durabile quicquam

Nascitur, inq; uices mutantur cuncta subinde.

S P E S.

Sib. Psal. 71.

Spe trahor ipse bona, trahar & dum uita manebit,

Et semper laudes amplificabo tuas.

Eob. lib. 2. Hero.

Charius est quodcunq; bonū, spes longa morata est,

Semper & in magnis rebus ubiq; mora est.

Idem lib. 1. Syl.

Omnia cum sorti cedant, sperare relictum est,

Per

Per mala spes animos ad meliora leuat.
 Sperandum est, bona speratis meliora dabuntur,
 Desperet quisquis non putat esse Deum.

Solitudo.

Sib. Aeol. lib. 2.

Congressus hominum moestam turbamq; sodalem
 Cur fugis? in coetu letior esse potes.
 Tristicam loca sola augent, loca sola caueto,
 Qui uacuum curis pectus habere cupis.

Senectus.

Eob. de Con. Val. -

Res grauis est, & ut est, sic omnibus esse uidetur,
 Infirmitate reptans curua senecta gradu.

Philip. lib. 3. Epig.

Senecta non laborat omnibus malis,
 Sed nate, magnam rerum habet experientiam
 Dicendo polleat ut plus iunioribus.

Studia hominum uaria.

Fab. lib. 1. Oda 15.

Innumeris studijs certatur, nec capit ullum
 Cura hominum, aut industria finem.
 Viribus ingenij multi supra astra uolarunt,
 Difficiles tolerando labores.
 Sunt qui diuitias alto mersere profundo,
 Et terras adiere remotas.
 Effosisq; oculis quidam (mirabile) dulci

Se priuarunt limine solis.
 Feruenti quis nescit adustos gymnosophistas
 Puluere Caucasiscq; pruinis?
 Currit ad antipodas, prisciscq; incognita sedis
 Mercator uagus aspicit astra.
 Hic fodit immensis è terra sumptibus aurum,
 Recludens trucis ostia Ditis:
 Ast alius sua rura colit, luxumq; perosus
 De proprio uxorem grege uestit:
 Filius utq; ualens non desit inutilis ipsi,
 Ferre docet, frigusq; famemq;
 Plurimus ut longo spectetur in agmine clarus,
 Ter geminos suspirat honores.
 Spargat ut hostiles effuso sanguine campos,
 Miles sponte pericula querit
 Utq; procellosa moriatur in æquora nauta,
 Contemnit tellure morari.

*Studia quæ Christo non seruiunt
 sunt inania.*

Micyl. lib. 5. Syl.

Quiq; prius studijs iungebam corda prophanis,
 Stulticiæ scriptor inutilis ipse meæ.

Idem.

Tempus ab hoc lustris uitæ bis quattuor actis,
 Omne fuit Musæ carmen inane meæ.
 Dum ludos hominum, dum res sine pondere gestas,
 Stud-

Stulticiamq; ueho uersibus ipse meam,
 Ylteriora tibi debemus tempora Christo,
 Tu dux, tu Musa portus & aura meæ.

Fab. lib. 2. Oda 2.

— tot olim

Dies locauit perditè, heu florem uirentis æui,
 Vitæq; tempus aurcum absumpsiq; perdiditq;.
 Nam perdidisse me puto, quodcunq; prædicandis
 In laudibus non est tuis, & gratia peractum.

Studia hominum inania.

Flam.

Quousq; uana somnia,
 Falsasq; rerum imagines
 O cæci amare pergitis.
 Non forma uincens Nerea,
 Non diues usus purpuræ,
 Non mens peragrans sidera
 Camposq; latos aeris
 Marisq; terrasq; infimas.
 Reddunt beatos. Vnica
 Felicitatis est uia,
 Iesus benignus omnium
 Dator bonorum.

S A P I E N T I A.

Eob. Eccl.

Nam bona multa homini præstat sapientia, multum
 Momenti quoq; habent, si modereris opes.

S 5 Ibidem

Ibidem.

Instrumenta feri uincit sapientia belli,
Arma, globos, clypeos, spicula, pila, faces,

Ibidem.

Nam res difficiles sapientia sæpè peregit,
Et faciles causas reddidit ante graues.

Fab. lib. 1. Piet.

Omnis in humanis uana è sapientia rebus,
Que non à summi est mente perfecta Dei.

Omniaq; ut noris magnum miranda per orbem,
Absq; Dei profunt cognitione nihil.

Ibidem.

Non humana regit fragilem sapientia uitam,
Nempe sumus Domini, quicquid amore sumus,

Sapiens.

Eob. Eccl.

Nam sapiens in fronte oculos habet, omnia spectans
Omnia prudenti cum ratione uidet.

Ibidem.

Verba uiri quem sublimem sapientia tollit,
Quanquam sedato pectore pauca sonet:
Plus tamen efficiunt, et plus rationis habebunt,
Quàm fera quæ stulti principis ora tonant.

Ibidem.

Cor gerit in dextra sapiens, animumq; uirilem,
Illius ut possit cum uolet esse potens.

Sapientia sine Dei cognitione uana.

Fab.

Fab. lib. 2. Piet.

Cætera siqua potest dici sapientia uana est:
Qui nescit Christum, nil sapit ille miser.

Stultus.

Eob. Eccl.

Palpitat in tenebris stultus ceu lumine cassus,
Et nihil & nulla cum ratione uidet.

Ibidem.

Cor gerit in leua fatuus, quia libera nunquam,
Nec compos ratio est illius ipsa sui.

Ibidem.

Multa loqui stultus solet, ac sine pondere uerba,
Et quæ plus uocis quam rationis habent.

Similis simili delectatur.

Mycillus.

Formicam sequitur formica, cicada cicadam,
Accipitri accipiter gaudet comes esse uolanti.

Scandalum.

Aemil.

Quisquis at è paruis credentem offenderit unum,
Huic melius longè fuerit proferre molarem
A collo lapidem, pontiq; sub æquora mergi.
Væ nimium mundo tam scandala dira mouenti
Criminibus uarijs: quanquam fieri illa necesse est.
Væ tamen huic homini per quæ mala scandala fient
Est etenim peccans alicui criminis auctor,

Exem-

Exemploq; suo plures facit ille nocentes,
 Si te fortè manus uel pes offenderit alter
 Hunc abscinde secans, & proijce, ne mage ledas.
 Est melius uitam tibi namq; intrare perennem,
 Corpore truncato, manibus, pedibusq; resectis
 Omnibus ac membris æternos ire sub ignes.
 Sic oculus quando mala te per scandula lædit,
 Erue continuo, terræq; illide nocentem,
 Nec te fallacis seductum lumine perdat.
 Est oculo melius, si cœlum intraueris uno,
 Tartara luminibus quàm cæca subire duobus.

Tempus omnia consumit.

Lotich. lib. Eleg. 2.

Carpat edax rerum gemmas aurumq; uetustas
 Estq; quod immenso perstet in orbe nihil.

Gigas in Epic.

Omnia tempus edax mutat, deformat, & urget
 Virtutis præter commoda, & ingenij.

Tempus utiliter collocandum.

Eob. lib. 3. Syl.

Fallit inutilibus desumpta laboribus ætas
 Præcipua est uirtus optima posse sequi.
 Perditur à studijs alienum tempus honestis,
 Tu ratio ad studium quæ sit honesta uide.
 Est aliquid nouisse uiam qua recta petantur,
 Quam nisi cognoris uiuere somnus erit.

Fab.

Fab. lib. 1. Piet.

Tempore non ullus sumptus preciosior auro,
 Nec Indicis potest parari mercibus.
 Temporis est igitur ratio atq; etatis habenda,
 Thesaurus utriusq; inæstimabilis.

Tempus elapsum non redit.

Eob. lib. 4. Syl.

Serò queramur. non redeunt enim
 Quæcunq; labens abstulit hora, nec
 Nostræ quod abscedit iuuentæ,
 Restituet ueniens senectus.

Fab. lib. 1. Piet.

Elapsum tempus nunquam reuocatur, & etas
 Fluminis instar abit.

Mycill. lib. 4. Syl.

Labitur uelut unda tempus, nec recurrit unquam.

Idem.

Et senescimus sedendo, dum breuis fugit dies.

Tristitia.

Eob. de Con. Val.

Anxia mens non ipsa sibi, non rebus agendis
 Constat, ab hac uitium corpora sæpe trahunt.
 Hinc uariæ pestes morborum, hinc mille figura,
 Crede animum nostri corporis esse ducem.
 Sæpè graues ista ueniunt ex arce labores,
 Sicut ab acereis pestilis aura plagis.

Terra necessaria nobis præbet.

Scipio

Heu stolidæ mentes, & lucæ carentia corda
 Humanæ gentis, quantis uita ægra laborat
 In tenebris, quali iactantur pectora motu.
 Alma cibum nobis, naturaq; pocula tellus
 In specubusq; domos, in pratis sponte cubile
 Præbuit, ingrati fulgenii è marmore uillas,
 Insignesq; domos struimus, uix incensibus urbes
 Egregiæ capiunt quosdam, uix maxima regna.
 Immemores, totos ueniet cum serior hora
 Quàm breuis urna teget. Miseri quid tenditis arte
 Vncere solertis naturæ inuenta? quid usus
 Angustæ ad uitæ tenues tam multa paratis
 Luxibus ignaui, luxus quid nescitis omne
 Quod superat uobis, illis id demitur æuum.
 Qui degunt inopes rerum, quibus ampla parentis;
 Aufertis terræ communis munera, & orbe
 Arcetis toto, atq; auræ uix linquitis usum.
 Interea ad lucem cœnas uos ducitis, ullæ
 Nec satiant epulæ, lautæq; epulentiæ mensæ.
 Hoc iuuat ô miseri, diros quòd pascitis atra
 Ingluuiæ morbos, mortemq; auersitis ultrò.
 At non in uestro firmantur corpore uires
 Morsuè minus properat ueniens, quòd cõcaua uestrà
 Gemma sitim leuat, aut puro recubatis in ostro
 Et nitidis fulgens quòd uestis serica uillis:
 Nec saturata semel precioso murice lana
 Et ductum argentum, atq; aurum uos textile uestit,

Quàm

Quàm procul his petitur summi domus ardua cœli
 Delicijs, miseros diro quæ funere per dent.

Vulgus imitatur principem.

Fab. lib. 1. Oda 3.

Omnes suorum nam ferè

Mores sequuntur atq; facta principum.

Phil. lib. 3. Epigr.

Fortè cubos primum posuit cum futilis Abbas;

Tunc sese Monachi ludere iure putant.

Virtus sudore paratur.

Phil. lib. 4. Epigr.

Virtutem uoluère dij sudore parari,

Longa uia est, ac ardua quæ producit ad illam.

Inq; aditu primo longè est asperrima, sed cum

Veneris ad summum, facilis iucundaq; fiet.

Utilitas scribendi carminis.

Phil. lib. 1. Epigr.

Verùm non satis est legisse poemata tantum,

Accedat studijs altera cura tuis.

Vt doctis digitis exempla effingere certas,

Cogere & innumeros uerba soluta modos;

Hic labor ingenij uires acuitq; fouetq;,

Hinc uenit eloquij copia, forma, nitor.

Fab. in præfatione quadam:

Dicebat puero, clarus pietate Melanthon

Disce bona imparibus iungere uerba modis.

His domino grates ut possis dicere Christo;
 Et sanctas dulci uoce referre preces:
 Neue mali studijs ausint impune nocere
 Ingenij, ut timeant libera tela tui.

Vita rustica.

Eob. de Conf. Val.

Mille uoluptatum species tibi rura ministrant;
 Non alio poteris sanior esse loco.
 Non tumidum longa captabis arundine piscem;
 Nunc udo aerium uimine fallis auem.
 Nunc errare greges pecudum spectabis ab alto
 Vertice, nunc syluas, frigidaq; antra subis.
 Nusquam commodius quam uiuere rure beato;
 Illa potest ipsos uita decere deos.
 Felices quod iura iuuant, quibus illa uoluptas
 Contigit, hoc optem uiuere posse modo.
 Hac ego uel Croesos uita mutare ducentos,
 Hac asini nolim ditia sceptrum Mide.

Vitijs nemo caret.

Sib. in Præfat. Psal.

Nemo mortali prognatus semine nemo,
 Nemo caret uitijs, & habent pulcherrima uestis
 Instar quæ scæda est sanctorum facta.

Sib. Psal. 14.

Labe caret nemo, mare quæ circumsonet orbem:
 Non est non ullus qui bonus esse uelit.

Eob.

Eob. Psal. 14.

Non fuit ex illis quem posses dicere iustum,
 Qui benè uixisset non fuit unus homo.

Idem Eccl.

Nemo est tam sapiens, tam iustus nemo erit unquam,
 Quem sine peccato uiuere posse putes.

Sib. Aeol. lib. 1.

Dicere nemo potest uitio sum purus ab omni,
 Et cor sollicitant trinnina nulla meum.

Corpora nam quamuis non turpi obnoxia facto
 Sit quamuis nullum dextera adorsa uesas.

Insinuata hærent ipsis delicta medullis
 Intima peccatum uiscera mentis habent.

Eob. de Conf. Val.

Adde quod ex omni tum nemo est parte beatus,
 Et nunquam peccet, sed bene semper agat.

Vita Christiana:

Sib. Psal. 15.

In tua quis pede se rerum felice creator,

Inferet æternæ testæ sacrata domus:

Perpetua fulgent quæ luce palatia cœli,

Quis uitam dempto sine beatus aget?

Qui ducente fide per iter pietatis anhelat,

Iustificiq; facit munera iusta Dei:

Pectore iura uigent sacræ quæ condita legis:

Qui promens nullo uera pudore tegit.

Qui nunquam soluit uanani ad mendacia linguam,

T

Nec

Nec fraudes alijs, insidiasq; struit.
 Nulli causa mali, qui crimina fingere nescit,
 Nec temerè oblati gaudet habere fidem:
 Cui non imponit scelerata superbia leges,
 Ut pugnant quæ cum religione, probet.
 Hostibus est hostis pietatis, laudat, amatq;
 Quos timidos ueri numinis esse uidet.
 Teste Deo promissa facit, non fœnerat æra,
 Infantes empto iudicio uè premit.
 Qui facit hæc, ueluti rupes, innocuus in æuum
 Omne manens, fausta sede beatus erit.
 Eob. Psal. 15.

Quis tua templa Deus, tua quis tentoria dignum
 Incolet, & montis stabit in arce tui?
 Integer & uitæ maculis non oblitus ullis,
 Non nisi iusta operans, nec nisi uera loquens;
 Qui non alterius famam detractat honoris,
 Nec mala de socio cogitat ulla suo.
 Opprobrium qui uicino non ingeret, & qui
 Negligit assuetos improba facta sequi.
 Qui colit obsequio Domini præcepta colentes,
 Qui quod iurarit fallere nolit opus.
 Qui super usura sortem non auxit iniqua,
 Qui super insontem munera nulla cupit.
 Quisquis adhæc animum facienda induxerit, ille
 Purus, & æterno tempore saluus erit.
 Sib. Psal. 24.

Ecquis & ad solium cœli apparebit in aula

Numi.

Numinis ætherei ciuis & urbis erit?
 Cui manus est insons, foedatus crimine nullo,
 Qui puro quæ sunt pectore iusta probat:
 Ad bona contendit recto qui tramite, uerum
 Et colit, & falsæ numina nulla citat.

Hunc amat, & donis summus felicibus auget,
 Aeterna cumulat iusticiâq; Deus.

Eob. Psal. 24.

Quis iuga conscendet diuini altissima montis,
 Ipsius oraculo quis loca sacra colet.

Integer & uitæ maculis non oblitus ullis
 Nec falsum spirans, nec nisi uera loquens.

Hunc Domini pietas, & gratia larga fouebit
 Saluus hic, ille Dei munere iustus erit.

Sib. Psal. 34.

Ecquis in offenso uitæ pede tangere metam,
 Et tua sint semper tempora leta cupis?

Nate tene linguam, fraudes, mendacia uita,
 Et nunquam nomen non sit in ore Dei.

Improbis esse caue, mores componere curas
 Et sedeat placidæ pectore pacis amor.

Eob. Psal. 34.

Qui cupis innocuæ traducere tempora uitæ
 Pacatâq; bonos mente uidere dies.

Sit tibi cura tuæ, ne decerret ad improba, lingue,
 Oraq; ne possint uerba dolosa loqui.

Quæ bona sunt facito, fuge quæ mala cunq; uidetur
 Maxima quæ sitæ commoda pacis habe.

T 2

Sib.

Sib. Psal. 37.

Fide Deo, bene uiue, operare, laboribus auge

Rem, positus fueris qua statione mane.

Te serua rebus, quas uox diuina secundas

Spondet, & ipse tua sorte beatus eris.

Gaudia, deliciaeque tuae, tua summa uoluptas

Sit Deus, & cedent omnia fausta tibi.

Aude humeris Domini committere cuncta ferenda;

Successum rebus datque dabitque tuis.

Ille tuum ueluti lumen ius efferet, ut sit

Candidius medium sole tenente polum.

Mente sile Domino placida, dextramque maneto

Illius, auxilium cum uolet ipse, feret.

Eob. Psal. 37.

Crede Deo, confide Deo, spes omnis ab illo

Sit tua, quaque habitas in regione mane.

Nec te circum agitet totus uagus error in orbem,

Quem dat cumque Deus sub lare tutus eris.

Nec tibi defuerit quicquam, modo noueris illi

Credere, credentem nutriet ipsa fides.

In domino oblectare, & in hoc tua gaudia quare:

Ille quod optaris, conferet omne tibi.

Illi quicquid ages, & te permitte regendum,

Sic te non poterit poenituisse tui.

Si speraris in hunc, si te commiseris illi,

Optimus in cunctis dux erit ille tibi.

Iusticiae dabit ille tuae fulgere decorem,

Sicut quae rutilo lampades igne micant.

Virtu-

Virtutis fideiq; tuæ producet honorem,
 Ut medium clari fideris aura diem.
 Illius expecta quæ sit mens, quæq; uoluntas,
 Te melius rebus consulet ille tuis.

Sib. Ibidem.

Sit peccare timor, sit rectè egisse uoluptas.
 Nam sic perpetuo tempore faustus eris.

Eob. ibidem.

Desere quæ mala sunt, pete quæ bona, semper habe
 Optima uiuendi commoda, semper eris. (bis

Sib Psal. 119.

O' utinam mea uita tuo sit consona uerbo,
 Et pura studeam mente animoq; tibi.
 Tunc mihi non fuerit timuisse, nec auia lapsò
 Per loca, confuso fiet in ore pudor.

Eob. Psal. 119.

Emen det quæ nam mores ratione iuuentus,
 Si se componat ad tua uerba Deus.

Te, legesq; tuas oculis, animoq; requiro,
 Ab ne transuersum me malus error agat.

Pectore iussa tui uerbi sacra condita seruo
 Nec mens designet, dextraq; nostra scelus.

Eob. Psal. 119.

Quid iuuenis faciet, sceleri ut sit purus ab omni,
 Si uerbis faciat consona facta tuis.

Te tibi deuoti tota ui cordis amabam,
 Fac precor, ut quæ tu præcipis, ipse sequar.

Cordis in arcano tua uerba reposta ferebam,

Ne qua agerem forsā non placitura tibi.

Sib. Aeol. lib. 2.

Vnum agnoscere, triplici colendum
 Deum numine, & agnitum timere,
 Amare & uenerari, & inuocare
 Patrem, qui regit & tuetur omnem,
 Quem uerbo è nihilo creauit, orbem.
 Filium, scelus ut piaret Adæ,
 Est qui factus homo, suaq; morte
 Amissam reparauit & salutem,
 Offensiq; patris, & repressit iram
 Spiritum, docet, fouet, & gubernat
 Qui nos, & iubet inuocare, & unum
 Quæ nos cunq; premat ruina, forti
 Fide apprehendere, fiat ut Dei laus,
 Et sic cognitiorq; clariorq;
 Moribusq; referre, sancta Christum
 Vitæ totius innocentiaq;
 Hæc uitam faciunt beatiorem.

Flam. Psal. 1.

Beatus ille, qui nec audit impios,
 Nec perseuerat improbus
 Peccare, nec letatur irrisoribus
 Se pessimis adiungere:
 Sed mente pura diligit leges Dei,
 Illasq; semper cogitat.
 Seu nox sopore amabili, seu lumine
 Sol candido terram irrigat.

Sib.

Sib. Psal. 1.

O in consilium uir terq; quaterq; beatus
 Qui nunquam turbæ, quæ scelerata, uenit.
 Non stat polluto, quæ plurima semita, calle;
 Non premit irrisor pestilitatis ebur.
 Lege sed in Domini defixa mente moratur,
 Diuitijsq; suis, delicijsq; suis.
 Rimaturq; illam, seu fuluos noctifer ignes,
 Accendit cælo, seu fugat astra dies.

Eob. Psal. 1.

Felix ô nimium felix, qui facta malorum
 Impia conspiciens noluit ulla sequi,
 Cui uia displicuit pro ueris falsa sequentum
 Perditus incautum ne graderetur iter.
 Qui neq; conscendit damnose fulcra cathedræ,
 Quam derisorum turba maligna tenet.
 Huius erit Domini lex infinita uoluptas,
 Quam labi ex animo tempora nulla sinent.

Flam. Psal. 15.

Pater supreme, quis tuum templum incolet
 Dic, oro, monte quis acquiescet in tuo?
 Qui purus omni à labe iusticiam colit,
 Qui diligenter curat, ut mentem mala
 A cogitatione seruet integram.
 Nec immerentes ore uexat improbo,
 Nec alteri nocere solummodò cauet.
 Sed si quis ullum ledat, auxilio uenit,
 Iniuriamq; prohibet, hic malum, licet

Ditissimum, licet potentem, negligit.
 At quos æmantes uiderit Deum, colit,
 Veretur, obseruat, loco quanquam infimo
 Iacere cernat rerum egentes omnium,
 Nec si quid unquam iuret, unquam peierat,
 Non ille scœnori pecuniam daret,
 Illam uic reciperet, licet pauperrimus
 Vt innocentes opprimat, uel maximam.
 Qui seruat hæc, immobiles semper manet
 Deoq; carus uiuit, et mortalibus.

Idem.

Cibumq; siue sumimus
 Seu quid negocij foris
 Tractamus, aut domi, intima
 Sed mente quid reuoluimus,
 Id omne semper gloriam
 Spectet beati numinis.

Fab. lib. 3. Ang. pœ. 13.

Seu sol caput cœlo exerit,
 Vultu uic prono mergitur,
 Vel rure degas, uel domi
 Stans, ambulans, sedens, Deum
 Votis fatiges sobrijs,
 Secans uias, aut flumina
 Aut usitato in ocio
 Honestæ carpens gaudia,
 Nunquam Deum fac pectore
 Obliuioso negligat:

Vel

Vel membra ponas uesperis
 Vel manè surgas lectulo,
 Ardente te Deo prece
 Tuosq; commendes, tuo
 Letus, fidelis, impiger
 Instes deinde muneri
 Seruaris à Deo, & sacra
 Gestaris angeli manu.

Buch. Psal. 15.

Augusta coeli templa quis incolet
 Tecum sancte parens, quem statues tuum
 Sanctum super montem, & malorum
 Liber agat placidam quietem.

Quem fraudis exors simplicitas iuuat,
 Vrgetq; rectum propositi tenax
 Ne mente sæuis grata blandam
 Edocuit simulare linguam.

Nec ore mendax exitiabiles
 Concinnat artes, nec mala proximis
 Excogitat: nec dulcem amicum
 Opprobrijs maculat pudendis.

Qui stultuosum despicit impium
 Qui timentem suscipit, ac pium
 Tenaxq; promissi est, fidemq;
 Indocilis temerare pactam.

Idem.

Qui non egenos fœnore perdidit,
 Non innocentes munere prodidit,

In monte sancto, hæc qui peregit
Perpetua requie fruetur.

Fab. lib. 1. Oda 15.

At tu summe parens omnem moderare laborem,
(Nam studijs sine talibus æuum,
Degere nemo potest) ut maxima cura placere
Sit tibi, quæq; sequi altera debet.
Auxilijs homini prodesse libenter egenti,
Aerumnisq; leuare grauatum.
Sic ferat unusquisq; operum, uitæq; laborem,
In diuinum ut cedat honorem.

Idem lib. 2. Oda 5.

Summam quæ doceant salutis, hæc sunt
Cunctis mente tenenda Christianis.
Veri cognitio Dei, suiq;
Nostræ debita, proximiq; cura,
Cor mundum, moderata lingua, castum
Os cum lumine, dextra liberalis,
Contenta exiguo suoq; uita,
Incorrupta fides, amorq; constans,
Mens non ebria rebus in secundis,
Nec depressa metu graui malorum:
Sed quam spes bona seruat, inq; rebus
In Christum facit omnibus tueri.

Idem lib. 1. Piet.

Quæ Christum nouit, quæ præstat cōmoda multis,
Hæc meritò dici uita beata potest.

Ibidem

Ibidem.

Sermo tuus simplex, conuictus suavis, honestus:

Sed non agrestis, atq; morosus rigor.

Vera audi, ueroq; stude, uerumq; fatere.

Nam uera uerius uult, & approbat Deus.

Ibidem.

Incipiens à te labor omnis, desinat in te,

Inq; tuo totus numine prosper erat.

Ibidem.

Omnia sint operata tibi, mens, uita, laborq;

Ad superam donec nos uocet hora domum.

Ibidem.

Qua teneris autem mores ratione sub annis

Formet, quauē puer tendat ad astra uia?

Certa uia est seruare Dei mandata, Deoq;

Credere, & in nato uelle placere Dei.

Illa fides pura ex impuris pectora reddit,

Acceptos eadem nos facit esse fides.

Idem lib. 1. Milit.

Mandat um seruare Dei, certissima uita est,

Inq; suo esse alacrem munere, gratus honor.

Idem lib. 2. Milit.

Audiat ut promissa Dei, auditaq; credat,

Creditaq; ingenti spe generosus alat.

Esse animis unum, patremq; audire iubentem,

Munera sunt cœtus certaq; signa pij.

Idem lib. 2. Milit.

Vna uia ad Dominum passu contendere recto,

Et fir-

Et firmam in duris retinuisse fidem:
 Officij perferre graues, uitæq; labores,
 Inq; suo stabili munere stare pede,
 Præmia non dubiè uitæ sperare beatæ,
 Imminet oblatæ cum breuis hora necis.

Stig. 1. Prec.

O' quicumq; cupis traducere molliter æuum,
 Mentèq; tranquilla coelestem accedere uitam:
 Fide Deo, & contra mundum seruentius ito:
 Orandi studium ne desere, fangere iusso
 Officio, feret hæc plenos tibi regula fructus.

Ioach. Camer.

A' numine incipe omnia, & desine Dei.
 Benè acta uita est, si bene uixeris indies:
 Cognosce quid bonum sit, & complectere.
 Durum est egere, deterior mala copia,
 Esse in beneficijs stude imitator Dei.
 Fac sis benignus, si Deum uis esse tibi.
 Grauius prematur, ne molestæ sit caro.
 Habere animo adaptentur, ut possit regi,
 Insistat oculus, linguam amussis dirigat,
 Lucerna uitæ sermo sit semper tuæ.
 Malum est ubi pro uero opinio ualet.
 Nouisse rectè est multa, facere quæ decet.
 Occurrat horror maris, ubi est serenitas
 Par mente grata est accipere, quod dat Deus.
 Quære cruribus clauem, inq; risu sit pudor.
 Res poena iusti præmio est, melior mali

Sapien-

Sapientis ædes ingredi, non diuitis.

Tunc parua non sunt, parua cum multum afferunt.

Vim fugito contumelis, & sapiens eris.

§ Ut hospes in terra ipse peregrinos ama,

φ Te respice ipsum, ne alterum derideas.

χ Inuidia grata est alteri, turpis sibi.

ψ Animi sacrificium Deo gratissimum est.

ω O' quis secutus ista, conseruabitur.

Stig.

Vitam quæ faciunt beatam hæc sunt,

Delicti agnitio, pavorq; cordis:

Erroris dolor, æta poenitudo,

Sola & saluifica fides salutis.

Nam quicumq; fide nutante nusquam

Adprendit penitus, quòd ipse Christus

Humanam induerit Deus figuram,

Et nobis miserisq; perditisq;

Morti, supplicioq; destinatis

Æternam reparauerit salutem,

Exercetq; fidem, piosq; fructus

Affert in medium, suæq; uitæ

Inuitat pietate molliores:

Ille inter meruit beatiores

Heroes statui, fruiq; cœlo.

Mycil. lib. 4. Syl.

Viuerè uis rectè? Dominum cole pectore toto,

Ingenij atq; animi cura sit ille tui.

Lex ea præcipua est, & prodita summa prophetis,

Diuinâ

Diuina Mofi tradita prima manu.
 Proxima cui deinceps ut ames genus omne tuorum,
 Et facias alijs, quod cupis ipse pati.
 Req; iuues miseros, uerbis solere dolentes,
 Gratiãq; afflictis sit tua prompta uiris.

*Vitæ humanæ labores & in-
 commoda.*

Fab. lib. 2. Oda 4.

— Quid enim est in hominibus
 Sceleris, doli, laboris uacuum? stabile quid est
 Perituro in orbe? nostris (miserum) quid operibus
 Studijsq; uanius? respice quæso uigilias
 Sapientum uirorum, sola, sidera, maria
 Penetrantium ingeni præceleris beneficio.
 Subitos reuolue casus, sibi regna, uel aliàs
 Auidè expetentium res. reputa quoq; uariæ
 Numis, atq; inanis aule strepitus, odia, dolos,
 Tumidamq; purpuram: collige deniq; reliquæ
 Sua damna iuncta uitæ. quot enim mala soboles,
 Quot adultera uxor, & non sibi fida familia
 Cruciat, laborq; ludit: neq; pellere patitur
 Rabidam famem, nec ex pauperie eripere, quasi
 Adamante uincta colla: ut taceam innumera alia,
 Quibus hinc & hinc, ut in naufragio ratis, agitur
 Hominum caduca uita, & Zephyro dubia magis.

Idem

LIBER IX.

659

Idem lib. 1. Oda 11.

Dumq; anni atq; dies eunt
 Momentis noua singulis
 Incumbit scelerum cohors,
 Dulces illecebras quoq;
 Et uitæ uarios iocos,
 Paupertas, dolor & pauor,
 Et mentis mala gaudia
 Turbant: morbus & orbitas,
 Et durum crucians labor
 Carpunt uer breue temporis.

Idem lib. 2. Oda 14.

Non sic auerno proxima littori
 Ora ardet, aut sic oppositum inclytæ
 Sirenis urbi Vesuuij caput
 Ambobus aut his Aetna furentior:
 Nostris ut ardent uisceribus, dolor,
 Curæ, sequaces, & trepidus metus,
 Non obsequentes liberi, & improba
 Coniunx, amicorumq; fides leuis.

Eob. Eccl.

Vita hominis misera, & multorum plena malorum,
 Omnia conando tædia multa subit.

Stro. Pfeuch. lib.

— Bulla est & futilis umbra,

Quam uitam falso mortales nomine dicunt.

Lotichius lib. Car.

Nil præter lachrymas hæc & suspiria uita est,

Que

Quæ si sine bono clauditur, acta sat est.

Mycillus.

Quam non perpetua est mortalibus ulla uoluptas,

Et citò prætereunt quæ diuturna cupis.

Cum nisi, quæ nostros in casus, inq; dolores

Fata manere sinunt, fata manere sinant.

Sic prima uiolæ pereunt æstate cadentes,

Sic perit à tenero mox bona flore rosa.

At lolium infelix, sterilisq; obdurat auena,

Nec nisi uomeribus diruta cedit agris.

Hiero. Tracasto lib. Car.

Aspice lucentem lunæ Titanidis orbem,

Et cum sole suo quæ super astra micant:

Omnia sunt æterna, & uita iuncta perenni

Quæ loca felices dijq; animæq; colunt:

Inferior lethi regio est, sedesq; malorum,

In qua est quod felix intueare nihil.

Quippe solum hoc uentiq; imbresq; & cuncta fa-

Quæcunq; aëria de regione cadunt. (tigant,

Addæ æstasq; hyemesq; & morborum genus omne,

Tum natura aliqua est indiga semper ope.

Nos porrò desiderijs mala plurima nostris

Iunximus o præceps in sua damna genus.

Hinc odia, timor & lites, & bella cruenta,

Et uia non uni plurima aperta neci.

Via ad salutem arcta, ad per-
niciem ampla.

Eob lib.2.Hero.

*Arcta est ad superos paucis uia trita, sed ampla est;**Que fert ad Stigios milia multa lacus.**Illam rudis, deserta, arens, super ardua ducit:**Hæc noua, culta, uirens inferiora petit.**Victoria è cælo.*

Sib.Prof. lib.2.

*Est opus æternæ dextræ uictoria, non hanc**Non dare pugnacis militis arma queunt:*

Fab.lib. 1. Ang. 7.

*Non fundam Alani, Sarmatæ**Arcus, Galaudæ cruppea**Hostem fugant, nec Teutonibus**Bombarda, fulmini æmula**Vis maior & sublimior,**Genti Dei, Christi gregi**Vbiq; præsens, cœlitus**Pugnando dat uictoriam*

Ibidem.9.

*Hostes adire, regibus**Loqui, fugare exercitus,**Hypocritis resistere,**Truces tyrannos uincere,**Non uirium est mortalium.**Mens nostra uano concita**Terroris, aut mortis metu,*

Formidolosa fluctuat,
 Desperat insolabilis,
 Planeq; nil sani sapit.

Idem lib. 3. Ang. 15.

Victoria omnis à Deo est,
 Que sæpe contingit malis,
 Ut puniantur in sua
 Incurabiles superbia:
 Que sæpe demitur bonis,
 Discant ut à Deo pia
 Pendere confidentia.
 Hic fortis est in tristibus,
 Clemens iuuare in perditis,
 Regnare & in uictis potens:
 Quòd si cui tamen bono
 Datur supernè uincere,
 Is iussa diuina audiat:
 Nulla in proteruos impios
 Utatur indulgentia,
 Nec cum scelestis hostibus
 Amore sese ac foedere
 Iungat: mala hæc coniunctio
 Reges & urbes perdidit.

Lotich. in nup. Saxo.

Vsq; adeò pulchrum est, & nobile parcere uictis,
 Pulchrius indomitas quàm bello subdere gentes.

Fab.

LIBER NONVS.

655

Fab. lib. 2. Oda. 3.

Nempe dat Deus certam

Victoriam, tantum preces fide plena
Pie ferantur.

Idem lib. 1. Milit.

Non est in telis uictoria clara cruentis,

Illā fide, atq; pia nititur illa prece.

Ibidem.

Pulchrius est meritis inimicos uincere, quā si

Sanguinea statuas alta trophæa manu.

Idem lib. Vict. Cœl.

Non semper uires, sed sæpe in milite uincit

Causa, Deus causam cum fouet ipse suam.

Ibidem.

Dat Deus arma, Dei munus uictoria, seu uult

Punire iniustos, siue leuare bonos.

Fab lib. 5. Hym.

Omnis subacta gens Deo

Aduersa, sentit cœlitus

Victoriam dari, & nihil

Magnis inesse uiribus.

Micyllus lib 4. Syl.

Nulla sua ignauos sequitur uictoria sponte

Reges, sed forti est fama paranda manu.

Urbes quare edificatæ.

Stigelius.

Namq; rudes primum mortales rara colebant

V 2

Arud;

Arua, cohors matris crimine facta nocens.
 Post ubi senserunt se semina ducere cœlo,
 Atq; aliquem mundum qui regat, esse Deum
 Tunc primum amplexi iuncti consortia coctus,
 Tegmina uicinis composuere casis.
 Utq; alios alij de relligione docerent,
 Contiguas pietas iussit habere domos.
 Hac urbes structæ, hac lectus ratione senatus,
 Iuraq; tranquillæ condita pacis opus.

F I N I S.

INDEX CAPITVM, QVÆ

*in his nouem Libris conti-
nentur.*

A Bel	444	corporis 254 fami-
Abraham	448.	liarum 255 Deimi-
Absolon	528	nistri 244 depre-
Adam	443	catores 256 egro-
ætas tenera	540	tis præsentis 253 for-
ambitio	412	tes 250 hospites
amici inconstantes	436	254 humiles 251
amior audiendi uerbi Dei		inspectores . 256
349 coniuga-		liberatores 252 nun-
lis amori parentum		cij 259 peccatis abi-
ante ferendus	395	guntur 258 piorū
illicitus	404	ministri 246 pœ-
Amos	473	nitentia hominis de-
Andreas	485	lectantur 258 præ-
angelus nuncius ascen-		sentes 251 prohi-
sionis Christi, & redi-		bitores facinorū 256
tus ad iudicium	270	pronubi 253 pul-
conceptionis Chri-		chri 251 studiorū
sti 262 item Ioan.		fautores 257
baptistæ 260 ex-		angelorum arma 258
tremæ diei 261 na-		apis laboriosa 543
tiuitatis Christi 265		aqua ex petra erumpit
resurrectionis Chri-		195 in uinum mu-
sti 268		tatur 199
angeli blasphemis ira-		arana laboriosa 544
scuntur 259		Artaxerxes I. Persa 478
angeli comites 255 con-		II. Persa, cognomen
siliarij 249 custodes		to Longimanus 479
		V 3 artes

INDEX.

artes liberales	541	magi	
ca		315	
afina loquens	199		
avaricia	407		
avarus	406		
aula Dauidis	541		
B			
Baptismus	354		
Bartholomæus	486		
bellum	389		
beneficium	386. 544		
Bileamus	527		
bona & mala à Deo dan-			
tur	546	nominis exi-	
stimatio	415		
C			
Calebus	460		
cæci usum recipiūt	216		
Chamus	523		
Christus à patre ab æ-			
terno genitus	99		
agnus Dei	151		
affert crucem, non			
gaudium	176		
aridam dextram ho-			
minis sanat	231		
ascendens	145		
autor pacis	156		
salutis. ibid.	ha-		
ptizatus	119	ba-	
iulans crucem	128		
caput ecclesiæ	156		
		circumcisus	118
		coæqualis patri	99
		cœlum aperit	174
		consolans mulieres	
		ob ipsius mortē in-	
		gentes	129
		cruci	
		fixus	130
		deten-	
		for	165
		descendens	
		ad interios	154
		Deus	
		& homo	114
		filius	
		Dei dilectus, eiusq;	
		regnum æternu	101
		homo factus	107
		il-	
		lulus	125
		interces-	
		for	164
		institu-	
		ens ministerium uer-	
		bi	141
		ligatus	128
		liberator	166
		la-	
		pis angularis	173
		lumen	154
		mini-	
		ster	167
		mortuus	
		132	natus ab anima-
		libus agnoscitur	117
		à Magis munera acci-	
		pit	114
		in stabulo	
		Magis in stella appa-	
		ret. ibid.	nudatus
		128	opprobrium
		174	omnes recipit
		175	panis uitæ
		155	pastor
		168	pauper.
		169	peccata remittit

I N D E X.

cit 174	proditus	cet	385
125	redemptor 163	coniugium	391
resurgens 136	se-	consiliū malum consul-	
dens ad dextram pa-		tori pessimum	419
tris 147	sacerdos	consiliarij pij	377
168	sanat hominem	constantia	418
octo & triginta an-		cōuersio peccatorū	236
nos ægrotantem 232		corpus pane, anima uer-	
semen Abrahæ 169		bo Dei nutritur	550
sepultus 132	spiri-	terra conditur, spiri-	
tu, Ioannes aqua ba-		tus in cælo uiuit	547
ptizauit 177	sudās	creaturæ in hominum	
124	tentatus 120	usum conditæ	552
triumphans 138	uer-	crucior sanctorum, semen	
bum patris	100	ecclesiæ	551 (ib.
uerberatus 125	uen-	curę debilitant corpus.	
turus iudicare uiuos		Cyrus Persa	478
& mortuos 149	uir-	D	
ctima 152	uita 154	Daniel	475
uitis	169	Darius Persa	478
Christi meritum	179	Debora	462
potentia 180	sanguis	dēmones eiiciuntur	218
mūdat ab omni pec-		Deus animos hominū	
cato	178	corroborat 63	astra re-
Christiani	549	git 48	autor pacis 45
cœlestia pauci curant.		bonos protegit 70	castus 17
ibid.		creauit angelos	
cœlum Dei sedes, & ter-		48	itē cœlum & terrā
ra subsellium	548	45	hominē 49
cœlum & terra transi-		custo-	dit 79
bunt	549	dat uitā æternā	
concordia 381	Deo pla-	89	deijcit ut rursus
		exaltet	90
		V 4	diligen-

INDEX.

diligentes & bonos
 iuuat 91 diligit 76
 ditat 83 diues the-
 saurus 44 dux iu-
 storum 35 æternus
 & iustus iudex 4 est
 adorandus 288 exau-
 dit preces 63 exhi-
 larat 83 explorat
 88 falli nõ potest 93
 fœcundat 78 gu-
 bernator 36 humi-
 les exaltat, & super-
 bos deijcit 91 lau-
 dandus est 325 lux 35
 infirmos iuuat 88
 instituit coniugium
 52 inspector 36 in-
 tuetur 76 iustus 9
 malos nõ exaudit 94
 punit & perdit 95
 mendaces odit & ir-
 ridet 96 miseretur
 84 mittit prophe-
 tas 94 morte pec-
 catoris non delecta-
 tur 89 neminem ul-
 tra vires tentat 89
 non contemnendus
 338 robore non dele-
 ctatur 63 nutrit 77
 odit homicidium 93

superbiam 92 opitur
 latur 80 pascit ani-
 malia 60 peccata
 remittit 84 potens
 17 præsens 35 pro-
 creat fuges terræ 57
 punit, ut eos de lege
 sua commonefaciat
 97 recipit 75 san-
 ctus & clemēs 13 san-
 xit legem, eandē su-
 stulit 90 satis cele-
 brari non potest 332
 scrutator cordiũ 41
 tutor pupillorum 34
 uallat 79 uerax ue-
 races amat 11 ultor
 24.32 unus substan-
 tia 2. trinus perso-
 nis 1
 Dei ira breuis 98 grauis
 ibid.
 Deo referendæ gratiæ
 332 fauēte nihil est
 difficile 93
 à Deo semper incipien-
 dum, & in eundē de-
 sinendum 290
 diabolus autor peccati
 561 calumniator 563
 mendax 561 hostis
 hominis 554 uersipel-
 lis &

INDEX.

lis & <i>ωελόμορφος</i>	562	filius inobediens	368
dies omnia reuelat	569	reguli febricitans cu	
discordia	390	ratur	234
diuitis officium	564	fœmina sanguinis pro-	
diuites impij pereunt		fluuiio laborans, sana	
568		tur	224
diuitiæ	564	formica laboriosa	585
E		forma non diuturna	6
Eber	448	G	
ebrietas	402	Gadus	472
ecclesia Dei	569	gemmæ suibus nõ pro-	
ecclesiæ hostes	577	ijciendæ	587
Ehudus	461	Gideon	463
elemosyna	408	gloria & uirtus	586
Enos	445	Goliadus	539
Esaias	474	H	
euangelium	581	Hæredes	601
Euangelistæ	ibid.	Heli	464
exercitatio	582	Henoch	445
exigua bene parta pro-		Herodes filius Antipa-	
sunt	582	tri	530
exitus rerum.	ibid.	Herodes tetrarcha	534
exul	581	Holofernes	526
F		homo è limo conditus	
Facundia	583	598 ad Dei noticiam	
fama bona. ibid. non		600 lapsus 598 mor	
diuturna	584	talis & caducus	588
felix cui Deus peccata		non redimit homi-	
remittit	583	nem 600 omnium	
ficus mandante Christo		animatium infirmis-	
fit arida	235	simus	525
fides	282	homines mendaces &	
		V 5 impro	

I N D E X.

improbi 421 peccato	inuētores armorū pef-
res omnes 600	simi 607
humana contemnenda	inuidus 387
315	Ioannes 504 baptista
hydropici curantur 215	509 Christum bapti-
hypocritæ 290	zat 517 decollatus 518
I	exultans in utero ma-
Iacobus 451	terno 509 in carce-
Iacobus maior 485 mi-	rem coniectus 518 in
nor 488	deserto degens 514
Iephtha 463	Ioannis cubile 515 do-
Jeremias 475	ctrina. ibid. potus
imperia diuinitus con-	514 testimonium ab
stituuntur. ibid.	ipso Christo datum
imperijs unus optimè	517 uestis 514 uictus.
præest. ibid.	ibid.
impij 291 in hac uita flo-	Ioannes euāgelista 485
rent 292	Iobus 453
impiorum interitus &	Ioel 474
pœna 294	Ionas 473
improbitas 312	Iosephus 453
inconstantia rerum hu-	Iosua 460
manarum 602	ira 388
incredulitas 312	Isacus 451
infans 606	Isaius 456
infernus 605	Iudas. ibid. 535 Tha-
ingenium sine doctrina	dæus 488
est speculum impoli-	iusti affliguntur 418 nō
tum 607	confunduntur. ibid.
ingratitude 608	nec derelinquuntur
inobedientia 367	417 florent 415 fulge-
inobedientiæ pœna. ib.	bunt 417
	Labor

I N D E X.

L

Labor irritus sine Dei benedictione	412
latro sanctus	242
lædenti ignoscendū	391
leprosi mundantur	201
lex Dei	348
leges, siue iura	379
libido	402
liberi procreandi	396
lingua	418
liuor	406
Lucas	504
luxuria	402

M

Magistratus	368
magistratus officiū	370
Malachias	477
manna de cœlo cadit	194
Marcus	504
mare rubrū diuisum	192
Maria Magdalena	238
maritus	397
mariti pœna à Deo	improbitate
posita	398
Mathias	489
Mathufalas	446
Matthæus	504 euange-
lista	488
medicamina iram Dei	618
non auertunt	618

mendacium	420
mens conscia recti	437
conscia sceleris	437
generosa cœlestia cu-	613
rat	401
piorū intrepida	613
mentis humanę cecitas	614
infirmitas	616
mensa	617
Merodachus Assyrius	
Micheas	474 (478
ministri Dei non læden-	di
358 officium. ibid.	358
mores in mensa	617
seculi corrupti	425
mors coniugum tristit-	sima
618 omnib. com-	618
munis	609
piorū ui-	609
ta initiū. ibid. dul-	608
cis	608. item precio-
sa. ibid.	608
mortis horis ignota	612
mortui è sepulchris tur-	gunt
198 non lugen-	198
di	613
Moses	457
mūdus Deum ignorat	617 (ibid.
Musica	617 (ibid.

N

Nebucadnezar	237
negligentia in precib.	338
fugienda	338
Noa	

I N D E X.

Non	446	parta malè non profunde	
nobilitas	619		628
nomen Dei	322	patientia	380
nomen Dei quicumque		Patroclus Augusti mi-	
inuocauerit, saluus		nister, de petra lapsus	
erit	325	& mortuus à Paulo	
nomina piorù Deo no-		resuscitatur	501
ta	618	Paulus 243-489 à uipe-	
nulla tyrànnis diutur-		ra læsus incolumis e-	
na	391	uadit 495 claudum	
		sanat 498 decolla-	
		tus 502 ægrotos ra-	
O		ctus sanat 496 expel-	
Obediencia	366	lit demonem à puel-	
ocium	406	la futura prædicente	
opera bona non recon-		499 febricitatem sa-	
ciliant Deum	313	nat 149 lapidat ⁹ 499	
opibus humanis nõ con-		mago uisum eripit	
fidendum.	ibid.	497 per sportam de	
orantis officium	337	muro demissus 496	
Othoniel	461	puerum de specula la-	
		psum à mortuis ex-	
		citat	500
P		pax	385
Paradisus	527	pecunia	619
paralytici sanantur	203	peccatum causa malo-	
parentes honorãdi	359	rum	441
parètum amorem Chri-		peccatum originale	438
sti amor superat	362	Peleg	448
parentum gaudium	362	peregrinatio	627
parentù indulgètia	361	Peres	456
parentum officium	359	pericula expertus, pe-	
parentum uota	362	richtan	
pastor unus, ouile unù			
620			
pastoris officium. ibid.			

I N D E X.

riclitanti credit	628	nū septē panib. saturantur	230
Petrus	242	quinque millia hominum quin q; panibus & duobus piscib. saturantur	227
Petrus numum argenteum inuenit in pisce	235	R	
pestes de cælo missæ, homines, pecora, gramina perdunt	196	Ratio humana	629
Pharao impius	523	remedia in morbis quæ ratione quaerenda. ib.	
Philippus	485	rerum mutationes	650
pietas	261	respublica scælix	378
piorum præmia non sacrificia	272	respublica in scælix	376
populus beatus	620	resurrectio mortuorum	185
populus Dei	625	robur humanum inefficit	628
pœnitentia	354	S	
poetæ officium	620	Sabbathum	340
poësis donum Dei	619	sacramentum corporis & sanguinis Christi	352
præceptores	364	sacrificia impia, & cultus detestabiles	306
precantis officium	337	Salamon	472
preces Deo acceptæ, non sacrificia	332	Salmon	461
princeps malus	376	Salmon. Boozus	456
in Principibus non confidendum	312	Samuel	466
prodigia	625	sapiens	634
prophetæ	626	sapientia	633
prophetæ præmia	627	sapientia sine Dei cognitione uana	634
pudicitia	396	Sarda-	
pudor uincit ornatū. ib.			
Q			
Quatuor millia hominū			

I N D E X.

Sardanapalus Assyrius,		Rultus	635
rex Ninives	477	superbia	387
Saul	446	surdi auditum recipiūt	
Saulus	529	215	
scandalum	635	T	
scholastici officiū	364	Taciturnitas	381
scortatio	404	tempus elapsū nō re-	
Sem	447	dit 637 omnia consu-	
senectus	631	mit 636 utiliter col-	
Simeon	505	locandum. ibid.	
similis simili delectatur		terra necessaria nobis	
635		præbet	637
Simon	488	terrena præ cœlestibus	
Simson	464	non curanda	350
simulacra gentium	318	Thomas	486
sol conditur	196	timor Dei	281
solitudo	631	tristitia	637
sophismata	425	tyrannis nulla diuturna	
spes	630	391	
Spiritus sanctus à patre		tyrannus	390
& filio procedēs	180	V	
aduocatus	182	Velum in templo Hiero-	
mos corroborans	183	solymitano in duas	
columba	182	partes diuisum	198
lux	181	uenti sedantur	211
solamen.	ibid.	uerbum Dei 341 omni-	
Spiritus sancti domici-		bus notum 343 ma-	
lium	185	net	344
munera	183	uerbi Dei uis	342
Stephanus	520	uerbo Dei credendum	
studia hominum inania		349	
633 uaria 631 quæ		uia ad salutem arcta, ad	
Christo nō seruiunt,		perni-	
sunt inania	632		

I N D E X.

perniciem ampla 656	utilitas scribendi carmi nis 639
uicijs nemo caret 640	uulgus imitatur princi- pem. ibid.
uictoria è cœlo 657	uxor 398 & liberi donũ Dei 401 mala. ibid.
uir bonus & pius 410 iu- stus 415 malus 412	uxoris ornatus 400
uirtus sudore paratur 639	pœna à Deo imposi- ta. ibid.
uita Christiana 641 æ- terna 189 iusticia 640	Z
uitæ humanæ labores & incommoda 654	Zacharias 508 Ioia- dæ seu Barachiæ fi- lius 472 pater
uoluptas 402	Ioan. baptistæ 508
urbes quatuor ædifica- tæ 659	Zachæus 519

F I N I S.

BASILEAE, PER IOANNEM
Oporinum, Anno salutis humanæ
M. D. L X V. mense
Iulio.

ocr 80691492